



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas


Mogvntiæ, 1627

Epitome R.ss P. Bellarmini Card. Siue Controuersiarum F. Ioannis Andreae
Coppenstenij Mandalensis Ordinis Prædicatorum Theologi Tomus II.
Continens Luthero-Caluinismi Antichristvm Genealogiam & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



EPITOME R. SS. P.
 BELLARMINI CARD.
 Sive Controversiarum
 F. IOANNIS ANDREAE COP-
 penstensis Mandalensis Ordinis Prae-
 dicatorum Theologi
 Tomus II.
 Continens Luthero-Caluinismi
 ANTICHRISTVM
 GENEALOGIAM
 &
 ANTIPAPISTAM MENDACEM,
 conscriptum
 Auspicio Dei ac Illustrissimi
 LEOPOLDI.
 Superiorum permissu
 Moguntiae Sumptibus IOANNIS THEOB-
 BALDI SHÖNVETTERI.
 Anno M.DC.XXV.



SERENISSIMO
LEOPOLDO
ARCHIDVCI. &c. &c.
Domino meo Clementissimo

VALERE, ET PRÆVALERE.

PAVLATIM longius itur. 1. Iui anno superiore, armorum inter fremitus, ad Reuerendissimum WORMATIENSIS, Parochiæ meæ HEIDELBERGENSIS Ordinarium, cum Dedicato meo *Speculo Calvinistico*.

2. Iui deinde vernis anni huius nundinis, cum *Alano meo Rediuiuo* ad Reuerendissimum Electorem TREUIRENSIS: &c.

3. Iui porro, eiusdem Nundinis anni, cum *Nucleo meo Concionum* in Dominicis & Festa per annum, ad Serenissimum BAVARIÆ Ducem Electorem. &c.

4. Petiui cælos votis cum *Excaluinizato Caluino-Heidelbergensi Catechismo* meo, inque Romano-catholicum conuerso, simul cum Apostolorum Principi CHRISTI Vicario primo, PAPÆ ROMANO S. PETRO, Parochiæ HEIDELBERGENSIS Vnicę Diuo Tutelari Patrono deuoui.

5. Iui in Nundinis longius, ad Seren. Vestram supplex Nuncupator mei *Luthero-caluinista Quadripertiti*. Debitum DIGNISSIMIS Honorem faciens, feci & eundo gradum indignus; gradumque mihi bonum acquisiui, & Libris meis PATROCINIVM.

Iam nunc, ecce, Clientulus humiliter redeo ad Seren. Vestram consecrans Ei dedicatum hunc *Antichristum* me-

(:) 2 um:

D E D I C A T I O.

um: Nec solum; sed comitante hinc *Genealogia* Luthero-Caluinistica; inde *Antipapista* Mendacitipatum, atque his singulis Quadriperditis. Nimirum Dux qualis Iuthero-caluinista; tales & eius sunt Comites Luthero-caluiniani.

Explicationem harum appellationum suu: cuiusq; libri Titulus offert: Rationem vero Serenit. Væ hic reddo, ex Luthero-caluinistæ Præfatione repetit. in istam.

Confido fore, quod, qui viderint in *Luthero-caluinista* Fal-
sifatem, & Veritatem demonstratam: in *Antichristo*, doctri-
nas Christi & Luthero-caluinismi contrarias: in *Genealogia*,
nostratum hæreticorum Origines inde ab damnatis olim
Hæresiarchis: in *Antipapista* calumnias; Qui perspexerint
in *Theomachia* Impietatem; in *Ecclesiomachia* Diritatem; in
Mysteriomachia Temeritatem; in *Charitonachia* fidem hære-
ticorū præsumptuosam: quod, inquam, multi sentire, viue-
re, facereq; cum talibus (nî seipos desperarint,) exhorre-
scent. Cognoscent quoque Lutherani in quibus sint Cal-
uiniani; & hi, illi; & vtrique ijdem in plerisque; paucis exce-
ptis.

Atque vt meus ille conatus optatum sortiatur euentum,
sub Seren. Væ Sacro Auspicio; hi, nullime precor, quate-
nus me, Opusque hoc meum iteratò in Sacrum suæ Seren.
recipi Patrocinium. Heidelbergæ.

Seren. Væ

Humillimus in Christo seruus

F. Ioan. And. Coppenstein

ANTI-

ANTICHRISTVS
LVTHERO-CALVI-
NISTICÆ

I. THEOMACHIAE, II. ECCLESIOMACHIAE,
III. MYSTERIOMACHIAE, IV. CHARITOMACHIAE,

QVADRIPERTITVS:

Hoc est

ANTITHESES
LVTHERO-CALVINISMI,
&
CHRISTIANISMI.

PARS I.

THEOMACHIA
LVTHERO-CALVINISMI
ANTICHRISTIANA.

AVTORE

F. IOANNE ANDREA COPPENSTEIN MANDALENSI
Ordinis Prædicatorum Theologo,

SVB AVSPICIO

SERENISSIMI &c. &c.

LEOPOLDI. &c.

Superiorum permissu

M O G V N T I A E

Sumptibus IOANNIS THEOBALDI SCHÖNWETTERI.

ANNO M. DC. XXV.

TOBIAS CAP. II.

Nolite ita loqui: quoniam filij Sanctorum sumus; & vitam illam exspectamus; quam DEVS daturus est his,

Qui nunquam mutant ab eo.

S. Cyprianus lib. 4. Epist. 2. ad Antonianum.

S. Augustinus serm. 181. de Tempore.

Quisquis ille est, & qualiscunque est; CHRISTIANVS non est, qui in CHRISTI Ecclesia non est.

AMI.

AMICE LECTOR,

F

A V E;

Et Monita accipe quina.



ANTICHRISTVM Sic Lutherocaluinisticus Quadrupertitus superiora Lutherocaluinistica, ceu connexa sibi, requirit ac velut præsupponit: quo & Te pene singulis in Quæstis remittit.

II. Scripturas Noui Testamenti potissimum frequento; vt quiloquentem CHRISTVM facio. Cui tamen & Vetera subinde, cum suppetunt, tribuo; sed

transcursum.

III. CHRISTVM, si quandoque S. Patres appellansem induco; memineris his, quam Apostolis, nihil minus ab eo dictum: *Vos eritis mihi testes in Omni Iudæa, & orbe.* Si & Hæresiarchas nominet dedecoris causâ; noris de ijs dictum ab eo: *Qui Ecclesiam non audierit. &c.* Vt nihil in vtroque sit indecorum Domino.

IV. Protasim pono Antichristianam: Christianam Apodosim subijcio; Et rarius raram Illationem propositi, seu Collationem facio; Quod mediocriter Intelligentibus eam vltro liquere existimem.

V. Poriores Antichristianismos huc infero; minutiores prætereo; vt quos hodiernos vix dum sit numerare satis. Demum per ista his studeo; Breuitati:

Perpicuitati: Soliditati: Constantiæ Methodi: Vtui Vulgari; Non Scholari. VTERE; FRVERE;

V A L E.

Par-

Partium quaternarum
Antichristi Luthero-Caluiniani singularum
singulares
CENSURÆ,
ADPROBATIONES,
&
LICENTIA PROVINCIALIS
Eadem,
quæ suprà in Luthero-caluinista.

Nèu qua semipagella vacet:

NOTA

Notionem Antichristi esse apud

S. Ioan. Damas. l. 4. Orthodoxæ fidei c. 27.

I. Late significans Notio: *Omnis qui Filium Dei, ac Deum in carne venisse, Deum perfectum & Hominem minimè confitetur, Antichristus est.*

II. Proprie significans Notio. *Peculiari & præcipuo modo Antichristus ille dicitur qui sub mundi catastrophæ venturus est.*

III. Latissime significans Notio à nobis hic ea usurpatur: quæ quamcumque Contradictionem indicat Christo, Fideique Christianæ aduersantem.

ELENCHVS QVÆSTIONVM
ANTICHRISTI LV-
THERO-CALVINIANI
Quadripertiti.

PARS I.

THEOMACHIA LVTHERO-CALVINISMI,
Ecclesiam Triumphantem impugnantis.
I. DE VERBO DEI.

- I. *Constrouersarum quis Iudex, Aiunt Biblia.*
II. *Num qua Traditiones sint de fide Christiana? Negant.*

II. DE CHRISTO DEO.

- III. *Qualequid Luthero-caluinistis SS. Trinitas, & Christi sit Diuinitas? Mon-
strum.*
IV. *An Tritheismus sit Luthero-caluinistarum? Ita volunt.*
V. *Situe in Diuinis Personarum Aequalitas? Negant.*
VI. *An Deus cum Essentia communicarit Christo Omnipotentiam, Iustitiam, &
Immortalitatem? Negant.*
VII. *Qualis sit Christus Deus Luthero-caluinisticus? Hortificus.*

III. DE CHRISTO HOMINE.

- VIII. *In Christo num dua sint Personae, an una Natura? Negant vtrumque, &
Variant.*
IX. *Quid Carni, seu, Humanitati Christi communicauit Deus? Variant.*
X. *Num qua inerat Anima Christi imperfectio scientiae? Aiunt.*
XI. *Christus an sit verus Deus, verus Homo, idemque adorandus? Negant.*
XII. *An Christus fuerit defectuosus, Deus mortuus, inferniq; perpeffus penas? Aiunt.*
XIII. *An, & Quis sit Infernus, ad quem descendit IESVS? Fingunt.*
XIV. *An, & quatenus descendit, exhaustitque Limbum IESVS? Fingunt.*
XV. *Sua Passione Christus num qua meruerit sibi, num qua nobis? Variant.*
XVI. *Quatenus Iesus Christus Mediator sit Dei & hominum? Fingunt.*

(:)(:)

IV. DE

IV. DE CHRISTO GLORIOSO.

- XVII. *Quis modus Dominice fuerit resurrectionis?* Somniant.
XVIII. *Qualis fuerit Ascensio Christi?* Putant.
XIX. *Sessio Christi ad Dexteram Dei qualis.* Fingunt.
XX. *An Christus Iudex sit omnium, & Caput Angelorum?* Negant.

V. DE CVLTV SANCTORVM.

- XXI. *Sancti num in calis degant Beati?* Negant.
XXII. *An Sancti sancte Coli, Inuocari que possint?* Negant.
XXIII. *An Sanctorum RELIQVIÆ sint veneranda?* Negant.
XXIV. *Sanctorum IMAGINES an, & quatenus sint veneranda?* Negant.
XXV. *An CRVX sit veneranda?* Negant.
XXVI. *An DEVS, & Sancti recte colantur TEMPLIS?* Negant.
XXVII. *An sit tolerabilis templorum Consecratio & Ornatu?* Negant.
XXVIII. *An Benedictarum vsus rerum, ac PEREGRINATIONVM sit licitus?*
Negant.

VI. DE PVRGATORIO.

- XXIX. *An sit vllum Purgatorium?* Negant.

PARS II.

ECCLESIOMACHIA LVTHERO-CALVINISMI

Ecclesiam Militantem impugnantis.

- I. *Monarchicum Regimen an sit optimum; esse que debeat Ecclesiasticum?* Negant.
II. *An promissa, datæ que sint Petro principaliter Clauis Sacri primatus Monarchici?* Negant.
III. *An soli Petrosit vniuersæ Eccl. siæ Pastoratus commissus?* Negant.
IV. *An Petrus Iure Diuino habere Successores debuit?* Negant.
V. *An Papa quæstiones Fidei ac Morum infallibili iudicio definiat?* Negant.
VI. *Fasne Papa condere leges, in conscientia obligantes ad culpam ac pœnam?*
Negant.
VII. *Habeatne Papa temporalem iurisdictionem?* Negant.
VIII. *Quis, qualis que Antichristus erit?* Fingunt.
IX. *Eccius sit Generalia Concilia indicere, regere, confirmare, & id qua forma?*
Aiunt Imperatoris.
X. *Concilia per Papam confirmata num errare possint?* Aiunt.
XI. *Scriptura, Papa, an Concilio potior sit Autoritas?* Aiunt Scripturæ.
XII. *An, & quales peccatores sint in Ecclesia?* Negant.
XIII. *An soli Prædestinati sint in Ecclesia?* Aiunt.
XIV. *Ecclesia num sit Visibilis?* Negant.

XV. An

Elenchus Questionum.

- XV. An visibilis Ecclesia possit deficere, aut errare? Aiunt.
XVI. Sintne Clerici, Laicique distinguendi? Negant.
XVII. In eligendi Pastores, seu Ministros estne Populi, an Episcoporum? illud aiunt.
XVIII. An Episcopi sint maiores Presbyteris? Negant.
XIX. An iure Apostolico Calibatus sit Ordinibus S. annexus? Negant.
XX. Fasne Clero accipere Decimas & possessiones? Negant.
XXI. An Res, Causa & persona Clericales sint diuino iure exempta ab seculari potestate? Negant.
XXII. Quanta sit Antiquitas Religiosa vita? Fingunt.
XXIII. An sint Consilia Euangelica? Negant.
XXIV. An Consilia sint obseruatu possibilia? Negant.
XXV. An Vota sint vitia, gratiusque Deo cul. us: An cum Vet. Testamento sublata? Hoc aiunt: Negant illud.
XXVI. An Deo recte voueatur Paupertas & Obedientia? Negant.
XXVII. An Castitas rite voueri possit: & à quibus? Negant.
XXVIII. An vita Eremitica sit probanda? Negant.
XXIX. An Monachis Laborare necesse, & nefas Mendicare? Aiunt.
XXX. An haeretici incorrigibiles sint plebendi? Variant.

PARS III.

MYSTERIOMACHIA LVTHERO CALVINISMI,
Sacramenta impugnantis.

I. DE SACRAMENTIS IN GENERE.

- I. An nomen, Sacramentum, sit ἁγίασμα, nec usurpandum? Aiunt.
II. An Verbum Sacramenti sit Prædicatorium, an Consecratorium? Istud aiunt.
III. Quis esse Minister Sacramentorum debeat? Variant.
IV. An Sacramenta conferant gratiam ex Opere operato? Negant.
V. An Sacramenta Veteris Legis Iustificarint vti Noua? Aiunt.
VI. An sit Character aliquis Sacramentalis? Negant.
VII. An sint septem Sacramenta? Negant.

II. DE BAPTISMO.

- VIII. Quasi Materia & Forma Baptismi? Variant.
IX. An Baptismus sit ad salutem necessarius? Negant.
X. Baptizare cui fas in necessitate? Ministro aiunt.
XI. Sintne baptizandi infantes? Negant necesse.
XII. Num qua fides in Pædobaptismo infantibus necessaria? Aiunt.
XIII. An Baptismu. vere tollat peccata an & impeccabiles reddat? Aiunt hoc, id negāt.
XIV. An

(:) (:) 2

XIV. An

XIV. An Baptismus liberet à lege Dei, Ecclesie, & à Votis? Aiunt.

XV. Baptisma Christi & Ioannis an sit idem. Aiunt.

III. DE CONFIRMATIONE & EUCHARISTIA.

XVI. An Confirmatio sit verum Sacramentum? Negant.

XVII. An Reals Veritas Eucharistica doceatur ex Figuris? Negant.

XVIII. An Veritas Eucharistica doceatur ex Institutione? Negant.

XIX. An possibile Deo pluribus existere locis Corpus Christi? Negant.

XX. An Corpus Christi tantum sit in Eucharistia sine Quanto & Loco? Negant.

XXI. An vere fiat Transsubstantiatio, & Accidentia persistent eadem? Negant.

XXII. Eucharistia sine Res permanens, an Actio transiens? Transiens aiunt.

XXIII. Qualis panis ac Vinum sint Materia Eucharistia? Variant.

XXIV. An certa verborum Forma conscribatur Sacramentum. Et an ab alio, quam Sacerdote? Negant.

XXV. Quali cum Effectu, & Preparatione communicetur? Variant.

XXVI. An Christus in quaque Specie sit totus; si que vi precepti sumenda Vtraque à quolibet? Aiunt & Negant.

XXVII. An Sola Missa sit proprie dictum Sacramentum? Negant.

XXVIII. An Missa sit Sacrificium Propitiatorium, & Impetratorium? Negant.

IV. DE POENITENTIA.

XXIX. An Poenitentia sit vere & proprie Sacramentum? Negant.

XXX. Quae sint partes poenitentiae Essentiales? Variant.

XXXI. Quae sint partes poenitentiae Materiales? Variant.

XXXII. Contritio an sit Actio libera, Evangelica, parsque poenitentiae? Variant.

XXXIII. Contritio Unde, qualis, quanta esse debeat? Variant.

XXXIV. Effectus Contritionis an sit remissio peccatorum, etiam cum solo Voto Sacramenti? Variant.

XXXV. Num quae peccata; quot quantaque sint irremissibilia poenitentiae? Negant.

XXXVI. Contritio ex timore poenitentiae an sit bona? Variant.

XXXVII. An Confessio sit Iure diuino necessaria? Negant.

XXXVIII. An dimissio culpae quandoque poenitentiae remaneat? Variant.

XXXIX. Num quae opera bona sint satisfactoria pro reatu poenitentiae temporalis? Negant.

XL. An iustificatus verè possit Deo satisfacere pro temporali poenitentiae remanente? Negant.

V. DE EXTREMA VNCTIONE & ORDINE & MATRIMONIO.

XLI. An Extr. Unctio sit vere & proprie Sacramentum? Negant.

XLII. An Ordo sit vere ac proprie Sacramentum? Negant.

- XLIII. An Matrimonium sit vere & proprie dictum Sacramentum? Negant.
XLIV. Polygamia an Christianis sit licita? Aiunt.
XLV. An factio Divortio ob fornicationem fiat & Vinculi solutio? Aiunt.
XLVI. Num que sint impedimenta matrimonii Divinentia? Negant plerumque.


PARS IV.

CHARITOMACHIA LUTHERO CALVINISMI,
Gratiam & Iustificationem impugnantis.

- I. Fuerintne Protoplasta conditi cum Dono supernaturali? Negant.
II. An peccata sint omnia equalia in se? Variant.
III. An Electorum peccata sint tantum Venialia? Aiunt.
IV. An Non imputata, tanquam Involuntaria, sint Venialia, fidei que non excludant? Aiunt.
V. An ex natura sua distinguantur pec. Mortalia & Venialia? Negant.
VI. An Deus prædestinavit Adæ, omniumque hominum peccata, fierique ea velit? Aiunt.
VII. Quid Deus per diabolum, quid per Se faciat nostra ad peccata? Impellere aiunt.
VIII. Deus an simpliciter, absolute ac proprie sit Autor peccatorum? Aiunt.
IX. Numque Scriptura in Deum referant peccata mortalium? Aiunt.
X. An, & quo peccato peccarint protoplaste tentati? Variant.
XI. An pecc. originale sit proprie peccatum: in metonymice? Hoc aiunt.
XII. Qualis origo sit Animarum humanarum, & peccati originalis tradux? Variat.
XIII. Peccatum Orig. an sit Substantia, an Actuale? an Concupiscentia? Variant.
XIV. Que sit pœna peccati orig. in descendibus sine baptismo? Nulla, aiunt.
XV. An gratia iustificans sit permanens Qualitas in anima? Negant.
XVI. In quo sita sit efficacia gratia? In se sola aiunt.
XVII. An Sufficiens auxilium detur omnibus ad salutem? Prædestinatis aiunt.
XVIII. An vlla sit causa Prædestinationis in nobis? Negant bene, explicant malè.
XIX. An detur ex parte hominis causa Reprobationis? Negant.
XX. An Decretum Dei immutabile, tollat liberum arbitrium; necesse sit etque tam ad bona, quam ad mala? Aiunt.
XXI. An Arbitrij libertas sit ab & Coactione, & Necessitate? Idque etiam in Deo? Aiunt à Coactione.
XXII. An lumine natura solius cognosci possit, esse Deum, & Vnum? Negant.
XXIII. An homo sit liberi arbitrij in Naturalibus, & Civilibus actionibus? Negant.
XXIV. An aliquod Verum morale possit solis natura viribus cognosci? Aiunt.
XXV. An possit homo Velle aliquod bonum Morale viribus liberi arbitrij solis? Negant pene.

Elenchus Quaestionum.

- XXVI. *An possit homo tentationem vincere, aut bonum Morale perficere cum, vel sine speciali auxilio Dei?* Variant.
- XXVII. *An homo sit liberi arbitrij in MORALIBVS?* Negant.
- XXVIII. *An homo post lapsum sit liberi arbitrij in rebus supernaturalibus?* Negant.
- XXIX. *Num quae sint humana Dispositiones ad Iustificationem?* Negant.
- XXX. *Fides iustificans quid? an Fides? an Notitia?* Variant subinde.
- XXXI. *Ecquod fidei iustificantis obiectum?* Promissiones aiunt.
- XXXII. *An, & quomodo SOLA Fides iustificet?* Variant.
- XXXIII. *An iustitia nobis inherens, sit formalis causa iustificationis perfecta?* Negant.
- XXXIV. *Causa formalis iustificationis sitne Remissio peccatorum?* Aiunt.
- XXXV. *An certitudine fidei quis certus esse possit ac debeat, se esse Iustificatum?* Aiunt.
- XXXVI. *An pariter certus, se esse Praedestinatum?* Aiunt.
- XXXVII. *Fides & Iustitia an sint propria s. lorum electorum; amitti que possint?* Id aiunt: hoc negant.
- XXXVIII. *An homo post iustificationem maneat peccator; Sintque iusti pares omnes?* Aiunt vtrumque.
- XXXIX. *An Discrimen Legis & Euangelij probet operum bonorum necessitatem?* Negant.
- XL. *An Libertas Christiana probet eorum necessitatem?* Negant.
- XLI. *An necessitas operum doceri queat ex Nouo Testamento?* Negant.
- XLII. *An Lex diuina sit possibilis obseruatu?* Negant.
- XLIII. *An opera iustorum bona, sint peccata, & nil iustificent?* Aiunt.
- XLIV. *An opera iustorum sint aeternae vitae meritoria?* Negant.
- XLV. *Num quae fiducia sit in meritis ponenda, sitque fas eorum intuitu operari?* Negant.
- XLVI. *An Oratio sit necessaria, & utilis: ut Pater Nost. Hora, Cantus?* Negant ex parte.
- XLVII. *Ieiunium an quae secum trahat culpanda, an reformanda?* Aiunt.



ne sp.

ant.


nt.

aiunt.

egat.

ant.

atte





COPPENSTEINI

ANTICHRISTVS THEOMACHIAE LUTHE- RO-CALVINISTICAE

PARS PRIMA

De Ecclesia Triumphante.

QVÆSTIO I.

Quis, quatenus S. Scriptura sit Interpres, Iudexque supremus Controuersiarum?

I. **ANTICHRISTIANISMVS.**
LUTHERANI ac CALVINIANI aiunt: Non Papa, non Ecclesia sed Spiritus Sanctus in Scripturis loquens solus est

Iudex: Quin & priuatus quisque esse totius Concilii generalis Iudex potest. Vide *Luthero-cal. par. 1. quæst. 4. & par. 2. quæst. 13. & 18.*

CHRISTVS. At non ita Ego & Pater meus ab initio.

1. Iudex inquam, ac Interpres supremus esse potest solus sumus Pontifex.

1. Talem Deus Moysen, præterquã quod Dux esset, instituit Pontificem

ac Sacerdotem summum, extraordinarium, cui non succederetur; utpote typum Mei: ac ipsi Aaroni Moysen præposuit, etsi ordinario Pontifici cui succedebatur.

2. Tali, *Deut. 17.* iussit obediri controuersa iudicanti: sin; capital erat. Ergo, *Aggæi. 2. Interroga Sacerdotes Legem.* Nam, *Malac. 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam; & Legem requirent ex ore eius.*

3. *Eccl. 12. Quæ per Magistrorum consilium data sunt à Pastore tuo; his amplius ne requiras.* 2. *Paral. 15.* Post locales Iudices, *Amarias Sacerdos & Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit. &c.* Clara hæc: at in Noua Lege gratiæ præclariora.

4. Nam Ego promisi *Mat. 16. Petro: Tibi dabo Claves, Scientiæ & Potentiæ, regni calorum. &c.* sc. ad remouenda quæcunque

A

cunquæ

2
 cunque cœlis inuadendis impedimen-
 ta. Ego promissum præstiti, Ioan. ult.
Simon Petre, pascue oues meas, id est, per Te
 Vicarium meum, perque Successores
 tuos, velut Aaron meus, Doce, & Rege
 Christianos. Atque iccirco, Luc. 22.
*Ego rogavi pro Te, ut Non Deficiat Fides
 Tua; Et Tu conuersus aliquando Confirma
 Fratres Tuos.* Emphatica omnia.

II. CONCILIVM solum esse Iudex &
 Interpres potest. Quia Mat. 23. *Super
 Cathedram Moysis sederunt Scribae & Pha-
 risæi; Quæcunq; E dixerint vobis, ser-
 uate, & facite; secundum opera eorum nolite
 facere.* Omnino rectè notauit meus S.
 Cyprianus lib. 4. epist. 9. Me toto Euan-
 gelio nunquam reprehendisse Pontifi-
 ces aut Sacerdotes, nominando illos;
 sed Scribas solos ac Phariseos; ne cui
 viderer carpere Cathedram & Sacer-
 dotium. Quò alienior à meo est Spiri-
 tu Spiritus Nouatorum.

III. ECCLESIA, id est, Papa & Epi-
 scopi Iudicant. Quia, Mat. 18. *Si Ec-
 lesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus
 & publicanus.* Nam, Ierem. 3. *Dabo vobis
 Pastores iuxta cor meum, & pascunt vos Sci-
 entia, & Doctrinâ.* Idcirco, 1. Cor. 12. *A-
 lij datur per Spiritum sermo Sapientia, alij
 sermo scientia, alij interpretatio sermonum,
 alij prophetia. &c.*

Hinc etsi consultatio Papæ fit theolo-
 gica; definitio tamen est Prophetica.
 Nam, 2. Pet. 1. *Omnis prophetia Scripturæ
 propria interpretatione non fit:* Sed ex In-
 fallibili Assistentia Sp. Sancti; Fidelis
 autem Deus, qui dabit Sp. bonum petenti-
 bus se. Verum, 1. Ioan. 4. *Nolite omni Spi-
 ritui credere; sed probate Spiritus, si ex Deo
 sūt.* Multi n. Pseudo pphetæ exierūt in mūdū.

IV. SPIRITVS cuiusque PRIVATVS
 Iudex esse nequit, vti Mendax; ex patre
 mendacij, qui in veritate non stetit. Non
 esse vniuersis Fidelibus debet verbum
 Dei, quod suus cuique Spiritus ad cor
 loquitur; sed quod Moyse & Prophete
 prodiderunt. Nam Ego, Apostolique
 sæpius appellauimus ad tribunal Scri-
 pturæ; vt Luc. 4. v. 21. & Mar. 12. *Nonne
 ideo erratis, nescientes Scripturas? De mor-
 tuis, qui resurgunt, non legistis in libro Moy-
 sis? Mat. 22. ex Psalmo silentium impo-
 sui Phariseis, Ioan. 5. Eisdem ad Scriptu-
 ram remisi. Sic & Baptista meus, Ioan. 1.
 Verbo, Nec fallit, nec fallitur S. Scri-
 ptura; nec in articulis fidei Papa, vel
 Ecclesia.*

II. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS in Harm. Mat. 26. v. 28. *Stultè
 superstitiosi sunt, qui verba Christi mordicus arripiunt.*
 Hoc est, Inst. 3. c. 31. §. 9. *Qui in Syllabarum contex-
 tu sup' rstitiosè harent. Eos proinde, Inst. 4. c. 17. §.
 23. vocat, Syllabarum Aucupes.*

CHRISTVS. At Ego dico: Luc.
 16. *Facilius est celum & terram præterire,
 quam de lege vnum apicem cadere.* Mat. 9.
iota vnum, vel vnus apex non præteribit.
 Luc. 21. *Celum & terra transibunt; verba
 autem mea non transibunt.* Ad eò Verbum
 Domini manet in æternum. Mat. 28. *Euntes
 ergo docete omnes gentes seruari omnia, quæ-
 cunque mandavi vobis. Et ecce, vobiscum
 sum usque ad consummationem sæculi. De-
 nique Luc. 11. Beati, qui audiunt Verbum
 Dei, & Custodiunt illud in & Apice, & O-
 pere.*

Verum, 2. Pet. 3. *sunt difficilia Quædam
 intellectu, quæ indocti & instabiles deprauāt,
 sicut & ceteras Scripturas; ad suam ipsorum
 perditionem.* Contra hocce etiam, Ioan.

5. *Scrutinimini Scripturas ad vnum iota.* Paulus monet, 2. Tim. 4. *Attēde Scripturæ.* Adeo, vt, Gal. 1. *Si quis vobis Euangelizauerit, præter id, quod ACCEPISTIS, Scriptum, vel Traditum, anathema sit.* Qui secus docuerint, sunt nequaquam rectè tractantes Verbum Dei. Manet igitur hoc, Ioan. 16. *Non potest solui Scriptura.*

III. ANTICHRISTIANISMVS. LUTHERANI. Scriptura, per se apertissima, sui ipsius interpretes est, iudicans omnia.

CALVINIANI. Scriptura in se est perspicua; respectu nostri, difficilis: Proinde eius Claritas Interna, cordis nostri eget illuminatione: Externa, vt in verbis est posita, habet Dogmata expressa planè omnia, quæ vel impii, ac dæmones intelligant.

CHRISTVS. Ipse ego duodennis, Luc. 2. *Sedens in templo, in medio Doctōrum audiebam illos, & interrogabam.* At Aperta claritas nil Doctōrum indiga est; & Doctores erant ij, non solum qui Scripturam docerēt ignatos illius; sed ipsam quoq; non intelligentibus explicarent. Ideo interrogabam eos.

2. Ego discipulis subinde poscentibus, *Ediffere nobis parabolam hanc.* Mat. 13. Et Mat. 14. *Edifferebā illis; Nā istis datū erat nosse mysterium regni.* Mat. 13. Luc. 8. Ego Luc. 24. *interpretabar illis, euntibus in Emaus, in omnibus Scripturis, incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis.*

3. Ego ab his protinus apparens omnibus Discipulis, Luc. 24. *tunc aperui illis SENSVM, vt intelligerent Scripturas.*

4. Ego Scripturarum dissertatione sapius constrinxi Scribas & Phariseos, vel obstinate cæcos, habentes Scripturā, *Moysem & prophetas; sed nolentes intelligere, vt bene agerent.*

5. Ego eram quotidie docens in templo Scripturam.

6. Paulus, Act. 17. *Per Sabbata disserbat eis Iudæis de Scripturis.*

7. Philippus, Act. 8. Eunuchō Candacis explicabat Scripturam obscurā. Petrus vere affirmat, in epistolis Pauli esse quædam Intellectu Difficilia.

8. Rectè, Exod. 17. *Dixit Dominus ad Moysen: Scribe hoc, Ob Monumentum, in libro; & Trade Auribus Iosue; Doce & explica illi.* Deut. 31. *Scriptit itaque Moyses Legem, & tradidit eam sacerdotibus: Qui, Si quid ambiguum oriebatur, Deut. 17. in singulis ciuitatibus requirebantur Interpretes ac Iudices: Maiora ad summum Pontificem vnum referebantur: Cui nolle obedire, scelus ariolandi erat. Itaque Exod. 44. Cū fuerit controuersia, stabūt in iudicijs meis, & iudicabunt Leges meas.*

9. Ea causa promisi, ac præstiti, misi- que Spiritum paraclytum, Ioan. 14. *qui suggeret vobis omnia, & ducet vos in omnem veritatem.*

10. Enimuerò Rom. 7. *Scimus, quod Lex spiritalis est: Et, 2. Cor. 4. Spiritus loquitur Mystera. Animalis autem homo, 1. Cor. 2. non percipit ea quæ sunt spiritus; quia spiritaliter examinatur. Nos autem, 1. Cor. 2. non spiritum huius mundi accepimus; sed spiritum, qui ex Deo est: vt sciamus, quæ à Deo donata sunt Nobis: quæ & loquimur, non in doctis humane sapientie verbis; sed in doctrinâ spiritus. 2. Cor. 4. Litera occidit; spiritus autem viuificat: &, 1. Cor. 14. Spiritus omnia iudicat. 2. Cor. 3. Nos autem sensum Domini accepimus; non solam literam, solaque verba.*

Hæc adeo sunt manifesta, vt vel mei inimici crucis ea cōfiteri cogantur; Lutherus fatetur se magno sudore veram sententiam in Scriptura quarere: Nequedum

tamen omnia in legitimo sensu intelligere, modo. An igitur alias ea multa dixit? Non. Quia, Ioan. ult. *Sunt & alia Multa, quae fecit IESVS; quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. At scriptos, vel vna manus capit.*

Vide Luthero-calui. p. i. q. 4.
Brentius in Confess. Wittenberg. cap. de Scriptura: *Donum interpretandae Scripturae non est humana prudentia sed spiritus sanctus distribuit dona hominibus pro sua beneplacito. Sed hac in veritate non stetit.*

IV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTAE fingunt: Scripturam legere & Interpretari, cuiusuis est. Causam affert. Brentius in Confess. Wittenberg. ibidem. *Nec enim Spiritus Sanctus est ad certum genus hominum alligatus.*

CHRISTVS. Ego inquam, Matt. II. *Constitit tibi Pater, quoniam abscondisti haec a sapientibus; & reuelasti ea paruulis, theodidactis. Ipse, Eph. 4. De di alios Pastores & Doctores; alios. &c.*

QVÆSTIO II.

Num quae Traditiones sint de Fide Christiana?

V. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTAE pernegant.

LUTHERVS in cap. i. Gal. negat. *Negue alia doctrina in Ecclesia tradi & audiri debet, quam purum Dei verbum est.*

Doctores, vel Auditores alij cum sua doctrina, anathema sunt.

CALVINVS Institut. lib. 4. cap. 8. §. 8. pernegat. *Esto hoc firmum axioma: Non aliud habendum esse Dei verbum, cui detur in Ecclesia locus; quam quod Lege primum, & Prophetis, dein & scriptis Apostolicis continetur. Vide in meo Luthero calui. p. i. q. 5.*

CHRISTVS. Ioan. 16. *Multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare*

modo. An igitur alias ea multa dixit? Non. Quia, Ioan. ult. *Sunt & alia Multa, quae fecit IESVS; quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. At scriptos, vel vna manus capit.*

2. Deinde quae habuit dicere, Ioan. 16. ea dixerit post resurrectionem forte; Nam, Act. 1. *per dies XL. apparens eis, & loquens de Regno Dei: Quae tamen scripta non sunt: Et cum otiosa non fuerint; esse necessaria, & Christo digna debuerant: Quae viua voce tradiderunt Apostolites.*

3. Vnde, 1. Cor. II. *Laudo vos, quod per omnia mei memores estis; & SICUT TRADIDI vobis, praecepta mea tenetis, scilicet de Orandi & Communicandi modo.*

Quae praecepta erant: Non tamen Scripta; ait *ibidem Chrysostomus, Theophilus, & Epiphanius haeresi 61. &c.*

Additque *Accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Cetera, cum venero, disponam. At ea cetera nasquam sunt scripta.*

4. Item, 2. Thes. 2. *Tenete Traditiones, quas accepistis siue per Sermonem, siue per epistolam nostram.*

5. Item, 2. Tim. 1. *Formam habet sanctorum verborum, quae à me Audisti. Bonum DEPOSITVM custodi, per Spiritum Sanctum, qui habitat in vobis. Bell. l. 4. cap. 3.*

Regulas agnoscendi Traditiones vide in mea Genealogia par. I. quest. 2.

II. DE VERBO DEI INCARNATO. QVÆSTIO III.

Quale quid Luthero-caluinistis Sancta Trinitas sit, & Christi Diuinitas?

VI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS in Dom. Trinit. Vox Trinitas humanitas inuenta est, & frigide sonat.

CALVINVS epist. ad Polonos. Trinitatis nomen repudiamus. &c. Pluravide in Luthero-cal. q. 6.

CHRISTVS. Matth. vlt. Baptizate omnes gentes in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Per meum Ioan. in 1. cap. 5. Tres sunt in celo, qui testimonium. &c.

Et tamen Mar. 12. *Vnus est Deus, & non est alius præter eum.* Vnde Ioan. 17. *Ut cognoscat te solum verum Deum.* Mat. 4. *Domine Deus tuum adorabis, & illi soli seruites.* Sic & per Apostolos, perque Prophetas prædicaui. Apud Bellar. lib. 1. de Christo. c. 3.

VII. ANTICHRISTIANISMVS.

Christus non est verè Deus, nec ab æterno, sed ante incarnationem. Nihil fuit, nisi per Idam, in mente Dei. &c.

Ita Lutherus, Caluinus, Erasmus, Melanch. &c. Vide in Luthero cal. q. 7. & 9. prolixè & diserte.

CHRISTVS. I. Ioan. 10. *Ego & Pater Vnum sumus,* Vnitatem naturæ. Peruersè Transyluani, l. 2. c. 9. *Vnum,* aiunt, *vnitate charitatis.* Et probant auctoritate Erasmi & Caluini. At poterant addidisse simul Arij & Eunomij hæresiarcharum auctoritatem.

II. Ioan. 17. *Vt sint vnum, sicut & nos Vnum sumus.* Vnitatem ^{essentia} ^{air} ^{S.} Basil. l. 1. in Eunomium. Chryf. in Ioan. 1. *Nam sic argumentabar: Nemo potest rapere oues de manibus Patris mei: quia ipse maior omnibus est: Ergo nec de meis manibus: Ego enim & Pater Vnum sumus, id est vna manus potentia, Vnum substantia.* Deinde, ait Aug. & Chryf. ibid. *Audito hoc Iudai susulerunt lapides, ut iacerent in eum: Ergo intellexerunt per illud, Vnum sumus, Vnitatem Deitatis.* Adde quòd ipse id exponit, ibid. *Vos dicitis, quia blasphemias: quia dixi: Filius Dei sum: Ergo id est sumus: Ego & Pater vnum sumus: Et, Filius Dei sum.*

III. Ioan. 14. *Creditis in Deum; & in Me credite.* Hinc Aug. l. 1. de Trin. c. 12. dicit, *Christum esse illum verum Deum, quem Iudæi colebant.* Ibid. *Si cognouissetis me; & Patrem vtrique cognouissetis.* Item, Philippe; *qui videt me, videt & Patrem.* Ergo sumus æquales, & vnum.

IV. Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus.* Nestoriani, in Synodo V. c. 12. dictitabant eam exclamationem Thomæ referri ad Deum Patrem. Sed refutat eos Synodus V. Et S. Aug. epist. 174. eo dicto efficacissimè vtitur pro Diuinitate Christi.

V. Ioan. 5. *Querebant eum Iudæi interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* &c.

Vide Bell. lib. 1. de Christo cap. 6. Et in mea Genealogia par. 1. q. 3. *Quæ euincunt, Christum esse verum Deum, vnum cum Patre.*

•••(•)•••

QVÆSTIO IV.

An Tritheismus sit Lutherocaluini-
starum?

VIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS lib. contra Latomum 10. 2. *Ani-
ma mea odit quosdam.* Melanch. Tres sunt Diui-
nitates, vt tres persona. &c.

CALVINVS in Actis Serneti. *Filius habet sub-
stantiam à Patre distinctam.* &c. Vide meum Lu-
thero-cal. q. 11.

CHRISTVS. At Ioan. 5. *ALIVS*
est, qui testimonium perhibet de Me. Et
Ioan. 14. *ALIVM* Paraclerum dabit vobis.
At de vna eademque persona non di-
citur *Alius*. Notat ita S. Fulgentius l. de
obiectionibus Arianorum; Patrem, Fili-
um, Sp. Sanctum dici *Alium*, non *Aliud*.
Siquidem *Aliud* distinctionem in Es-
sentia; *Alius*, distinctionem in Persona
significat. Vnde ait Ioan. 10. *Ego & Pa-
ter Vnum sumus*; non *Vnus*, aut *Aliud*.

2. Mar. vlt. *Baptizate omnes in nomine
Patris & Filij & Sp. Sancti.* particula, ET,
distinctionem personalem ac realem
denotat.

3. Ita Eph. 2. *Per ipsum habemus accessum
ad Patrem in vno Spiritu.* Quod distin-
ctionem Personæ, non Essentiæ docet.
Nam de Vnitate Essentiæ supra sat vi-
dimus.

4. Ioan. 5. *Sicut Pater habet vitam
in semetipso; sic dedit & Filio vitam habere
in semetipso.* Non quomodo alia anima-
ta creata vitam habent: sed quomodo
Pater ipse habet. Vnde dicitur, Col. 1.
Primogenitus Dei & imago eius. Quod in-
telligi de Diuina æternaque generatio-

ne. patet ibidem isto: *In ipso, & per ipsum
condita sūt vniuersa.* Manet igitur, quod
in Deo sit Vnita Distinctio, & Distincta
Vnitas: non trium Vnitas; sed Vnius
Trinitas. Plura vide in meo *Luthero-
calu. p. 1. q. 8. & 10.*

QVÆSTIO V.

Sitne in Diuinis Personarum Ae-
qualitas?

IX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERI. *Anima mea odit quosdam.* Idem in
Gen. 1. *Verbum est Instrumentum Patris in ope-
rando.* &c.

CALVINI. *Filius etiam in diuina Natura, offi-
cij ratione, Patre minor est.* Sic vtrobique cæteri.
Vide in meo *Luthero-caluinista quest. 9. & 12.*

CHRISTVS. I. At Angelus ad
Zachariam de Ioan. Baptista, Luc. 1.
*Multos filiorum Israel conuertet ad Dominum
Deum ipsorum, id est, ad Christum: & ipse
præcedet ante illum,* Deum Israel Chri-
stum, *in spiritu & virtute Helie.* Atqui
communis est regula Transylvanis,
Seruetianis, Gentilistis, & Luthero-cal-
uinistis; *Deum Israel, esse Verum Deum;*
sed & addunt, *solum Patrem intelligi vsque
Deus.* Hoc falsum; illud verum est. Pa-
tet hoc loci. Nam quod Angelus hic
Christum quoque *Deum Israel* appelleret,
attestantur interpretes S. Patres, *Irene-
us, l. 3. c. 11. Ambr. Euthymius, Beda. &c. in
Luc. 1. Ratio.* Quia constat Ioannem
præcessisse ante *illum*, prædictum sc.
Deum Israel: at ante Christum præces-
sit: Christus igitur est Deus verus Isra-
el, sicut & Pater, nō minor. Quia quic-
quid est Deus, est vnicè summus: & quic-
quid est non vnicè summum, est quo-
que

que Non Deus: sed minus Deo. Atqui Christus est Deus; ergo vnice summus, & vnus cum Patre Deus æqualis Patri.

II. Petrus ait, Mat. 16. *Tu es Christus Filius Dei viui.* At proprium est viuentibus gignere sibi simile in Natura. Ideo Christus dicitur, Ioan. 3. *Filius Vnigenitus.* Rom. 8. *Proprius.* 1. Ioan. 5. *Verus.* Col. 1. & Heb. 1. *Naturalis*, vt imago naturalis paternæ hypostasios: respectu cuius *Angeli* dicuntur *Serui*; cum tamen sint Adoptiui filij Dei. Et à Iudæis est hoc nomine accusatus, ac morti adiudicatus, *Quia Filium Dei se fecit*: vtique naturalem, non metaphoricum, vel adoptiuum. Nam & ipsi dicebant: Ioan. 8. *Nos vnum patrem habemus Deum.* Neque Christus illam diluit accusationem.

III. Ioan. 5. *Quærebant eum Iudæi interficere; quia non solum soluebat Sabbatum; sed etiam Patrem suum dicebat Deum, AEQUALI SE FACIENS DEO.* Quippe vt *Deus verus de Deo vero: genitus, non factus.* Itahic Patres Chryl. Cyril. Augustinus. &c.

IV. Docet Paulus, qui ex Reuelatione IESU CHRISTI didicit Euangelium, Rom. 9. *Ex quibus Christus est, secundum carnem: Qui est super omnia DEVS benedictus in secula, id est, aiunt S. Patres hic vnanimiter, Summus Deus. Ergo æqualis Patri secundum Diuinitatem; minor Patre, secundum Humanitatem, infert rectè symb. Athanasij.*

Erasinus Rotero. conatur locum infringere, dicens:

1. Vocem, *Deus*, forte non esse de textu.
2. Aut vocem *Deus* referri ad Patrem solum.

At vtrumque refragantibus SS. Patribus: Cypr. Hilar. Chry. Iren. Tertulian, &c.

V. Iterum Paulus, Phil. 2. *Qui, cum informa Dei esset, non rapinam arbitratus esse se AEQUALI DEO.* In forma Dei, id est, substantia Dei, quæ ibidem opponitur *forma serui*, id est, naturæ humanæ. Sic S. Patres apud Bellar. l. 1. de Christo. c. 6. contra Erasimum & Transylvanos. Vide meam *Geneal. q. 5.*

QVÆSTIO VI.

An Deus cum Essentia communicarit Christo omnipotentiam & Iustitiam & Immortal.

I. X. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS in Conc. Nat. Dom. *Vnus Christus, esse Deum Omnipotentem; alter, Homo non omnipotens.* Id est, ait Brentius lib. recognitionis suæ pag. 131. *Communicatione Proprietatum Filij hominis ab inhabitante Dei Filio ornatur.*

CALVINVS lib. contra Gentilem, Pater Filio nec in parte, nec in solido communicauit essentiam. &c. Vide *Luthero-calv. q. 13.*

Sed ordine distincto colligamus & omnia redigamus ad tria.

1. Sabellius sub annum 216. finxit: *Deus vna est persona; Trinitas nulla: diuersa autem nomina sunt, excogitata ad diuersos significandos Dei effectus.*

CALVINVS ait. *Pater nec ex solido nec ex parte suam communicauit Essentiam: solum, Instit. L. I. c. 13. § 5. Proprietate quadam distincti sunt.*

2. Arius finxit: *Christus minor Patre est; prima ab eo creatura productus.* LUTHERO-CALVINISTÆ similes supra.

3. Nestorius; *Maria solum hominem peperit; cui deum accessit Dei Filius inhabitator per gratiam.* Sic & Luth. & Brentius. &c.

CHRISTVS. At verò, Ioan. 7. *Ego ex Deo processi.* Inde Pater mihi ait: *Plas. 2. Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Et Dauid vocat eum Dominum: Dixit Dominus Domino meo. &c.* Cætera repete supra ex quæst. 3. 4. 5.

XI. ANTICHRISTIANISMVS.

CAL-

CALVINVS Inft. l. 3. c. 23. §. 3. Potētia Dei Abfoluta commentum est, sicut profanum ita merito detestabile. Beza lib. contra Helium. Nec credenda est, nec vniuersaliter recipienda illa Gabriētis Angeli propositio: Non est impossib. apud Deum omne verbum &c. Vide Luthero-cal. q. 14.

CHRISTVS. Mat. vlt. *Mihi data est omnis potestas in caelo & in terra. Ego sum, Apoc. 1. Qui venturus est Omnipotens.*

2. XII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS ad marginem Rom. 3. *Deus est iniustus; nam impossibilia praecipit. &c.*

CALVINVS. Inft. l. 1. c. 18. §. 3. *Deus auctor est omnium eorum peccatorum, quae Papista tantum otiose volunt eius permissu contingere.*

ZVINGLIUS. de prouid. c. 5. *Numen ipsum est auctor eius; quae in nobis est iniustitia. Vide Luthero-cal. q. 17. 18.*

CHRISTVS. Ioan. 5. *Sicut audio, iudico; & iudicium meum iustum est. Vel Iuda teste, Mat. 27. Peccaui, tradens sanguinem Iustum. Et Pilato: Innocens ego sum a Sanguine Iusti huius: Et Vxorē illius: Nihil tibi & Iusto illi. Ita decebat, Rom. 3. Ut sit ipse iustus & iustificans.*

3. XIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS l. de Concil. p. 2. *Nestoriani sunt, qui Diuinitatem pati non potuisse pertinaciter disputant. &c.*

CALVINVS. *Deitas est mortalis: Immo verò aliquando mortua est. &c. Vide meum Luthero-cal. q. 16. Sic & Theopachita: quondam damnati.*

CHRISTVS. Ioan. 17. *Clarificame Pater apud te ipsum claritate, Immortalitatis, quam habui prius, quam mundus esset, apud te. Hinc Hebr. 13. IESVS Christus heri, & hodie, & in secula.*

2. *Quin & nos, Rom. 6. Si mortui sumus cum Christo, Homine homines, credimus, quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quod Christus resurgens ex mortu-*

is iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem Vixit, viuunt Deo.

4. XIV. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS Inft. l. 1. c. 13. §. vlt. *Stulte fingitur à Patre continuus actus generandi.*

CHRISTVS. *Ego verò æternam de me prædico generationem Ioan. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum. Nam, Prou. 8. Ab æterno ego ordinata sum, sc. Sapientia genita. Vnde Michas. 5. Egredessus eius ab initio à diebus æternitatis. &c. Heb. 13. Et in secula Deus.*

Quò nefandius negant Samofateni, Christum fuisse ante Mariam: Sic & Photinus, apud Baron. anno 357.

QVÆSTIO VII.

Qualis sit Christus Deus Luthero-calvinisticus?

XV. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS contra Nebul. respon. ad propos. 7. *Deus vult fieri, quae fieri verat.*

CHRISTVS. *At Volo, iubeo vos orare: Mat. 6. sed libera nos à Malo. Ioan. 12. Ignem charitatis veni mittere; & quid volo, nisi ut accendatur. Mat. 20. An non licet mihi, quid volo, facere? At Veni destrucere opera diaboli.*

XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

ZVINGLIUS, *Deus est tyrannus. &c. Vide in Luthero-cal. q. 18.*

CHRISTVS, *At Mat. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Matt. 9. Misericordiam volo; & non sacrificium. Ideo Nolo mortem peccatoris; sed ut conuertat. &c.*

XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

CAL-

CALVINVS contra Libert. c. 14. Qui Deum faciunt autorem scelerum, Deum transformant in diabolum. At agit id Caluinus.

CHRISTVS. Ioan. 12. Ego demonium non habeo; sed honorifico Patrem meum. Mat. 21. Quomodo potest Satanas satanam eijcere? Mat. 6. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Et ego similis satanæ, autor essem scelerum?

XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS Inst. l. 1. c. 17. §. 8. Deus armat diabolum in nos. Ibid. c. 18. §. 2. Dæmon tantum minister est Dei. Ergo Deus peior diabolo erit.

CHRISTVS. Luc. 18. Magister Bone. &c. Quid me dicis Bonum? Nemo Bonus, nisi solus Deus. Et Ego ipse tam bonus sū: Mat. 9. Vt non venerim vocare iustos, sed peccatores.

XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS in Isa. 9. Dei filius est Virtus Patris; non Deus: nam vocem DEVS expunxit. In Gen. 1. Est instrumentum Patris in operand. Ergo minor Patre.

CHRISTVS. At Ioan. 5. Patrem suum dicebat Deum, Aequalem se faciens. Ioa. 10. Ego & Pater Vnum sumus. 1. Ioan. 5. Simus in Vero Filio eius: Hic est Verus Deus, & vita aeterna.

XX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS lib. contra Latomum: Anima mea odit *μωβωβω* vocem hanc, cum recipiā.

CHRISTVS. At Ioan. 1. Credo Domine, quia tu Es Filius Dei. Mat. 16. Tu es Christus Filius Dei. Ioan. 3. Scimus, quia à Deo venisti. Exod. 3. Ego sum *ὁ ὢν*, qui sum, & *εἶα*.

XX. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS Harm. in Ioan. 1. Christus non fuit ab æterno: sed tum fuit, cum Deus à populo suo inuocari nomine Patris coepit. Vide Luthero-cal. q. 20.

CHRISTVS. At Ioan. 5. Sicut Pater habet vitam ut in semetipso: sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. At Pater habet

eam ab æterno. Ergo Ioan. 1. Et verbum erat apud Deum in principio. ibid. Vngentus, qui est in sinu Patris. Quare Christum esse Deum ab æterno necesse est.

XXI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS: Christus est *ὁ ὢν* &c., Deus ex se ipso, non Deus de Deo Patre. &c. Vide Luthero-cal. q. 21.

CHRISTVS. Quia, Ioan. 5. Pater dedit Filio vitam habere in semetipso: Ideo, Ioan. 6. Ego viuo propter Patrem. Quod si dedit mihi vitam, sicut Pater habet vitam in semetipso, non sicut creatura; certe dedit & Essentiam.

2. Deinde, Mat. 11. Omnia tradita mihi sunt à Patre meo: Cur non & Essentia?

3. Sanè, Ioa. 7. Ego scio eum; quia Ab ipso sum. Et Ioan. 8. Sicut docuit me Pater, loquor in mundo. Dedit omnem scientiam, dando Essentiam, ait Augustinus.

III. DE CHRISTO HOMINE.

QVÆSTIO VIII.

In Christo num Dua sint Persona, & Vna Natura? An contra?

XXII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ ex Caluino cum Beza: Semper duas in Christo Personas ponunt, siue Vniones hypostaticas: & sic Personaliter Christus homo à Deo distinctus est. Vide in mea Genealog. q. 9. de Nestorianismo tali plura luculentè.

CHRISTVS. 1. Ioa. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo. Ecce tibi vnum eundemque esse Filium Dei; & Hominis:

B cate-

cæteroquin falsum foret filium Dei descendisse de cælo.

2. Ioan. 10. *Ego & Pater Vnum sumus*: Quod sanè conuenire nequit Humanitati illius. Nec enim Pater est homo factus. Et ego, qui id loquor, sum Filius Dei. Ioan. 9. *Credis in Filium Dei? Respondit ille: Quis est Domine, ut credam in illum? Dixit illi IESVS; Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, Ipse est. At ille ait: Credo Domine: Et procedēs adorauit eum.* Non poteram apertius declarare, vnā esse Personam Filium Dei, & filium hominis.

3. Mihi Vni acclamabat Thomas, Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus!*

4. Matt. 16. *Quem dicunt homines esse Filium hominis?* Alijs alium dicentibus, respondit Petrus: *Tues Christus Filius Dei viui.* En vterque persona est eadem.

5. Sicut & Luc. 1. *Ideoque & quod nāscetur, ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei:* At est homonatus, idemque Deus; naturæ duæ, sed vna persona.

6. Ioan. 1. *Verbum caro factum est*, in persona vna: sicut Dauid factus est Rex; vbi vna est, non duæ personæ.

XXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERANI, ex Luthero cum Btentione: *In Christo duplex est Diuinitas, vna Æterna, altera Humanitatis communicata: Et hæc supra & extra omnes creaturas collocata, quam à creaturis longe abest Deus ipse.* De hoc Eutychnismo vide in meo *Luthero-calui. p. 1. q. 22. & Genes. q. 9.*

CHRISTVS. Duæ mihi Naturæ insunt, Quia Ioan. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo.* Hæc loquens cum Nicodemoram vtiq; homo; & me tamen de cælo descendisse fatebat, esseque adhuc in cælo, scilicet qua Deum: Vnde duo Esse in Vno necesse erat; sed

Naturâ duo, vnum Personâ.

2. Ioan. 5. *IESVS soluebam sabbatum,* vt homo; *sed etiam Patrem meum dicebam Deum, æqualem me faciens Deo Deo.* Et tamen, Ioan. 10. *Ego & Pater vnum sumus.* Idque saluo isto, Ioan. 14. *Pater maior, diuinitate sua & mea, me est,* homine.

3. Ita Ioan. 8. *Antequam Abraham fieret, ego, qui loquor homo, Deus sum.*

4. Vnde Petrus Act. 1. *Dextera Dei exaltatus,* qua homo & creatura, effudit hoc donum Sp. Sancti, quâ Deus. En, naturæ duæ; & tamen Vnus id effundebam. Cætera vide in *Genes. q. 10.* Et in *Luthero-calui. q. 23.*

QVÆSTIO IX.

Quid carni Christi communi: aut Deus?

XXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERANI. *Vnio Hominis ad Deum in Christo, consistit in communicatione Attributorum facta Humanitati: Et ea Realis.*

CALVINISTÆ aiunt, *Verbalis:* Sic tamen, vt ea non sit de essentia Vnionis. Vide in *Luthero-calui. q. 23. 24.*

CHRISTVS. Testatus iam sapius fui, vnā inesse mihi Personam, Naturas duas, Vnitatis, non confusas, neque in sese conuersas: Sed *Verbum caro factum est*: non Caro verbum facta est, id est, verbum communicauit suam Hypostasin Humanitati; non hæc suam Verbo.

Sicut Ioan. 10. *Ego & Pater vnum sumus* in Essentia, duo in Personis: ita Deus & Homo Vnum sunt in hypostasi diuina sola: non in humana; Hinc Realis Communicatio Idiomatum facta est,

hypo-

hypostaticè; Non essentialiter, Neque accidentaliter.

XXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI. Christi Humanitas; utpote, ad dexteram Dei exaltata super omnia creata; est vbiq; perinde, vt Diuinitas. Vide *Luthero-cal. q. 26.*

CHRISTVS. Istud è diametro repugnat S. Scripturis meis.

1. Quæ dicunt Me Hominem alicubi non fuisse. Vt Ioan. 11. *Lazarus mortuus est: &c. quia non eram ibi.* Matth. vlt. *Non est hic surrexit.*

2. Illis, quæ esse vbiq; asserunt. Vt Iere. 25. *Cælum & terram ego impleo.* Pf. 138. *Quo ibo à spiritu tuo?*

3. Illis, qui me Deum & Hominem esse docent supra.

XXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS. Necessè habet Christi carnem adeo longè extra creaturas ponere, quam longè Deus ipse extra illas est.

Scvvenkf. Est Deus verus. Anabaptistæ, Est ex substantia Patris in vterum Virginis allata caro Christi. Vide meum *Luthero-cal. q. 27.*

CHRISTVS. Mat. 1. *Liber generationis Iesu Christi filij Dei, Filij Abrahamæ.* &c. quæ genealogia veri est hominis. Lu. 1. *Ecce concipies in utero, & paries.* &c. i. ait Ambr. l. de Incar. c. 9. *Habuit de suo Virgo, quod traderet; non alienum dedit mater.* Matt. 21. *Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt, David, id est, homo hominis. Fili David miserere. Vereque Pilatus; Ecce Homo.* Atque ita & post ascensionem Christus dicitur, *Filius hominis*, in Scripturis.

QVÆSTIO X.

Num quæ inerat Anima Christi imperfectio Scientiæ.

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS, & CALVINVS notam ignorantie Christi multiplicem impingunt; adeoque, quam Gnostici, & Nicolaitæ, indigniorem. Patet in meo *Luthero-cal. q. 28.* & *Genealog. q. 11.*

CHRISTVS. De me testati secus Prophetae sunt, ceterique plures.

1. Isa. 11. *Requiescet super eum Spiritus Domini, Sp. sapientiæ.* Idemque 61. *Spiritus Domini super me, eò quod vnxit me.* Psal. 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus.* Act. 10. *Vnxit eum Dominus Sp. Sancto & Virtute.* Hoc verò fieri nequijt, nisi in Conceptione. Nam quid est, Isa. 11. *Virga florens*, nisi B. Virgo concipiens, cuius fructus Christus, id est, vnctus?

2. Sin' autem ætatis anno XXX. primum vnctus fuisset; errasset Angelus dicens: Luc. 2. *Natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus*, id est, vnctus.

3. Adhæc Ioan. 1. *Verbum Caro factum est.* &c. *plenum gratiæ & veritatis.* Idque in limine vitæ mortalis: non igitur dilata fuit sapientia Christi ad vsque XXX. ætatis annum. Vnde bene S. Aug. l. 15. de Trinit. ca. 26. *Absurdissimum est dicere Christum anno XXX. accepisse sp. Sanctum; cum eius Praecursor accepit in utero matris suæ.* Luc. 1.

4. Demum ait Apostolus meus, Eph. 4. *Vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi.* At verò, Col. 1. *In eo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei.* Ideo Petrus, Ioan. vlt. *Domine, tu omnia nosti.*

5. Et fatentur omnes in Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus.

6. Quid quod Lucas 6. ait: *Ipse sciebat cogitationes eorum.* Ioan. 2. *Eo quod ipse nosset omnes.*

QVÆSTIO XI.

Christus an sit verus Deus; verus Homo; idemque Adorandus?

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS.
1. **D**EVM esse perfectum IESVM, abnegant iuxta LUTHERANI & CALVINIANI.

2. Atque iidem & istud, Verum esse Hominem, plenè confiteri tergiverfantur.

3. Adorare verò horrent etiam. Vide in meo *Luthero-calui*. p. 1. q. 35. & 36. Inque *Genealog.* 9. 12.

I. CHRISTVS. Pater est, qui testimonium perhibet de me, & ipse clarificat me. Qua causa, Mat. 3. *Ecce vox de cælis dicens: Hic est Filius meus dilectus.* &c. Idem Mar. 11.

2. Et verè, Luc. 2. ait *Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenit enim gratiam apud Deum: Ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen eius IESVM.*

3. Verè Dæmonium, Mar. 5. *Quid mihi & tibi IESV Fili Altissimi?* 1. Ioan. 3. *In hoc autem apparuit Filius Dei, ut dissoluat opera diaboli.*

4. Verè Martha, Ioan. 11. *Vtique Domine, Ego credidi, quia Tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.*

II. CHRISTVS. Verus Homo venturus sum à Patre promissus, Ezech. 13. *Suscitabo super omnes Pastorem unum, seruum meum Dauid.* Atqui, Ioan. 10. *Ego sum Pastor bonus.* De quo meus Vicarius, 1. Pet. 5. spondet; *Cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem glorie coronam.* Deque me percunctante, *Christus cuius filius erit?* responderunt Pharisei. *Dauid.* Denique 1. Ioan. 4. *In hoc cognosci-*

tur Spiritus Dei: Omnis spiritus, qui confiteatur IESVM Christum in Carne venisse, ex Deo est. &c.

III. Quin ADORANDVS sim, nihil dubitabant, Mat. 14. *qui in nauicula erant; venerunt, & adorauerunt Eum, dicentes: verè Filius Dei es!* Nihil tres Magi dicentes, Mat. 2. *Venimus adorare eum.* &c. *Et procidentes adorauerunt eum.* Nihil leprosus, Mat. 8. *qui veniens adorabat eum.* Hæsitabat nihil Syrophænis, Mat. 15. *quæ venit & adorauit eum dicens: Domine adiuua me.* Cæcus ille natus, sed illuminatus, & interrogatus, Ioan. 9. *Tu credis in Filium Dei?* Quærebat: *Quis est, Domine, ut credam in eum?* ait IESVS: *Et vidisti eum; & qui loquitur tecum IPSE est.* At ille dixit: *Credo Domine: Et procidens Adorauit eum.*

QVÆSTIO XII.

An Christus fuerit defectuosus, Deus mortuus, infernique perpeffus penas.

XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.
LUTHERVS in Pl. 16. Ienensi tom. 2. *Christus verè ad infernum, secundum Totam Personam descendit, & ibi peccatorum nostrorum, in ANIMA & Corpore, penas luit.*

CALVINISTÆ immaniora. Vide in meo *Luthero-calui*. p. 1. q. 52. & 42.

CHRISTVS. 1. Dixi in Psalme, 114. *Anima mea in manibus meis semper.* Atque tamen, *tristis fuit Anima mea usque ad mortem; non tamen in mortem: Et tunc ceppi pauere & tædere; Non tamen desperare. Quin obuiam processeris, & dicto, Ego sum; abierunt retrorsum.* Enimverò, Ioan. 10. *Ego pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me.* &c. *Potestatem habeo ponendi eam.* Hoc Iudæi non intelligebant; uti nec Luthero-caluinistæ.

2. Accedit, Scripturam Apostolorum testari, sanguine & morte mea stare mihi redemptionem mundi non Animam, Nisi hac sensitiuam, id est, vita mortali: Obedientiam, Charitati adscribitur meum filius vindicata mortalium. Vt Phil. 2. *Factus est obediens.* &c. Eph. 1. *In quo habemus redemptionem per Sanguinem eius.* Bell. l. 4. de Christo. c. 8.

XXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

Pertinet Moribus & re & nomine ad Diuinitatem. Ita LUTHERANI pariter ac Calvinista in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 16. & 43.*

CHRISTVS. *Malac. 3. Ego Dominus, & non mutor, minus patior.* Et Ioan. 5. *Pater meus usque modo operatur, & Ego operor: non patimur.* Quia 2. Tim. 6. *Deus solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.* Et quis resistit ei, & pacem habuit. Mat. 28. *Mihi autem data est omnis potestas, in celo, & in terra.* Proinde Ioan. 5. *Quacunque Pater facit, haec & Filius similiter facit: patitur neuter quicquam; aliorque cunctis, 1. Tim. 6. Lucem habitat inaccessibilem.* Inprimis Ego *Filius sapiens, gloria Patris sum;* 1. Pet. 1. *In quem desiderat Angeli prospicere.*

XXX. ANTICHRISTIANISMVS.

Defectus & multos & graues imponunt Christo, qui sese Euangelicos iactant, & impiis Reformatos. Vide in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 44.*

CHRISTVS. Idem Scribis & Pharisaeis vsu venit, per praedicationis meae decursum, In Doctrina legem eis soluere dicebar, docereque noua. &c. In Vita, peccatores suscipere, & manducare cum eis. &c. In Miraculis, per Beelzebub operari. &c.

In Passione vociferati sunt multas calumnias; & tamen a Iuda ipso pronun-

ciabar *Innocens;* a Pilato eiusque vxore, *Iustus,* addente; *Non inuenio causam in illo:* a Centurione, *Verè hic homo Filius Dei erat.* &c. Quare *Quis ex vobis arguet me de peccato: ita Praecursor; Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: non qui cumulat, & peccata peccatis adijcit, &c.*

QVÆSTIO XIII.

An & quis sit Infernus, ad quem descendit IESVS.

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ contendunt istud, *Descendit ad inferos;* explanationem istius esse, *Sepultus est: Vt negent ad inferorum loca descendisse Christum; sed eius sepulcrum fuisse infernum.* Vt ostendi in *Luthero-cal. p. 1. q. 53.*

CHRISTVS. Mat. 11. *Et tu Capharnaum usque ad caelum exaltaberis? Usque ad infernum descendes,* id est, ab extremo altissimi ad extremum profundissimi: at sepulchra in extrema terra sedent.

2. Deinde *Epulo sepultus est,* Luc. 16. & clamabat, *Crucior in hac flamma.* At haec non est asseruatrice corporum, sed absumptrix: Neque terrena flamma; sed tartarea, est animarum edax & torrix. Neque *chaos firmatum est* vllum, caelos inter ac terras; sed Inferos; unde *non est redemptio,* vt valeant superas remeare sub auras.

3. Adde, quod, *quem diligebat IESVS:* is vidit non inuentos, qui soluerent librum, *nec in celo, nec in terra, nec sub terra.* id est in inferno infra, non intra terram positos: Cadauera autem quid aperirent librum? Et Phil. 2. *In Homine IESV omne genua flectetur Caelestium, Terrestrium,*

& Inferorum. Neque hoc esse cadauerum potest; sed debet Spirituum & mortalium esse.

4. Ergo, Eccl. 24. Dixi: Penetrabo omnes inferiores partes terra, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Sic & feci, Mat. II. Sicut Ionas fuit in ventre ceti. &c. Vbi S. Hier. in c. 2. Ionæ: Sicut cor in medio est animalis: ita infernus in medio terræ esse perhibetur. Quo circa, Rom. 10. Ne dicas in corde tuo; Quis descendet in Abyssum, id est, Christum à mortuis reuocare? Quis ascendet in caelum, id est, Christum deducere? Omnino, Eph. 4. Qui ascendit, Ipse est, qui & descendit in inferiores partes terræ.

QVÆSTIO XIV.

An & quatenus descendit, exhaustisque
Limbum IESVS?

KXXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ negant Christum personaliter ipsum descendisse ad inferos; sed solum vi & effectu virtualiter:

2. Quod extinctam quoque Animam Christi; adeoque Diuinitatem ipsam mortuam fuisse velint.
3. Ac solum in sepulcro Corpus iacuisse:
4. Ideo Sepulcrum dici infernum oportere. Hæc requisita patent in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56.*

CHRISTVS. Multa isthic inuoluntur infanda: quibus præcedere Antichristianismo sat responsum est,

1. Nunc quoque sat pro mea essentiali apud inferos præsentia, atque in persona mea loquutus est & Psaltes, 15. & Petrus, Act. 20. Non derelinques Animam meam in inferno, Et I. Petrus.
3. Er. & impossibile eum teneri. Quin ibid. 45. qui in carcere erant, Spiritibus Prædicant

personaliter. Quam in sententiam duxit, adstrictosque omnes tenuit Sanctos Patres Traditio constans.

2. Quæ ipsa simul attestantur nec Animam meam, neque Diuinitatem extinctam, vel extingui vnquam potuisse. Quia vino ego dicit Dominus: Ioan. 8. Ego sum via, vita & veritas; Ioan. 6. Qui manducat me, viuere propter me; & Non morietur in æternum. Ideo Petrus aiebat, Verba vita habes, ad quem ibimus? Iterum idem cum Martha: Tu es Filius Dei viui. &c.

3. Qui solum in sepulcro Corpus meum iacuisse fabulantur, ij habent iudicium suum ex me per eum, quem diligebam: I. Ioan. 4. Omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus, de quo audivis. Soluunt ij separatque à Corpore mortuo Deum viuente in sæcula, & absorptricem mortis Animam viuente meam.

4. Sepulcrum verò infernum nec esse valere, nec dici oportere, in parabola diuitis Epulonis, Luc. 16. Sepulti, & tamen in tartaro cruciati flammis; manifeste declarauit. Vide in *Genealog. pa. 1. q. 16.* & in *Luthero-calui. p. 1. q. 51. 52. 53. 54. 55.*

KXXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ Limbum Abnegantes, fugunt ante Christum Incarnatum, S. Patres, & post Christi reditum ad caelum Sanctos: in caelis degisse ac degere;

2. Sed in Atrio caeli, ac Sub ara conditos prætolari. Vide in mea *Genealog. p. 1. q. 17.*

CHRISTVS. 1. Qui limbum Patrum negant, me abnegant veritatem, qui dixi Luc. 16. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in Sinum Abraha. Nunc autem hic consolatur. Ac iterum, Mat. 12. Quomodo potest quis-

quisquam intrare in domum Fortis, & Vasa eius diripere, nisi alligauerit prius Fortem, & tunc Domum illius diripiet: Id est, Heb. 2. Ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, & liberaret eos; ut timore mortis per totam vitam erant obnoxii seruituti.

Quos illos? Exposuit Paulus Colof. 2. Expolians Principatus & Potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Idem manifestius, Eph. 4. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: Illud nimirum erat; quod acclamaba tibi Zacharias. c. 9. Tu quoque in Sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos delacu, in quo non est aqua. Ea causa, Apoc. 1. Ego sum primus & nouissimus, & Primus, & fui mortuus: & ecce sum. viuens in secula seculorum; & habeo clauis mortis & inferni.

2. Quare in caelis S. Patres degisse meum ante Ascensum minimè potuerunt. Quibus accedit, Ioan. 3. quod Nemo ascendit in caelum, nisi qui & descendit de caelo. Et quidem ille Ego sum, nolite timere. Quo rectius orauit Iatro: Luc. 23. Memento mei, quando veneris in regnum tuum. Cui & respondi: Hodie mecum eris in paradiso beatificæ visionis ac fruitionis Mei.

Sanctè optabat ille meus Phil. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo: Quia sciebat, 2. Cor. 15. dicens, Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus non manufactam, conseruatam in caelis.

Vbi? In atrio, aut sub altari? Minimè verò. 1. Cor. 13. aiebat idem. Videmus nunc per speculum in enigmate; tunc autem Facie ad Faciem. &c.

Quia, 2. Cor. 3. Vbi Spiritus Domi-

ni, ibi libertas: (Dominus autem Spiritus est) Nos verò omnes reuelata facte gloriam Domini specularantes, in eandem Imaginem, transformamur. à claritate in claritatem, à Domini spiritu. Tales vidit testis meus in caelo fidelis, Apoc. 7. Amictus solis albis, qui sunt ante Thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. &c. Et sequuntur Agnum, quocumque ierit.

QUESTIO XV.

Num qua sua Passione Christus meruerit Sibi, & qua nobis?

XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

UTHERANI & maxime CALVINISTÆ, Nihil sibi quicquam. Vide in Luthero-caluin. quest. 58.

CHRISTVS, Multum per omnem modum conditionemque merito necessariam.

1. Et quidem CORPORIS GLORIAM. Luc. 24. Oportuit namque Christum pati, & SIC intrare in gloriam suam. Sic & Apostolus meus, Phil. 2. Humiliauit semetipsum &c. PROPTER QVO D exaltauit eum Deus. Aug. tract. 104. in Ioan. Humilitas claritatis est meritum; claritas humilitatis est premium: Sed hoc factum est in forma seruiti. Ac iterum ille, Heb. 2. Videmus IESVM. PROPTER Passionem mortis, gloria & honore coronatum. Quocirca mihi supplicanti respondit Pater, Ioan. 17. Clarificaui, & iterum clarificabo. Hinc vidit & audiuit Ioannes, Apoc. 5. Dignus est Agnus accipere Diuinitatem, sc. vt cognita ab omnibus honoretur.

2. Merui Resurrectionem, Quia de torrente bibi: Propterea exalt. &c. Iuxta Ps.

138. Tu cognovisti Sessionem meam & Resurrectionem meam.

3. Merui Ascensionem. Ioan. 3. Nemo enim ascendit in calum, nisi qui descendit. Eph. 4. Quid est quod ascendit; nisi Quia prius descendit?

4. Merui exaltationem Nominis, ceu prædixit Isaias. c. 52. Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde.

5. Merui Iudiciariam Potestatem, Iuxta Iob. c. 36. Vatem meum. Causa tua tanquam impij iudicata est. Causam, iudiciumque recipies. Ioan. 5. Neque enim Pater iudicat quemquam; sed omne Iudicium dedit Filio. Et Dedit illi iudicium facere, Quia Filius Hominis est.

6. Merui Dominium omnium. Vnde testis meus fidelis: Rom. 3. Christus in hac mortuus est & resurrexit; ut viuorum & mortuorum dominetur.

I nunc CALVINE, & percunctare Inst. l. 2. c. 17. §. 6. Quibus meritis assequi potuit homo, ut Iudex esset mundi, Caput Angelorum, atque ut potiretur summo Dei Imperio?

XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI, Omnes, fideles & infideles, ac etiam reprobj Dominica sunt passione saluati; etsi propria nequitia condemnentur. Hefhusius limitat sic: Liberati à diabolo sumus; at certe non redempti.

LUTHERO-CALVINISTÆ. Tecta, aiunt, nõ sublata, sunt peccata. Vnde optima quæ que opera nostra sunt spurcitia. Vide in meo Luthero-calv. q. 59.

CHRISTVS. I. Verè de me dixit Baptista meus, Ioan. 1. Ecce Agnus Dei, Ecce qui Tollis peccata mundi.

2. Verè dixi de Magdalena, Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

3. Et ego, Mat. 8. Videns fidem illorum, dixi Paralytico: Confide mihi, remittuntur tibi peccata tua. Sic & Mat. 2. v. 5. Luc. 5. v. 20.

4. Verè Angelus, Mat. 1. Vocabis nomen eius IESVS: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

5. Et iterum Ego resurgens, inquam: Luc. 24. Sic oportebat Christum pati & resurgere, & predicari in omnes gentes, scilicet remissionem peccatorum. Vnde Petrus, Act. 2. ait ad illos: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine IESV Christi, in remissionem peccatorum. Sed nunquid & à Pœnis, Satanæque laqueis ac potestate vos ereptos auferui?

XXXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

Luthero-calvinistis necessaria incumbit confessio & concessio penarum, peccatis debitatum; quod eæ scilicet; permanentibus culpis, etsi obrectis & non imputatis; item permanent: sitque nostri Redemptio à potestate diaboli talis, qualis Remissio peccatorum: scil. Imputatiua vtraque, non vera, non realis: Vt quos, non Filius, sed misericordia Patris PER Filium, non PROPTER Filium, liberarit. Vide in Luthero-calv. p. 1. q. 60.

CHRISTVS. I. Ego verò vocaui clamans, vocoque, Mat. 13. Venite ad me omnes, qui laboratis, culpis, & onerati estis, pœnarum debitis; & ego reficiam vos liberandos ab vtrisque. Ioan. 7. Quia Totum hominem sanum feci. Quò verius & iustius acclamatum à populo est, Mar. 7. Bene Omnia fecit; non partem solum remissionis ab culpis; sed & alteram Redemptionis à pœnis.

2. Luc. 13. Ecce mulier, que habebat Spiritum infirmitatis, & erat inclinata. &c. Cui dixi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. &c. Stomachanti Archifynagogo dixi: Hanc alligauit Satanus; & non oportuit solui etiam in Sabbato! Et erubescabant omnes aduer-

aduersarij; & omnis populus gaudebat. Ita sanat animas Dominus à morbis peccatorum; & soluit à vinculis pœnarum.

3. Similiter, Ioan. 8. in adulterio deprehensam, ac pœnæ lapidationis obnoxiam, ab hac pariter ac ab illa liberaui.

Quod vni feci, omnibus feci; hocque amplius. Prout apud Isaiam. 53. prædictum: *Verè languores nostros culpæ ipsè tulit; & dolores nostros pœnarum ipsè portauit. Et huic omnes propheta testimonium perhibent,* ait Petrus Act. 10. *remissionem pecc. accipere. &c. Col. 1. In quo & habemus Redemptionem,* ab Angelo percussente; & *remissionem peccatorum. &c.*

QVÆSTIO XVI.

Quatenus IESVS Christus Mediator sit DEI & Hominum?

XXXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

STANCATIONI Nestorianizant, tribuentes opera Mediatoris soli Humanitati Christi: Quo duas in Christo Personas distinguunt. Nā opera sū: personarum. Consule hic, quæ dicta sunt in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 22. & 59. 60. 62.*

CHRISTVS. Meam scindere Hypostasim, inque duas distinguere personas; est negare Deum; ac inferre Quaternitatem Personarum in Diuinis. (Quo de nos supra) Omnia verò Mediatoris opera soli homini adscribere; est Deum proferbere ab gloria redemptionis; vt qui ad eam nihil contulisset. Profanum vtrumque est, impium, ac blasphemum. (Huc repete testimonia supra qq. 7. 8. 11. quibus, vt propria causa; adde subiecta.)

1. *Ego, verbum caro factum,* Ioan. 1. *Sum,*

Ioan. 14. *Via, Veritas, & vita; & nemo venit ad Patrem, nisi per me, vnicum Mediatorem; hominem quidem, sed iustum, vnitumque Deo.*

2. Proinde Ioan. 10. *Amen dico vobis, quia Ego sum ostium: Per me si quis introierit, saluabitur per vnicum Mediatorem. Ego animam meam pono pro ouibus meis, id est, morior, quod meri hominis est. Nam, vt ait Aug. tract. 47. in Ioan. Caro ponit animam suam, & caro iterum sumit eam: Non tamen sua Potestate caro; sed potestate inhabitantis carnem. Idcirco ait 1. 3. contra Maximum c. 14. id vt homo loquitur. Mori enim & resurgere hominis est, et si diuinæ potestatis.*

3. Adhæc postquam omnes peccauerunt, & egent gloria Dei; Vnus ego sum, qui peccatum non feci; sed voluntatem Patris mei ego facio: Atque idcirco, Matt. 3. Luc. 3. Mar. 11. *Ecce vox de coelis dicens: Hic est Filius meus Dilectus, in quo mihi complacui, vt in Mediatore; quantum scilicet in cæteris mortalium mihi displicebam. Quæ de causa, Rom. 8. Deus proprio Filio suo non pepercit; sed pro vobis omnibus tradidit illum, vt Mediatorem, & Satisfactorem: quomodo non etiam cum Illo omnia vobis donauit? Plura require in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 64. Et in Genealogia. par. 1. quæst. 18.**

XXXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTAE Euty-chianifant, & Arianizant. Vide *ibid. q. 65.* Dum enim Mediationis opera tribuunt hæc Humanitati, illa Diuinitati, aliter alia, naturarum cum Eutyche te confusionem inducunt: Dumque passam, Patrique supplicem & Sacrificam Christi asserunt Diuinitatem, Arij sectam profitentur. Vide in *Luthero-cal. p. 1. q. 64. Et in Geneal. Luthero-cal. p. 1. q. 18.*

C

CHRI-

CHRISTVS. I. Cùm Ego & Pater unum sumus; unum ipsi sibi nequit supplicare.

2. Cùm Ego in Patre, & Pater in me sit, idem sibi esse ipsi mediator haud valet: Quia, Ephes. 2. Gal. 3. *Mediator vnus non est; Deus autem vnus est.* Nefandè igitur Aut Vnus Deus scinditur in supplicem sacrificumque minorem alterum; Aut cum Deo confunditur Mediator & commiscetur. Quare quam parum Deus esse sibi Mediator potest; tam parum & opera Dei propria esse Mediatoria queunt.

3. Cum autem Opera Diuinitatis sint indiuisa, vt, quod vna Persona facit, idem peragat & altera, & tertijs; idcirco Diuinitas Christi Mediatricem agere nequit, quin simul & Pater & Sp. Sanctus sui esse dicantur Mediatores. Quis autem mortalium; (quantò minus Deus?) sibi supplicat ipsi sacrificatue sibi? Quapropter, 1. Tim. 2. *Vnus Deus*, idemque Trinus; *Vnus & Mediator Dei & hominum*, sc. Vnigenitus Virginis vnitus vnigenito Patri, *Christus Iesus*, innocentiù supra hominem; humanitate infra Deum; officio Mediator homines inter & Deum.

IV. DE CHRISTO GLORIOSO.

QVÆSTIO XVII.

Quis modus Dominica fuerit resurrectionis?

XXXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANIS VBIQVETARIIS nullus, nisi vbi-quetarius inuisibiliter; at apparenter, ibi, vbi se-lic Dominus præbuit adspectandum.

2. Cæteris cum SMIDELINO Lutheranis, *Caro Christi seipsam excelsè credenda est.* Vide in Luthero-calui. p. 196.

3. CALVINISTIS verò seipsum in vitam reuocare non potuit: Patris opus operam; item & Angeli qui lapidem reuolueret.

4. Effusum verò Sanguinem resumisse Dominum, vesania est dicere.

5. Sepulcro clauso non magis, secusvè exiuit, quam foribus clausis intrauit ad Discipulos.

CHRISTVS. I. Veram resurrectionem meam testati sunt Angeli Matt. 28. &c. *Surrexit, non est hic: Videte locum.* Et mulieres: *Dominus surrexit verè.* Et Ego, Ioan. 20. *Quia oportebat eum à mortuis resurgere.*

2. Vi propria relurrexi diuina; non carnis. Quia, Ioan. 6. *Spiritus est, qui viuificat: Caro non prodest quicquam.* Neque tamen mea Rom. 4. *Caro vidit corruptionem.*

3. Neque etiam profusus Sanguis; iuxta Pl. 15. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Pretioso sanguinis pretio quid Sanctius? Vt cui Deus sese vnuerit semel, æternumque permansit eidem adeo hypostaticè Vnitus.

4. Vi mea ipsius Dei diuina surrexi: Quippe sic futurum prædixi. Ioan. 2. *Soluite Templum hoc, & in tribus diebus reedificabo illud.* Ioan. 10. *Nemo tollit animam meam à me: Ego ponam eam, & iterum sumo eam.* Ego autem, & Pater Vnum sumus, & Vnus Deus verus, Act. 10. *Me igitur suscitauit DEVS tertia die, & dedit manifestum fieri.*

5. Ioan. 5. *Non legistis, Exo. 3. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, Luc. 20. Sed uiuen-*

viuentium. Qua causa: Sicut Pater suscitatur mortuos, & viuificat: Sic & Filius, quos vult, viuificat. Nolite mirari hoc. &c. Ioan. 11. Ego sum Resurrectio & Vita; qui credit in me non morietur in aeternum. Credis hoc? Isa. 26. Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere; quia Ros Lucis Ros tuus Christus IESVS.

6. Sepulcro demum clauso exiti; Sicut & ex Vtero clauso; Et foribus clausis ad discipulos intraui; Et caelos ascendens penetraui; Et aquis inambulauit; Et post resurrectionem cum discipulis manducaui; Ac in via, Emaunta usque, de resurgente disputauit: &c. Omnia corpore vero; ceu incredulo Thomae ac vniuersis demonstraui.

QVÆSTIO XVIII.

Qualis fuerit ascensio Christi?

XL. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI. Christus ter in caelum ascendit, bis verè, in Conceptione & morte: imaginariè coram discipulis in monte. Que ascensio fuit solam Dispartitio, & ne pilum latum a terra recessit.

CALVINISTÆ duo asserunt, 1. Christum non fuisse primum ascendentium.

2. Sanctos Patres diu antè incoluisse polos.

CHRISTVS: Omnes prophetae prouiderunt; viderunt Ascensionem Apostoli, ac testati sunt. Vt Psaltes. 17. Ascendit super Cherubim, volauit super pennas ventorum. Psal. 46. Ascendit in iu-bilo.

2. Et primus quidem, Micheæ 2. Ascendit pandens iter ante eos. Isa. 63. Ille formosus in stola sua, gradiens in muliitudine fortitudinis suae. Namque Ioan. 3. Nemo in

caelum ascendit primus, nisi qui descendit de caelo.

3. Verè ascendi, non imaginariè; Sicut prædixi; Ioan. 6. Cum videritis Filium hominis Hominem localem, mobilem, ascendentem ubi erat prius secundum Diuinitatem immobilis, illocalis. Et quidem Act. 1. **VIDENTIBVS** illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

4. Ad hæc ex terris & humanis abiit ad Patrem meum, & Patrem vestrum; sicut expediebat vobis, vt irem: Ioan. 16. Nisi enim abiissem Paraclytus ad vos non venisset. Itaque meus Lucas c. 24. rem dixit: Cum benediceret illis, recessit ab eis personaliter, & scirebatur in caelum propria virtute diuina. Simul, Eph. 4. Ascendens in altum captiuam duxi captiuitatem, & dedi dona hominibus septiformis Spiritus promissi. Quare sanctè monet Vas meum electionis, Heb. 4. Habentes ergo Pontificem magnum; qui penetravit caelos, **IESVM Filium Dei**, teneamus confessionem spei nostræ.

5. Et verò quia super omnes eram, super omnia quoque me ferri oportuit: vt omne genu mihi flecteretur etiam Cælestium; & sub me incuruarentur, qui portant orbem. Vnde Vates: Ascendit super Cherubim, Eph. 4. Ascendit super omnes caelos. Heb. 7. Excelsior caelis factus: Eleuatus ad omne quod est & dicitur Deus. Atque ita conuexum Empyreï caelum, Act. 7. mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.

Demum sanctè meus Augustinus li. de fide & Symb. c. 6. ita docet. Credimus Christum in caelos ascendisse. Sed Vbi, & Quo modo sit in calo Corpus Dominicum, curio-

sisimum, & supernacaneum est quarere. Tantummodo in caelo esse credendum est. Non enim fragilitatis est nostrae, caelorum secreta discutere: sed est nostrae Fidei, de Dominici Corporis dignitate sublimia & honesta sapere. Quare & vobis, ait idem in Psal. 85. 122. affectus pietatis esse gradus ascensionis debent. Plura vide in meo Luthero-cal. p. 1. q. 67. 68.

QVÆSTIO XIX.

Sessio Christi ad Dexteram Dei qualis?

X L I. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI aiunt. Sedet ad Dexteram Dei. id est. Diuinitatem suam Humanitati communicauit, hoc est, eam Deificauit, vt cum Deo Dea regnet Vbi que & sit.

CALVINISTÆ addunt pro explicatione:

1. Sic creatura esse desit;
2. Attamen sedet in secundo gradu, Vicarius Dei Rex;
3. Erat constrictus, vt nusquam se mouere queat;
4. Sed non diutius, nisi vsque ad extremi iudicij diem.
5. Sique talis in terris degeret, prodesset nemini.

CHRISTVS. Infanda hic multa, & pijs abhorrescenda auribus, & indigna Deo. Verè Iob. 37. de Me & istis: *Super omnes caelos ipse considerat. Tu forsitan, Luthero-caluinista, cum eo fabricatus es caelos? Etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. At nunc non vident lucem. A Deo formidolosus laudatio! Dignè cum inuenire non possumus. Magnus fortitudine, & Iudicio, & Iustitia, & enarrari nō potest. Ideo timebunt eū viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Nam, Prou. 15.*

Qui scrutator est. Majestatis, opprimetur à gloria. Raptus in tertium caelum, 2. Cor. 12. vidit & audiuit, quae non licet homini loqui.

1. Stephanus tamen verè clamauit, Act. 7. *Ecce video caelos apertos, & IESVM stantem à dexteris Dei. Sto, auxiliator agonizantium; Sedeo, Dominator & Iudex omnium: vt bene Ambrosius l. 3. de fide: Christus stat, vt eius Benignitas ostendatur. Sedet, vt eius Autoritas commendetur.*

2. Sicut Isaias, c. 6. prauidit, sic & Michæas, 3. Reg. 22. *Vidi Dominum sedentem super Solium suum, & omnem exercitum caeli assistentem ei à dexteris & à sinistris. Ita Pater meus: Ita & Ego: teste ad Eph. 1. Suscitans illum, me, a mortuis, & constituens ad dexteram suam, in caelestibus super omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne Nomen, quod nominatur; non solum in hoc seculo sed & in futuro; & omnia subiecit sub pedibus eius.*

3. Vnde meum folius est proprium sic ibi federe. Hebr. 1. *Ad quem enim Angelorum, (qui tamen creaturarum nobilissimi sunt) dixit aliquando: Sede à Dextris meis: At mihi homini ita meritisimo dixit. Quin etiam, Ibid. Cum introducit Primogenitum, dixit, Vt adorent eum omnes Angeli Dei.*

4. Hinc is, quem diligebam, testatur, Apoc. 5. *Omnes audiui dicentes Sedenti in Throno, & Agno; Benedictio, & honor, & potestas in secula seculorum. &c. Et ne dubio sit locus, addit. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Diuinitatē, id est, acceptam in Incarnatione nunc post Ascensionem manifestare. Quae causa*

causa impense precabatur Psaltes. 79. *Qui sedes SUPER Cherubim, manifestare coram Ephraim. &c.*

Totum illud federe meum complexus edixit Aug. l. 2. de Symb. c. 7. *Sedere ad dexteram Patris est: simul cum Patre habere,*

1. *Gloriam Diuinitatis,*
2. *Et Beatitudinis statum.*
3. *Atque Iudiciariam, Regalemque potestatem:*

4. *Et hoc immutabiliter.*

5. Nihilominus tamen, Mat. 25. *Electi stabunt à dexteris. Quin & sedebunt Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei Sedere mecum in Throno; (nō ideo tamen Deificādos:) sicut & Ego vici, & homo non Deificatus, Sedi cum Patre meo in Throno eius. Ita promisi, Luc. 22. Vt sedeat super thronos, iudicantes XII. tribus Israel. Quocirca, Col. 3. Quae sursum sunt, quarite: ubi Christus est in Dextera Dei sedens.*

6. Denique, Act. 1. *Sicut vidistis eum euntē in caelum, sic veniet, Homo Deus Christus IESVS heri & hodie, & in saecula Deus: Hebr. 13. Et quidem necessitate voluntatis propriae, non vlla coactionis Act. 3. Necessē est, vsque ad tempus restitutionis omnium, in caelo permanere: scilicet, Pl. 109. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, occiso Antichristo. Neque ita permanere necessē est, vt nunquam me commouere queam; descendendo etiam in terras fidelibus in τῶν ἀγῶν ἐπιπέσομαι, in escam & potum. Quin, 1. Cor. 15. Nouissimē autem visus est & mihi, testatur Apostolus, corporali visione & praesentia. Cui meus ideo Legatus Ananias dixit: Deus praordinauit te, vt Videres Iustum, & audires vocem ex ore eius. 1.*

Cor. 9. *Nonne IESVM Dominum nostrum vidisti Et iterum in Templo Ierofolymis assistens ei, monui: Act. 22. & 23. Constans esto. Sic Petro apparui Romae, percunctanti: Domine, quo vadis? teste Ambr. ep. 32. &c. Item & Polycarpō, dicens: Paratus sum iterum pro hominibus saluandis pati: teste Dionysio ep. 8. &c. Vide Bayum l. 1. Inst. Christianarum ca. 252. Vide & meum *Luthero. cal. p. 1. q. 69.**

QVÆSTIO XX.

An Christus Iudex sit omnium, & Caput Angelorum?

XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANIS Iudex is, quem scelerum peragunt omnium reum?

CALVINIANIS multo minus; praesertim Caluino pronuncianti: *Qui Christum per merita consecutum existimant, vt Iudex sit mundi; Temerarij sunt. Vide in meo Luthero-caluin. p. 1. q. 70.*

CHRISTVS. Ego dixi, Ioan. 5. *Pater non iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit Filio; vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.*

Et id quidem qua Deus sum vnus cum Patre & Spiritu S. verum etiam qua Homo factus sum, adieci: *Et potestatem dedit ei Iudicium facere, Quia Filius Hominis est.* Non quidem propter conditionem naturae humanae, aduertit Aug. tract. 19. in Ioan. sic enim omnes homines parem eam potestatem haberent: Sed meo proprio merito: teste Iob. 36. *Causa quasi impij iudicata est; iudicium causaeque recipies.*

2. Dixi etiam Mat. 24. *Tunc parebit signum Filij hominis in caelo, & plangent, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa & Majestate.*

C. 2.

3. Dixi.

3. Dixi iniquo Iudici, Mat. 26. *A modo videbitis Filium hominis Sedentem à dextris virtutis Dei; & venientem in nubi- bus cæli. Iuxta meorum vocem Angelo- rum, Act. 1. Hic IESVS, qui assumptus est à vobis in calum; sic Veniet, quemadmodum vi- distis eum euntem in calum. Iuxta testem Apostolum, 1. Theff. 4. Ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de calo. Rom. 14. Omnes enim sta- bimus ante Tribunal Christi, & 1. Cor. 5. manifestari oportet, ut referat unusquisque propria corporis, pro ve gestit. &c.*

Causa est, Quia, Apoc. 3. *Ego vici, & sedi in regno Patris mei. Rom. 14. In hoc e- nim mortuus est, & resurrexit, ait de me Apostolus, ut mortuorum & viuorum do- minetur. Quare sic concludit idem Ro. 8. Quis est, qui condemnet? Christus IESVS qui mortuus est, qui & resurrexit, & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro no- bis. Hi omnes Temerarij erunt Calui- no.*

XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS In meo Luthero-cal. q. 70. *Qui Christum per merita consecutum existimant, ut sit ca- put Angelorum, Temerarij sunt. Quanto minus Caput Ecclesiæ ipsum prædicabit?*

LUTHERANORVM aliqui negant quicquã sibi Christum meruisse. Vide in meo Luthero- cal. q. 8.

CHRISTVS. 1. Innumeris & factis, & vijs, modisque comprobaui dictum illud Apostoli, Eph. 1. *Ipsam dedit Caput supra omnem Ecclesiam. Vnde confitetur de me Ioannes. ca. 1. De plenitudine eius accepimus omnes, ut membra de Capite; Utque Rom. 8. Primogenitus sim in multis fratribus; Pater meus prædestinauit confor- mes fieri imaginis Filij sui. Ideo, Gal. 3. ipse*

dicor, qui tribuit vobis spiritum: Phil. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ confi- guratum Corpori claritatis sue. Inde etiam 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur; sic in Christo omnes viuificabuntur. Deni- que Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus, &c. Ut sit vnus Pastor & vnum Ouille.

2. De Angelis verò pronunciatum est, de Me Colof. 2. *Qui est Caput omnis Principatus & Potestatis: parque ratio ceterorum est Ordinum angelicorum. Idcirco Mat. 4. Accefferunt Angeli, & mi- nistrabant mihi.*

V. DE SANCTORVM CVLTV.

QVÆSTIO XXI.

Sancti num in calis sint beati?

XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ Sanctis bea- tam Dei visionem abnegare nil ambigunt; ut quos sub altari (quasi velo nondum scillo, q̄ altare aureum & Arcam diuidebat) ad vsque sæculi consummationem sessitare oporteat. Vide meum Luthero-cal. p. 1. q. 73.

CHRISTVS. Ego Veritas dixi la- troni, Luc. 23. *Hodie mecum eris in paradi- so; Non illo quidem Adami, Gen. 2. & 3. sed in altero, atque etiam beatiore, quã in quem rapui Paulum, 2. Cor. 12. supra tertium cælum. Et hic paradifus bea- torum est Regnum meum, pro quo roga- bat latro iustus, dicens; Memento mei, quando veneris in Regnum tuum, scilicet cælorum, ut bene Theophylactus & Am- brosius exposuerunt.*

Hoc

Hoc in regno gaudent animæ Sancto-
rum, & sequuntur Agnum, quocumque ierit:
Et velè Lymbome secuti sunt SS. Pa-
tres; meæ Diuinitatis & Visione & Fru-
itione Beati. *Qui autem me videt; videt
& Patrem meum.* Iamque Tum, *Hodie* vi-
dit me latro, videbitque sempiternum,
in quem desiderant Angeli prospicere; Non
quod conspectu meo careat; sed quòd
eo insatiabiliter exsatiati eum magis
magisque desiderent in infinitum.

2. Quòd, Eccl. 11. *facilius est coram Deo
in die obitus retribuere unicuique secundum
vias suas:* id quod in spe beatitudinis fie-
bat in veteri Test. at in Nouo reipsa,
Nam ibid. *In fine hominis denudatio ope-
rum eius.*

3. Vnde meus inquit, 2. Cor. 5. *Scimus;
quia, si terræstris domus nostra huius habita-
tionis dissoluatur; adificationem ex Deo ha-
bemus, Domum non manufactam, æternam
in cælis.* &c. *Vt absorbeat, quod mortale est,
à vita.* Et ego dixi, Ioan. 14. *In Domo cœ-
lesti Patris mei mansiones multe sunt, &c.
Et vado eas parare vobis.*

4. Dixi Ioan. 12. *Si quis mihi ministrat,
me sequatur; & ubi ego sum, illic & minister
meus erit.* Hocque amplius: *Si quis mihi
ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.*

5. Huc adspirabat votum dicentis:
Heb. 9. *Cupio dissolui, & esse cum Christo:*
Non sub altari, non in cœli atrio; sed in
adito meo clauso, *ubi pueri mei mecum
sunt in cubili,* Luc. 11. *Vbi ego præinctus
ministro illis omne beatitudinis deli-
tium.*

6. Id quod graphicè depingitur istis:
Heb. 12. *Non accessistis ad montem Sion, &c.
fumosum; sed ad Ierusalem cœlestem, &
multorum millium Angelorum frequenti-*

*am, Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti
sunt in cælis, & spiritus iustorum, &c.*

7. Non sic olim, Hebr. 9. *adhuc prio-
re tabernaculo habente statum, propalata erit
Sanctorum via;* ceu nunc per Me propalata
est, Per quam & Stephanus, Act. 7. *vi-
dit apertos calos, & Me stantem à dexteris
Dei. Vidit & orauit: Domine Iesu suscipe Spi-
ritum meum: & exauditus est pro reue-
rentia sua: Sicut & Ego simili in agone.*

8. Denique Apocalypsis plena est
visorum in cælis cum Agno, cū Deo,
Sanctorum, Apoc. 6. 7. *qui amicti sto-
lis albis sunt ante Thronum Dei, & seruuunt
ei die & nocte in Templo eius: non in atrio,
aut sub Altari.*

QVÆSTIO XXII.

*An Sancti sanctè Coli, Inuocarique
possint?*

XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVtherani iuxta & Calviniani in cly-
tos fama, virtute, miraculis & vitæ sancti-
monia viros haud ferunt Sanctos appellari, ab
Ecclesia verò declarari tales, colique fremunt
ac frendent. Vide prolixè in *Luthero-cal. par. 1.
quest. 74.*

CHRISTVS. Declarare Sanctos,
præsertim vitæ sanctè institutâ, beate-
que perfunctos; fas, dignum, perutile,
ac necessarium est.

1. Sic ego declaravi vtrumque Laza-
rum, vt viuere desierunt: Mendicum
quidem, Luc. 16. *Qui mortuus est, & por-
tabatur in sinum Abrahe.* Magdaleum ve-
rò dicens, Ioan. 11. *Lazarus Amicus noster
dormit: sed vado excitare eum.*

2. Similiter, Ioan. 15. *Vos amici mei e-
stis, si feceritis, qua dixi. &c. Quisquis sic
Ami-*

Amicus Dei constituitur, Sanctus idē declaratur. Sap. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa Amicitia, & innumerabilis honestas &c. Infinitus enim thesaurus est hominibus; quo qui vti sunt, participes facti sunt Amicitia Dei, propter Discipline dona commendati.*

3. Sic & per Angelum, Sanctam declaravi Mariam *Gratiā plenam*. &c. Item ipse Baptistam esse *plus quam Heliam*.

4. Sic per Lucam testatus sum, & Sanctum declaratum volui Stephanum, Petrum, Paulum. &c. Quod sanctus iussit Psaltes. 150. *Laudate Dominum in Sanctis eius.* Vide in *Genealog. p. 1. q. 20. Sat de Cultu; porro de Inuocatione.*

XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ COMMUNITER FINIUNT:

1. Orari à nobis Sanctos, vt autores largitoresque gratiarum & gloriæ.

2. Vt immediatos ad Deum Mediatores in Christi iniuriam.

3. Forte eos generatim orare pro Ecclesia:

4. Singulatim verò pro nemine.

5. Proinde inuocari eos Inutiliter ac Illicite. Vide in *Luthero-cal. q. 76.*

CHRISTVS. Singula isthæc expresso meo contraria Verbo, etiam Scripto, militant.

I. Ego sum; de quo Ps. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus. Ps. 120. Auxilium meum à Domino.* Quò verius Iacobus c. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum.*

II. Per me est omne bonum, ita merentem à Patre. Vnde Col. 1. *In ipso complasuit omnem plenitudinem inhabitare; & per Eum reconciliare omnia.* &c. Item, 1. Ioa. 1. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* &c.

& totius mundi. Atque ipse dixi vobis: Quia, Ioa. 10. *Ego sum via, veritas, & vita;* Idcirco Ioan. 14. *Nemo venit ad Patrē, nisi per Me.* Ego ideo docui, Ioan. 16. *Petite in Nomine meo.* Vnde dicor, 1. Tim. 2. & 1. Ioa. 2. *Aduocatus vester apud Patrem.* Quare *Per me Reges regnant;* Per me Sancti orati orant, & mea fidelibus applicati merita impetrant.

III. Neque Fortè, neque Generatim solum, interpellant per Me apud Deum.

1. Verè enim dixit 2. Petrus. 1. *Dabo operam & frequenter habere vos commendatos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.*

2. Vel ipse diues in gehenna pro fratribus supplicabat Abraham, *Luc. 16.* quantò magis Sancti mei, quorumcunque voluerint supplicium, meminisse supplices queunt?

3. Hinc, *Apoc. 5. XXIV.* Seniores visi procidere coram Throno meo & Agno, aureasque effundere precum phialas.

4. Et verò etiam *Apoc. 6.* Martyrum animæ petunt vindictam de persecutoribus Ecclesiæ; quantò magis Misericordiam pro Fratribus?

5. Demum in Scripturis doceo passim Communionem esse Sanctorum vtriusque Triumphantis & Militantis Ecclesiæ, cuius Ego Caput sum, *Eph. 2. & 4. Gal. 4. Hebr. 12. Rom. 12. 1. Cor. 12.* Orant igitur certo; non fortè; generatim quoque.

IV. Quin & Singulatim orant Sancti, pro quoque Fidelium ritè inuocati, nò minus quam Phylacangeli mei. Sic ipse promisi, *Apoc. 2. Qui vicerit, & custodie-*

vic vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & roget eas in virga ferrea: Meo sc. exemplo. Apoc. 3. *Qui vicerit, faciam illum Columnam in Templo meo, &c. Dabo ei sedere mecum in Throno meo: sicut & Ego vici, & sedi cum Patre meo.* At ego tam singulorum res ac vota procuro, quam vniuersorum: Ita & Sancti mei mecum. Facebant igitur eos inceslere profani.

V. Piè & vtiliter inuocari Sanctos, meus indicat Iob. 5. *Voca, si quis est, qui tibi respondeat & ad aliquem Sanctorum conuerti.* Et ipse ad Angelos clamabat, c. 19. *Miseremini mei vos silem Amici mei.* Ideo, c. 33. inquit: *Si fuerit Angelus loquens pro te, vnus de millibus miserebitur eius, & dices: Libera eum.* Pium erat votum & precatio Iacob, Gen. 48. *Inuocetur nomen Meum super pueros hos, & nomina Patrum meorum.*

Dicunt Cacozelotæ, Christum per alios potius, quam sine alijs solum ipsum rogari: esse mihi iniuriam irrogari.

Ego verò dictum hoc, maledictum duco, ad insignem iniuriam meam.

1. Siccine, quem honorem mihi Centurio fecit, cum per feni ores me supplex adibat, Luc. 7. Isti ad iniuriam meam verterint?

2. Nimis ingrati interpretes, & iniurii? 2. Paulus, Rom. 15. ad iniuriam meam pro se apud me deprecationes fieri à Fidelibus postulasset?

3. Minus Sancti mei possent in cælis; quam in terris Moyses, qui meritò gloriabatur, Deut. 5. *Ego Sequester & medius fui inter Dominum, & vos: Meæ mihi Mediatura manet nihilo minus integra: ni-*

hil ei derogant, quin arroganti Submediatores mei. Horum ego rogatu, Heb. 7. *accedo per memetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro vobis.*

Sed vide quemadmodum agant mecum pseudoxani: Iam negant me adorari oportere; supra q. 11.

Mox queruntur, Inuocatis Sanctis intercessoribus, honori meo derogari: Rursus volunt meam etiam Humanitatem versam in Deum, ac deificatam esse; supra q. 6. 9. Iterumque negant me verè Deum Dei Filium vnum cum Patre, & æqualem Patri credi debere, supra q. 11. Qui talia in Magistrum; quæ non in Discipulos eius audebunt? Quo mirandum minus; quod veros Mei, Sanctorumque adoratores culpent vt idolatras: vt ij videantur, qui non sunt, veri Adoratores.

QVÆSTIO XXIII.

An Sanctorum RELIQUIÆ sint veneranda?

XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTAE Sacras reliquias labolendas censent, vt ossa profana, & deductiones plebis. Vide in mea Geneal. p. 1. q. 22. & in Luthero-cal. p. 1. q. 78.

CHRISTVS. I. Hæmorrhoiisæ, Mat. 9. & turbæ agrorum, Mat. 14. vestis meæ simbriam tetigisse reuerenter, saluti fuit: idemque per mihi gratum, vt factum miraculi dignitate voluerim commendatum.

II. Deinde quia promisi, Ioan. 14. *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet: idcirco vel*

D vni-

ymbra Petri, *Act. 5.* quos tangebatur, ægros pertanabat in plateas expositos. Pauli quoque sudaria & semicinctia, *Act. 19.* ad ægros delata tactu sanitates faciebant.

III. Meum verò *Sepulcrum*, tum aliis ab causis, tum reliquiarum Sanctitate ac veneratione *gloriosum* fore prædixit verè *Isaias, c. 11.* Id quod sic recte interpretatus & expertus est S. Hieronymus; qui gloriam sepulcri Dominici fat admittari, venerarique nequibat.

IV. Quod si honorem istum Sanctorum ossibus debite liciteque exhibitum voluit Deus in Veteri Testamento: quanto iustius ille defertur meorum Amicorum reliquijs in Testamento gratiæ?

1. Merito suo laudatur Moyses; quòd *Exod. 13.* secum ossa Iosephi exportavit in locum terræ sanctæ digniorem: Quales hodie Sanctorum translatio ratione multò iustiore frequentatur in honorem meum, Patrisque gloriâ insigniorè.

2. Quin Deus ipse Moysis sui reliquias honoravit sic, ut in secretiorem eas tumulum inferret. *Deut. 31.*

3. Mortuos suscitare, solius Dei est; cui verò eandem donavit gratiam Deus, permagni honoris est argumentum. Atqui eo Deus, 4. *Reg. 13.* ossa Helisæi fuit dignatus, ad mortui suscitationem solo tactu fortuito procuratam.

4. Rex Iosias Idololatrarum fana, & sepulcra evastabat, ossibus in cineres redactis; At solas prophete sancti reliquias sanctè iussit aservari. *4. Reg. 23.*

Quò detestabilior blasphemia est Lutheri in l. de abolenda Missa: *Deo, aiebat, nihilo maior cura est de Sepulcro suo, quam de bobus.*

QVÆSTIO XXIV.

Sanctorum IMAGINES an, & quatenus sint veneranda?

XLIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI ægrè, CALVINIANI minimè vel tolerandas esse volunt: Neutri verò vel tantillum venerandas pernegant, quin & omnem earum cultum detestantur. Docui in meo *Luthero-calv. p. 1. q. 70. Mendace Antipap. p. 1. q. 7. & in Genealog. p. 1. q. 24.*

CHRISTVS. Sacri sacris debentur honores. Religionem autem rebus facit aut sua ipsarum conditio sacra, ut est Verbum Dei, & S. Sacramenta; aut institutio autoritasque virorum factorum, & finis rerum: ut imagines meæ atque Sanctorum.

1. Hisce Signis quia reuerentia Christi ac Cœlitum proponitur; iisdem religiosa quoque reuerentia debetur, quæ in rem significatam rite referatur. Sicut præcepi, *Mat. 5. Nolite iurare per Cælum, temerè; quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius.*

Sanctè iurare licet, quia actus religionis est, Deo primario debitus, secundario terræ vel cœlo, ut Dei creaturis, quatenus relationem habent ad Deum. Sic & cum sacris imaginibus res habet.

2. Quod si creaturæ censentur Sanctæ ob relationem suam ad res sacras, quibus adhibentur: Vt *Exod. 3. Locus, in quo stas, terra sancta est,* ob Angeli sc. præsentiam. Vt *Exo. 12. Dies Pasche sancta & venerabilis erit,* ob significationem Agni. *Exod. 28. Vestes sanctæ Sacerdotum;*

Ila.

Isa. 11. *Sepulcrum meum erit gloriosum*: 2. Tim. 3. *Ab infantia Sacras Literas nosti*. Sacra, quia signa rerum sunt sacrarum. Ita iustus iubetur, *ut Phil. 2. in Nomine IESV omne genua fluctatur*. Quid est igitur cur Sacre imagines minus honorentur; cum æquè rerum sint Sacrarum signa?

3. Ideo, saluo Decalogo, *Exod. 25*. Cherubini supra Propitiatorium honorierant: Et serpens æneus, *Num. 21*. Quæ rectè huc interpretantur S. Hieronymus ep. ad Marcellam, & S. Aug. l. 3. Trin. c. 10. Itaque Pf. 95. *Adorate scilicet illum pedum eius*: hac enim humilitate Ipse Deus adoratur: ita quoque in iconibus ad ipsius ac Sanctorum honorem institutis.

QVÆSTIO XXV.

An CRUX sit veneranda?

L. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHEROCALVINISTÆ nec cruce ferunt Christi, neque cultum eiusdem. Patet in mea Genealog. p. 1. q. 25. & in Luthero-caluin. par. 1. q. 82.

CHRISTVS. Tria blasphemant inimici Crucis meæ: Lignum, Signūque Crucis Permanens, ac Transiens, & debitum illis honorem sacrum abnegant: sed suo opte, sectatorumque malo.

I. LIGNVM S. CRVCIS ipsum venerandum est optimo cuique:

1. Quia illud ego elegi, dicens, *Ioa. 10. In hoc ego pono animam meam, & nemo tollit eam à me*. Quippe, *Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit*. Act. 3. *Deus, qui prænunciavit per os omnium prophetarum pati Christum suum, implevit SIC.*

2. Quia Crux ea fuit Ara meà; & Ego Sacrificium ac Victimam, *Colof. 1. Hebr. 7. Pacificans per Sanguinem Crucis omnia*. In cuius typum Iacob, *Gen. 20. crexit lapidem, vixit, & vocavit Domum Dei*.

3. Quia Crux ea fuit Scala mea ad regnum. Vnde dixi *Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*, Ideo *Phil. Humiliaui memetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*.

4. Quia Crux ea fuit Redemptionis innocuum instrumentum, & lectulus quietis meæ, ceu Figuræ prænotarunt, quas collegit *Damasc. l. 4. de fide. c. 12. Ut Lignum vitæ, Gen. 2. Arca lignea, domum Noe seruans, Gen. 8. Virga Moysis, Exo. 14. mare aperiens. Lignum, Exod. 15. dulcorans aquas. Serpens æneus, Gen. 18. exlatus. Ioa. 3. Sicut exaltavit Moyses. &c.* Vnde *Gal. 6. Vos igitur gloriari oportet in cruce Domini nostri IESV Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio*.

5. Quia Cruce diabolus vici, ac triumphauit. Quò rectius de me, *Gal. 6. Chirographum decreti quod erat contrarium nobis, tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus & potestates traduxit palam confidenter, triumphans illos in semetipso: vel ἐν δυνάμει τοῦ σταυροῦ*, iuxta *Orig. hom. 8. in Iosuen & Theoph.*

II. SIGNVM PERMANENS S. Crucis quodcunque venerabile est: ut de quo dixi, *Mat. 24. Tunc apparebit Signum Filij hominis in celo*. Id quod Calvinus, Musculus, Matloratus, negant de cruce accipiendum: At contra S. Patres *Orig. Chryf. Hier. Hilar. &c.* Cum itaque sit

Signum Meum, ac Vexillum Christi: Cùm locari cælo dignum; Cùm, vt ait *Aug serm. 130.* Angelorum manibus sit præferendum Iudici: Cùm sole clarius relucebit, vt sol & stelle sint inde obscurandæ, *Mat. 24.* planè omni honore dignandum S. Crucis signum est.

III. SIGNVM TRANSIENS S. crucis religiosa cum & Reuerentia & Frequentia vsurpandum est. Sic ostēdi Ioanni meo, *Apoc. 14. Habentes Nomen meum, & Nomen Patris mei in frontibus suis.* Vnde clamabant ij, *Apoc. 7. Nolite nocere terra & mari, neque arboribus; quousque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Sicut *Ezech. 9.* signum Tau iubetur in frontibus gementium describi, Neque aliud sanguis agni; *Exo. 12.* in postibus domorum denotabat, quam crucis signum in frontibus fidelium. Plura in meo *Luthe-ro-calv. p. 1. q. 82.*

QVÆSTIO XXVI.

*An DEVS, & Sancti rectè colantur
TEMPLIS?*

II. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ præter Concionum & Sacramentorum Ministerium, vix aliud quicquam tribuunt templis: at in qua debacchantur, sunt plura.

1. Quæcunque loca seruire diuinis.
2. Non sacrificijs templa debent.
3. Non precibus.
4. Non Sanctis.

CHRISTVS. I. *Templa! quin & Situm horum ad Orientem amo, vologe.*

1. Huc enim verti orantes Me versus iubeo; iuxta Nomen meum, *Zach. 6.*

Vir Oriens Nomen eius. Ideo namq; *Ioan. 8. Ego sum LUX mundi; que illuminat omnem hominem,* *Ioan. 1.* à meo Patre luminum vnde ad orantes descendit omne bonum.

2. Ideo sic orari docui, *Matt. 5. Pater noster qui es in calis:* Qui ab Oriente moueri incipiunt, plaga omnium nobilissima; Vbi ego sedeo à dextris Patris. Vnde à Me, ceu Sole iustitiæ, veros adoratores in spiritu & veritate oportet illustrari.

3. Templum mihi locus voluptatis est & Paradisus. Atqui verò, *Gen. 2. Plantauerat Deus Paradisum à principio ad Orientalem plagam, παρὶ ἀνατολῆς:* anterior enim pars orbis est Oriens. *Gen. 4.* Huc versi comprecantur, qui sese peregrinos & exules ad patriam adspirare profitentur: ait *Greg. Nyssenus.*

4. Hic ego votis iustorum requirendus sum, quò ascendi. Atqui, *Ps. 67. Ascendit in calum calorum ad Orientem.* Atque indidem reueniam ad Iudicium: *Matt. 24. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit Aduentus Filij hominis.*

5. Quòd si cordi mihi sit templorum situs; quanto magis ipsa templa volo? Ideo dixi, *Mat. 21. Domus mea domus orationis vocabitur.*

Quocirca *Ioan. 2. Auferte ista hinc profana hæreticorum dogmata omnia, & nolite facere Domum Patris mei domum negotiationis.*

II. VERBI DIVINI & Sacramentorum administrationi rectè instituuntur Ecclesiæ.

1. Exemplo mei, etsi varijs in locis prædicare solitus; præsertim tamen, *Mat. 26. quotidie apud vos sedebam docens in Templo.*

plō. Ioan. 18. Ego palam locutus sum mundo; Ego semper docui in Synagoga & Templo, quō omnes Iudei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.

2. Similiter & Apostolos iussit Angelus: Act. 5. Ite, & stantes in templo loquimini plēbi omnia verba vite huius. & c. Ita Act. 13. Paulus & Barnabas ad prædicandum missi intrant in Synagogam. & c.

3. Ita primitiua Ecclesia sacras Ædes à priuatis domibus habuit distinctas. 1. COE. II. Nunquid domos non habetis ad mand. & bib., aut Ecclesiam Dei contemnitis? 1. Cor. 14. Mulieres in Ecclesiis taceant; si quid autem volum discere, domos viros suos interrogent.

III. SACRIFICIIS patrands Mihi Tēplā ritē dedicantur; vt quæ sacris aris propria sint domicilia; Arē autem solis seruiant Sacrificijs; adeo vt ab Aris Tēpla uenerationem titulumque sibi inueniant. Quantus autem cunque Altarium sit numerus, vnus tamen eorum omnium sum Dominus solus Deus verus; in quo omnes Aræ sunt vna; sicut & Sacrificiū vnum est, quoties illud eun que repetitū ritē patretur. Vnde Heb. 13. Habemus ALTARE, de quo edere non habent potestatem, qui Tabernaculo deseruiunt. Et 1. Cor. 10. Non potestis Mensæ Domini, & mensæ demoniorum participes esse.

IV. ORATIONIS quā publicis, quā priuatis Ædes sacræ religiose destinantur.

1. Quia, Mat. 21. ex Isa. 56. Domus mea Domus orationis vocabitur. Veluti & Salomon orabat, 3. Reg. 8. & 2. Paral. 6. vt Deus fundendas in Templo preces exaudiret: Et vero sic facturum sese promisit Deus 3. Reg. 9. Atque re ipsa præ-

stitit, Annæ, 1. Reg. 1. ante Tabernaculum precanti; Dauid, 2. Reg. 7. Daniel, à Templo procul in Babylone, versus hoc tamen orabat. Dan. 6. Luc. 2. Anna nō discedebat de Tēplo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Luc. 18. Publicanus ascendebat ad orandum. Petrus & Ioannes, Act. 3. ascendebāt in Templum ad horam orationis Nonam. Eunuchus, Act. 8. venit adorare in Ierusalem. Vide meū Luthero calu. pa. 1. q. 82. & in Genal. par. 1. q. 26.

QVÆSTIO XXVII.

An sit tolerabilis Templorum Dedicatio, & Ornatus?

LII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ. Dedicatio templorum est *vanitas* Iudæorum.

2. Ceremoniæ dedicatoriæ sūt quasi magicæ.

3. Sanctificari templum impiè creditur.

CHRISTVS I. Equidem scripturam dictare vnquam Legem volui de Templis Deo inaugurandis; eo quod legem ipsi naturæ impressissem.

1. Vnde, nulla Dei iussione sed ex se ipso, ab Natura instinctus Moyses, Num. 7. consecrauit Tabernaculum ac aram: Templum primitus. 2. Paral. 7. Salomon: Secundò Esdras l. 1. c. 6. Tertiò Machabæus lib. 1. cap. 4. Quas inaugurations annuas ipse mea præsentia eohonestauit. Ioan. 10.

2. Eadem quoque Magistrā Naturā Deo grati festa agamus gaudia post grandis operis perfectionem.

3. Quin ipse Deus, orbe condito, in signum quasi legitimæ, diei septimæ benedixit, eamque æternum voluit sanctificatam.

4. Quò sanctior Vfus ille perpetuus cōsecrandi in populo Dei persistit, hodie vniuersalis persistit, Ecclesiâ meâ ita sanciente per Felicem IV. ante 1000. annos: *Solemnitates dedicationum per singulos annos celebranda sunt.* Malè igitur vt κακοζηλία culpatur iudaica, quod ex ipsa haustum est natura.

II. CEREMONIÆ Consecrationis piæ sunt, non superstitiosæ. Stat pro ijs in lege naturæ Jacob Gen. 28. qui erexit lapidem sacrificaturus; eum consecrauit fundens oleum desuper; locumque appellauit Bethel, id est, domum Dei. Nulla hic magiæ suspicio. In statu legis, Exo. 40. Num. 7. Moyses sanctè egit Tabernaculum consecrando. In euangelij æuo feliciorè clarè docet meus Apostolus, I. Cor. II. ecclesias sacris vñibus solis destinatas esse, velut profanis ædes priuatæ.

III. EFFECTVS consecrationis rectè creditur, & est Sanctificatio.

1. Nam Leuit. vlt. *Quicquid semel fuerit consecratum Domino, Sanctū Sanctorum erit.* Quocirca Matt. 23. *Va vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque iurauerit per Templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti, & cæci: quid enim maius est, aurum, an Templum, quod sanctificat aurum?* I. Tim. 4. *Sanctificatur enim per Verbum Dei, & orationem.* Ideo, 3. Reg. 9. *Exaudiui orationem tuam, Salomon, & sanctificauit Domum hanc, quam edificasti.* Vnde Heliodorus verè dicebat. 2. Mac. 3. *In loco illo est verè Dei virtus quadam;*

nam ipse, qui habitat in caelis, uisitor est & adiutor loci illius.

LIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ multipliciter arguunt sacrum Templorum ornatum; strenui sectatores Petrobrusianorum & Wiclistarum, Vide in mea *Genealog.* p. 1. q. 27.

CHRISTVS. 1. Deum ipsum Patrem meum in hoc coarguit hæretica impietas; qui, Exo. 25. 26. 27. &c. 39. Tabernaculum suum fieri præcepit ornatum. Laudatique sunt rectè ac iure merito per Moysen, qui Num. 7. certatim munera contulerunt ad ornatum.

2. Dauid ac Salomon æuiternam hic memoriam, isthuc gloriam sibi inueniunt per Templi structuram, sumptus, ac ornatum. I. Paral. vlt. &c.

3. Nunquid ipse dilaudauit pauperulam viduam, Mat. 12. duo minuta mittentem in Gazophylatium. Admirantibus verò meis, Mat. 13. templum: *Aspice quales structura: nihil quicquam arguere volui, Laudauit autem profusum vnguētum pretiosum esse super caput meum potius, quam vt pauperibus erogatum fuisset; Mat. 14.*

4. Nimirum oportet impleri istud Isa. 60. *Domum Maiestatis meæ glorificabo. & quæ plura ibidem eximia.*

QVÆSTIO XXVIII.

An BENEDICTARVM vsus rerum, atque Peregrinationum sit licitus?

LIV. ANTICHRISTIANISMVS.

MOS vsusque benedicendi aquam, panes, cereos, ramos. &c. à Waldensibus irridetur; à Flagellantibus dicuntur res cæ scintillæ in-

lae infernales: ab Lutheranis Magia, ab Calvinisticis ritibus ethnicis, ab alijs aliter perulenter traditur.

CHRISTVS. I. Ego verò Exemplum pariter & Documentum dedi vobis.

1. Exemplum *Mat. 14. & Luc. 9.* dum in cælum suspiciens panes benedixi, ac multiplicavi. *Et quis ex vobis arguet me de peccato?*

2. Documentum tradidi per Apostolum, *1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est; & nihil abijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per Verbum Dei, & orationem.* id est, ait Chryl. & Theophyl. Omnis creatura bona est & munda; si tamen foret mala & immunda; sanctificaretur per Verbum.

II. Ad pellendos dæmones eam valere benedictionem Sacerdotalem, satis inde liquet; quòd, *Num. 5.* aqua ab Sacerdote maledictionibus affecta, adulteræ ventrem inflaret, fœmurq; putrefaceret, vt primum gustasset. Quò vis maior rebus inesse debet benedictis.

3. Quod item, *Num. 19.* docet aqua cineribus mista; qua aspersi ab legalibus delictis expiabantur; sic volente Deo, teste *Heb. 9.* Quale & istud erat, quod, *4. Reg. 2.* Helizus tale aquas perlanarit.

4. Idemque, *4. Reg. 5.* per aquas Iordanis ab lepra Naamanum emundavit.

5. Sic, *Mar. 6.* oleo ungebant ægros: Apostoli, & curabantur. In quibus nec suspicio necromantiæ, aut ethnicismi, vel suspitionis inhære potest. Vide *Luthero-cal. p. 1. q. 86.*

LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ pariter omnes cū priscis Hagiomachis, & Iconoclastis omnem ad Christi & Sanctorum templa seu Memorias, &c. peregrinationem execrantur, ceu superstitionem acidololatriam. Vt liquet in mea *Genta log. p. 1. q. 29.*

CHRISTVS. Equidem vidi, teste *Ioanne 12.* etiam Gentiles ascendere Ierosolymam procul aduentantes, & adorare: neque vnquam id improbare cogitavi.

2. Neque *Act. 8.* Eunuchus Æthiops vllam meruit reprehensionem, sed gratiam solidam, quod orationis causa Ierosolymam peregrinaretur.

3. Paulus quoque *Act. 20.* festinabat sanctè eodem, vt Pentecosten celebraret cum sanctis. Id quod *S. Hier. epist. 17.* in exemplum peregrinationis rectè adducit.

4. Et vero Deus instituit olim, *Deut. 16.* vt omnes ter in anno ad Tabernaculum, seu Templum peregrinationem obirent.

5. Quà in Dei cultu laudatur merito Helcana cum vxore Anna, *1. Reg. 1.* Tuleruntque præmium facti.

6. Ac ne veteris solum Legis id opus seruile duceretur; ipse ego, *Luc. 2.* cum Matre ac Iosepho pro more pio id frequentans approbau.

Porro vide in meo *Luthero-cal. par. 1. q. 87.*

Huc usque de Triumphantis Ecclesie Capite CHRISTO, eiusque Corpore Sanctorum debite colendo. Purgantes Anima, quia & ipse: ad Comprehensores beatos sunt adiudicata, licet indebiti ad nouissimum teruncium per solutione destinantur; beatos tamen sunt vicissim.

missima: ea causa hic quoque locum suum gra-
dumque tenebant proximum à Beatis,

um; sed post cuiusque vitæ finem.
Quo in futuro est Remissio venialium,
& satisfactio pœnarum de mortali-
bus.

VI. DE PURGATORIO.

QVÆSTIO XXIX.

An sit Purgatorium?

LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ id negant &
detestantur vniuersi. Vide in mea *General.*
p. 1. q. 31.

CHRISTVS. Esse purgatorium
equidem euidenter docui, cum dixi:
I. Matth. 12. esse peccatum quod neque in
hoc saculo, neque in futuro remittitur. Inq;
sententiam hanc plena cum fide con-
cesserunt S. Patres: Aug. l. 21. Ciui. c. 24.
Greg. l. 4. Dial. ca. 39. Bern. hom. 66. in
Cant. in hoc solo acquieuit loco aduer-
sum hæreses. Neque (vt vult Pet. Mar-
tyr) id per exaggerationem, aut
comminationem dixi: Nam ita & in-
fernus esse quis negaret, isto item sic
interuenero dicto meo: *Ite in ignem æ-*
ternum.

2. Deinde loquebar de perfecta re-
missione venialis culpæ vt temporalis
pœnæ, in altero saculo: non de sola cul-
pa. Neque ea omnium est immanitas
peccatorum, quin aliqua, vt venialia
quoad culpam, & mortalia, quoad pœ-
nam, isthic expientur ad remissio-
nem.

3. Neque futurum saculum intelligo,
quod sequetur post extremum iudici-

4. Istud autem Marci ca. 3. *Non habet*
remissionem in æternum, id est, nunquam
dum vixero. Sicut Ioan. 13. *Non lauabis*
mibi pedes in æternum, scilicet quoad vi-
uam.

II. Dixi Matth. 5. Luc. 12. *Esto consen-*
tiens aduersario tuo cito, dum es in via: ne
tradat te Iudici, & Iudex tortori, & mittaris
in carcerem. &c. *Aduersarius* est vel lex
Dei, aut Deus, contraria Carni præci-
piens: vel Conscientia, Dei Legem
semper obiectans peccanti: Hæc sunt
nobiscum in via vitæ. Ita S. Patres ex
meliore sententia: *Iudex* est Christus,
Ioan. 5. *Carcer* est infernus, &c.

Scopus parabolæ est, (etsi Ochinus
ex Chryl. male neget esse parabolam)
Rectè rationes tuas cum Deo institu-
as, dum viuus, & facilem remissionem
pœnæ debitæ impetrare potes: Non
expectes futurum saculum, in quo se-
uerissimè exigentur debita omnia. Ita
Tertullian. Cyprian. Orig. &c. qui hinc
inferunt esse Purgatorium: vnde da-
tur exire per soluto nouissimo terun-
cio.

III. Dixi Matth. 5. *Qui dixerit fra-*
tri suo. &c. reus erit Iudicio, Concilio, Ge-
hennâ. Certum est hæc rectè de pœnis
in foro Dei iniungendis exponi: Vt ea
S. Aug. lib. 1. de serm. Dom. In monte cap. 19.
exponit de pœnis animarum post hanc
vitam. *Item* certum est, distingui ge-
nera pœnarum & culparum. *Item* cer-
tum est aliquas pœnas pro leuioribus
culpisse Temporales, id est, purgato-
rias,

rias ex quibus est liberatio. Vnde sacertò infertur purgatorium.

IV. Dixi Luc. 16. *Facite vobis amicos de. &c. ut recipiant vos in ætern. taberna.* De quo rectè Augustinus libr. 21. Ciu. c. 27. Aliqui tam sunt Sancti, ut rectè ad cælum euolent; Alij tam mali, ut nec à se, vel alijs iuari possint, sed ad infernum descendant; Alij sunt medij: & hi recipiuntur in æterna tabernacula precibus sanctorū. Cū igitur ex aliquibus inferni pœnis sit liberatio certa; certum quoque est eisdem purgatorias esse.

V. Iudas, 2. Mach. 12. *misi Ierosoly- mam offerri, pro peccatis mortuorum, Sacri- ficium: bene & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos, qui ceciderant, resurre- cturos speraret, superfluum videretur & va- num Orare pro mortuis. Et quia considerabat,*

quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis orare, ut à peccatis solvantur.

Ecce hic quinque.

1. Posse mortuos à peccatis solui, ac proinde Purgatorium esse.

2. Sacrificia & orationes viuorum prodesse defunctis.

3. Morte non omnia semper expiari.

4. Posse quem piè mori, & tamen habere soluentia debita.

5. Hæc esse de Fide. Quæ vanè afferunt hæretici contra locum hunc vide in Bellar. lib. 1. de Purg. cap. 3. Sanè S. Aug. 1, 18. Ciu. cap. 36. inquit, *Libros Machabæorum non Iudei, sed Ecclesia pro Canonicis habet. Quicquid ganniant hæretici,*

Quos sanet Iesus Christus, benedictus in sæcula. Amen.


ANTICHRISTI THEOMACHIAE LVTHERO- CALVINISTICÆ

FINIS.

Gloria sit TRIADI; Mariæ, & sit gloria DIVIS.

E

COP.





COPPENSTEINI

ANTICHRISTVS

ECCLESIOMACHIAE LV- THERO-CALVINI- STICÆ.

PARS SECUNDA

De Ecclesia Militante.

I. DE PRIMATV PETRI.

QVÆSTIO I.

*Monarchicum regimen an sit optimum; ef-
seque debeat Ecclesia-
sticum?*



ANTICHRISTIANISMVS.

Caluin. Monarchia, tres
inter simplices formas regen-
di, non est optima. Vide Lu-
thero-calui. p. 2. q. 2.

CHRISTVS. 1. *Deus*, Act. 17. *ex v-
no fecit omne genus humanum*: Chry. hom.
34. in 1. Cor. 13. Virum ex humo, fami-

nam ex viro; vt esset inter homines Re-
gnum, non Democratia. Nam si plu-
res ex humo produxisset, singuli suæ
posteritatis Principes esse debuissent.

2. Deus omnibus creatis naturalem
inseuit propensionem ad monarchi-
cum regimen. Hinc in omni domo Pa-
terfamilias regit; Reges in regnis, &c.

3. Hebræorum regimen semper mo-
narchicum esse voluit Deus: ac primò
dedit Patriarchas, tum Duces, dein Re-
gessiterumq; Duces: Et singulis ijs po-
testas erat regia, id est, Monarchica.
Mixtum tamen regimen è tribus sim-
plicibus, prædominante Monarchia,
optimum est. Nam Monarchia He-
bræorum continebat & Aristocratiam,
eligens minores principes, Exo. 18. ex
quaque tribu: Rursumque his infetio-

E 2 res

res è plebe lectos; quæ est Democratia. Sic & Ego Christus Monarcha elegi Apostolos; & vocavi LXXII. Discipulos. Sic rectè & meus in terris Vicarius habet Episcopos, & Parochos.

II. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI hi esse volunt regimen Ecclesiæ Democraticum; Illi Aristocraticum:

CALVINISTÆ Mixtum. Vide *Luthero-calv. p. 2. q. 3.*

CHRISTVS. I. Democratiam Autor Ecclesiæ nouæ respui. Nam, Ioan. 15. *Ego, vt Monarcha, elegi vos, & posui. &c. Et vos similiter agetis.* Ideo Paulus Act. 15. *transiens Syriam & Ciliciam, precipiebat populis, vt custodirent precepta Apostolorum & Seniorum, id est, Ecclesiæ, quæ in his consistit vno sub Capite.* Hinc iustifici Mat. 18. *Dic Ecclesiæ.*

II. Nec solum in Ecclesia Aristocratiam volui. Ideo, I. Cor. 12. Eph. 4. *Deus in Ecclesia posuit primum Apostolos, deinde Prophetas, tum Pastores. &c.* Vnde Pl. 44. *Pro Patribus tuis, Apostolis, nati sunt tibi Fily, Episcopi: Constitues eos Principes. &c.* Et Ego dixi, Ioan. 21. *Pasce oves meas, regimine vt pote sacro & supernaturali.*

III. Monarchiam istis permistam e. legi, qua mea regatur Ecclesia.

1. Quia qualis est Cœlestis hierarchia Angelorum; talis & terrestris fit fidelium; at in illa fuit monarcha Lucifer post Deum; nuncque est Michael: Vnde Apoc. 21. *Vidi Ierusalem nonam descendentem de celo. &c.*

2. Quia Ecclesia mea est Cant. 6. *Acies ordinata: cui Dux vnus: Est, Cant. 7. Mulier speciosa, cui caput vnum vir: Est, Dan. 2. Regnum; cui Rex vnus: Est*

Ouile, Ioan. 10. At fiet Ouile vnum & vnus Pastor. Est I. Tim. 3. Domus & vna Nauis; quibus vnus est Gubernator. Vnde dixi, Luc. 12. Quis putas est fidelis Dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt &c. Et quærebat Petrus: Domine ad nos dicis parabolam istã, an ad omnes? Ad vos, inquam, & de Vno. Ideo Si dixerit malus ille Seruus in corde suo. &c. Pariter Ecclesiæ vnus sit Rector, Pastor, & Caput.

3. Monarchia optimè conseruat Vnitatem; Esse autem in Ecclesia debet, Eph. 4. *Vnus Deus, vna Fides, vnum Baptisma.* Verum ita, vt non sit dominatus gentilis, Luc. 22. *sed qui inter vos maior est, fiat sicut minor: & Præcessor, vt & Dux, Princeps, fiat sicut Ministrator.*

4. Exemplum dedi vobis: *Sicut Ego non veni ministrari, sed ministrare.* Et tamen, Ioan. 13. *Vocatis me Magister & Domine, & benedictus, sum etenim. &c.* Vide in *Luthero-calv. p. 2. q. 3.*

QVÆSTIO II.

An promissæ, Datæque sint Petro principaliter Clauis Primatus Monarchici sacri?

III. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI: Non Petrus est Petra; sed Vel Fides, fideique Confessio; Vel Omnis Christi fidelis:

Aut CALVINISTÆ, Christus est Petra. Vide *Luthero-calv. p. 2. q. 4.*

CHRI-

CHRISTVS. I. Ego dixi, Mat. 16. *Tu es Petrus & super Hanc Petram*; non quâ persona particularis es, sed quâ Caput & Pastor: Et sic *Petrus es Petra*. Syriacè: *Tu es Cepha*, & *super hoc Cepha adific.* &c. Vocis itaque feci allusionem, vt vox *Hanc*, referri debeat ad *ô xai ñ pí-rog*, atticum. Huc omnes per Euangelium sparsæ Petri Prærogatiue spectant, eiusque Primatum luculentè demonstrant. De quibus vide *Luthero-cal. par. 2. quest. 7.*

II. Ego verò tamen sum Petra, ac XII. fundamentorum fundamentum princeps & vnicum; hic tamen non ad Me istud, *Hanc*, referre potui; sed debui ad proximum sermonis mei Petrum, iuxta nominis allusionem. Et me *Petrus* seu *Petra confitens* appellabat sic: *Tu es Christus Filius Dei viui*. Et Ego ipsum dixi Petram, non Me: itaque vocem, *Hanc*, ad eum, non ad me referebam. Neque dixi, *Aedificauit iam fidem sc.* sed *Aedificabo Ecclesiam*, congregationem Fidelium.

IV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ. Nihil Mat. 16. promissum est Petro, nisi vt Patris auditor erat. Et promissum illi est, quod omnibus, sc. ligandi Soluendique potestas. Vide *Luthero-caluin. quest. 5.*

CHRISTVS. Dixi: *Dabo tibi Claves regni celorum. &c. Tibi Simoni bar. Iona. Tibi, ad quem aiebam: Ego dico tibi, Tu es Petrus. &c.* Et quia es; & quia *adificabo* ideo *dabo tibi. &c. tibi Sic*, vt nulli alteri. *Tibi*, cui postea dixi: *Vade post me. &c.* At is tu Petrus eras solus.

V. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ. Promissi Exhibitiō nulla Petro magis, quam cuiquam facta est Apostolorum. Vide *Luthero-caluin. p. 2. q. 6.*

CHRISTVS. Ego verò huic personæ Petro, ceu Capiti ac Pastori Vniuersali, vt Promissi, sic & Dedi Claves verè, principaliter & immediatè. Idcirco sic personam eius designaui, vt nullus Notarius magis describere possit testatorem: A substantia personæ, *Tibi*. A nomine natali: *Beatus es Simon*. A genitore, *Bar-Iona*. A nomine nouo: *Ego dico Tibi, quia Tu es Petrus*.

2. Neque nomine Ecclesiæ Claves accepit; sed suo ipsius solius. Quia non erat Legatus aut Vicarius Ecclesiæ: A quo enim factus aut constitutus?

3. Dicenti, *Tu es Filius Dei viui*; illi tradidi Claves soli: Sicque, vt notat S. Hieronymus, *mercedem accepit Confessio*.

4. Cui post pauillum dixi: *Vade, post me Satana. &c.* eidem & dixi: *Tibi dabo Claves*: Deditque dicens: *Pasce oves meas*.

5. Illi dedi eas, cui dixi: *Non potes me sequi modo; seque is autem postea*. De quo Sanctus Ambrosius lib. de Isaac, cap. 3. *Claves commiserat regni celorum; & sequelam imparem indicauit*.

6. Neque etiam par est ratio cum Petro & Abraham; quod, sicut, Rom. 4. *Abrahæ reputata est Fides ad iustitiam*; sic & omni Credenti: Pariter, vt Petro tradidi Claves, sic simul omnibus fidelibus.

Quia dispar materia est, etsi par forma argumenti.

E; Nam

Nam fides naturâ suâ ducit ad iustitiam & iustificat: non autem ad Clauum acceptionem: poteram namque eam Petri Confessionem sexcentis modis alijs remunerari.

VI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ. Vt sint Petro datæ CLAVES; non hæc tamen significant Principatum Ecclesiæ. Vide *Luthero-caluin. par. 2. quest. 5.*

CHRISTVS. 1. At verò metaphora Clauum in Scriptura significat Principatum. Vt Isa. 22. *Dabo Clauem domus David super humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat, &c.* Quod est principari; non, prædicare. Atque etiam, Isa. 9. *Factus est PRINCIPATVS super humerum eius.* Teste Apoc. 3. *Hæc dicit sanctus & verus, qui habet Clauem David, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.*

2. Quid? Sic Vfus obtinet. q. vrbis tradit clauem, Dominum tradit.

3. Dixi Petro: Mat. 18. *Quodcumque ligaueris, erit ligatum.* Ligare autè in Scripturis est Præcipere & Punire. Præcipere: vt Mat. 23. *Alligant onera grauiâ.* &c. Punire: vt Mat. 18. *Quacumque alligaueris super terram, itaque homines obligantur legibus directiuis & vindictiuis.*

QVÆSTIO III.

An soli Petro sit vniuersa Ecclesiæ Pastura commissa?

VII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVIN. Non soli Petro, sed toti Ecclesiæ Clauem sunt Promissæ ac Datæ.

CHRISTVS. 1. Ego dixi: Ioan. 21. *Simon Ioannis, Pasce oues meas.* 1. Hoc vo-

cabulum solius est Petri; cui & respondet mysterium Petræ in promissione Clauum, vbi Petrum dixi Petram.

2. Cui dixi: *Disce me plus his Apostolis?* Eidem commisi quoque *plus his*, sc. *Pasce oues meas*; idque item *plus his*, tu vnus ac solus.

3. Quem ter idem interrogauit; quòd ter negaturus erat Petrus solus, eidem dixi, *Pasce.*

4. Qui ter interrogatus *contristatus est Petrus*; quique respondit, *Tu scis Domine quia amo te*; eidem personæ dixi, *Pasce.*

5. Cui dixi: *Cum senueris, extendes manum.* &c. Quæ sciscitabatur. *Hic autem quid?* Cui respondi, *Quid ad Te? Tu me sequere*; illi ipsi dixi soli, *Pasce.*

Vnde S. Amb. in vlt. Lu. *Quia solus proficitur ex omnibus; omnibus antefertur.* Ita & cæteri Patrum.

VIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALV. *Pasce*, id est, Doce Gregem; & non est idem quod Rege, castiga. &c.

CHRISTVS. Luc. 12. *Quis putas est fidelis Dispensator ac prudens, quem constituit Dominus super Familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?* Is quidem, qui cibum ministrat; at verò vel in primis ille, qui cibum prouidet atque procurat: quod Præpositi est. Quocirca & huius proprium est *Pascere*, i. Regere præceptis, ac pœnis. Actus enim Pastoralis sunt Ducere, Tueri, Præesse, Regere, Castigare. Id Pedum indicat pastorale. Vnde Isa. 44. *Pastor meus es Cyre*, id est, Rex: Idemque & in græco significat *ποιμνίστω*: pascō, rego. Sic Patres interpretantur.

IX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHE-

LYTHERO-CALVIN. Hoc, *Oues meas*, non significat Vniuersam Ecclesiam. &c. Vide meum *Luthero-calv. p. 2. q. 6.*

CHRISTVS. 1. Ego verò tertium dixi, Πέτρος, πρίμαυε τῶν Ἀπὸστόλων, παροβλήθη, παροβλήθη. *Pasce Agnos, Oviculas, Oves meas*: scilicet Incipientes, Proficientes, Perfectos: Laicos, Clerigos, Episcopos: Vel Iudæos, Gentes, eorumque Pastores. *Meas* inquam absolutè, id est, *Omnes*. Sicuti Ioan. 10. *Cognosco oves meas*, scilicet omnes; & *oves mea vocem meam*, omnem, scriptam ac traditam, *audiunt*. Et ego pono animam meam totam pro ouibus meis vniuersis. Neque aliud est, *Pasce oves meas*, quam *Curam habe totius Ovilis mei*. Ita necesse est, Quia Ioan. 10. *Erit Vnum Ouile, & Vnus Pastor*.

2. Denique Ego dixi:

1. *Beatus es Simon bar-Iona.*

2. *Reuelauit tibi Pater meus, qui in calis est.*

Lutherus lib. de potest. Papæ: Contradicit:

1. Petro non promittuntur Claves, vt est *bar-Iona*: sed vt est auditor Patris cœlestis.

2. De nullo autem homine certo nobis constat, sitne is verus Auditor Dei.

At de Petro constat.

II. DE PONTIFICE ROMANO

QVÆSTIO IV.

An Petrus Iure Diuino habere Successores debuit?

X. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHEROCALVINISTÆ caterique hæretici hodierni pertendunt: Esto; habuerit à

Christo Petrus Primatum & Monarchiam; Non tamen quæquam Petro succedere debet Iure Diuino.

CHRISTVS. Iure diuino debet aliquis succedere Petro in totius Ecclesiæ Monarchia.

1. Sic volui, Ioan. vlt. *Pasce oves meas*. At Oves cum Ouili esse semper volo perpetes: Quare & Pastoris Officium sit ordinarium oportet ac perpetuum: proindeque in eo continui quoque Successores sunt: & hisce idem *Pasce* dictum, quod Petro. Quam enim æternare volui Ecclesiam; ei non minus in progressu, quam in ortu volo prouisum. Neque Petrus semper victurus erat; ideo tam Successores eius in ipso, quam i psummet compellauit.

2. Ego promisi, Mat. 28. *Ego ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi*: non cum vestris solum Personis, sed Officij vestri Successoribus omni loco, tempore, & causis in *ijs* ac rebus, *qua sunt Patris mei*. Bene S. Leo ferm. 2. de *Assumpt.* *Manet dispositio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine Petra perseverat, & vivit in Successoribus suis.*

3. Ego dixi, Ioan. 10. *Erit Vnum Ouile, & Vnus Pastor*. Ego, Luc. 22. *rogauit pro te Petre, vt non deficiat Fides tua; Et, Ioan. 17. non pro te solum, sed pro omnibus, qui credituri sunt per Apostolos; vt sint Vnum, si. ut & nos Vnum sumus*: & ex hoc cognoscat mundus, &c. Quare ipsa Ecclesiæ Vnitas, omni tempore & loco Eadem reposcit, vt forma regiminis non immutetur. Sicut igitur in prima Ecclesiæ institutione Vnum posui Caput omnium; sic & esse volo iubeo in Conseruatione.

Quæ

Quæ omnia Iuris esse Divini rectè docet S. Cypr. lib. de Unit. Ecclesie. Hier. lib. 1. contra Iovin. &c.

4. Vnum Ecclesie semper esse Corpus voluit; quidni & Caput Vnum? Caput autem cum ego sim inuisibile ac spiritale; visibile quoque sit aliud Ecclesie necesse est. Rectè id innuitur 1. Cor. 12. *Non potest Caput dicere pedibus; non estis mihi necessary.* Quod certè Christo convenire nequit: Ego enim omnibus sum necessarius, mihi nullus. Caput igitur nullum est aliud visibile Ecclesie, quam Petrus, eiusque omni tempore successor.

5. Sicut Diuina Constitutione perpetua Deus omnium rerum est principium & causa; idem tamen per immediatas proximasque causas agit: Ita ut Corpus Ecclesie à Primario & Vitali Capite iugem gratiæ influxum recipiat, Col. 2. Eph. 1. & 4. omnino debuit constitui Caput Vnum secundarium ac ministeriale, Corpori homogenium, idque dum Corpus illud durabit.

6. In Veteri Test. continua serie Aaroni succedebatur; vt Num. 28. Eleazari huic, Iud. 20. Phinees. &c. At, Sacerdotium veteris Test. figuram Noui prætulit Sacerdotij summi: Parem igitur hodieque Successionem in hoc continuari necesse est. Vide in *Luthero-cal.* p. 2. q. 9.

QVÆSTIO V.

An Papa quæstiones Fidei ac Morum infalibili iudicio definiat?

XII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ pernègant: quin de facto Papam hæresin docuisse narrant. Vide *Luthero-cal.* p. 2. q. 13.

CHRISTVS. I. Ego verò dixi, Lu. 22. *Simon, Simō, ecce Satanæ expetuit vos, ut cribraret sicut triticum: Ego autem rogaui p Te, vt NON deficiat ides Tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Et exauditus sum orans pro Reuerentia mea.

2. Deinde Orationi promissionem adieci præsentis meæ Mat. 28. *Ecce Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Addidi promissionem Sp. Sancti, ac præstiti infallibilem illius Assistentiam, & ille docebit vos omnia.

3. Promisi Ecclesie Capiti: Mat. 16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam: & Porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Quis ergo nocebit nobis, si boni æmulatores simus? Promissumque præstiti: Ioan. vlt. *Pasce oues meas* doctrinis infallibiliter sanis ex Officij dono. Sicut ego Sacramentis pascō ex opere operato infallibiliter efficacibus; ita tu Doctrinis in meæ Orationis, Promissionis, Donationis infallibiliter certis semper futuris. *Ego enim dabo tibi os & sapientiam, cui non poterūt resistere.* &c.

4. Istorum prætulit typum Rationale summi Pontificis, cuius epigrapha, *Veritas & Doctrina:* Exod. 28. Quippe, Deut. 17. omnes in re dubia iuebantur à Pontifice requirere, & obedire Voci Sacerdotis: Sin' morte morerentur. Ita, (ceu Petrus Rauennas Eutychem monebat) quæ à Beatissimo Papa scripta sunt, *obedienter attendo. Quoniam B. Petrus, qui in propria Sede & viuit & præsidet, præstat*

stat quærentibus Fidei Veritatem.

5. Neque secus docuit hætenus experientia. Omnes enim cæteræ Sedes Patriarchales ab hæresibus, quin & hæresiarichis aliquando contigit adulterari: Romanam verò nunquam.

QVÆSTIO VI.

Fasne Papa condere leges in conscientia obligantes ad culpam ac peccatum?

XIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant. Sed cum Iuriscis hæreticis. Vide *Luthero-caluin. par. 2. q. 19.*

CHRISTVS. I. Dixi, Matth. 16. *Quodcunque ligaueris, &c.* Atqui ligare non solum est retinere peccata indimissa; sed etiam ferre leges: prout declaro, Mat. 23. *Alligant onera grauiora & importabilia, sc. Præceptorum.* Ita S. Hieron. in c. 18. Mat.

2. Deinde: Promissum *Mat. 16. præfati Petro, Ioan. 21. Pasce oues meas.* *τὸ βασίλειον*, regis & potestatis vocabulum est; cuius est ferre leges.

3. Adhæc, Ioan. 20. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* sc. cum omni potestate etiam ferendi leges: Proinde Lu. 10. *Qui vos audit, me audit, &c.* Ita S. Cyprian. li. 4. ep. 9. Basil. in Const. Mon. ca. 23.

4. Quo rectius, 1. Cor. 11. *Laudo vos, quod præcepta mea tenetis.* 1. Thef. 4. *Scitis, quæ præcepta dederim vobis. Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui Spiritum suum nobis dedit.* Sic & 2. Thef.

3. *Qui non obedit verbo nostro, ne commiscamini illi.*

QVÆSTIO VII.

Habeatne Papa temporalem Iurisdictionem?

XIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ Nullam in se, seu Dominia, seu Principes, iure villo diuino tribuunt Papæ. Neque licuisse Papis & Episcopis, aiunt, dominia acceptare. Vide *Luthero-cal. p. 2. q. 21.*

CHRISTVS. Cum, Ioan. 18. *regnum meum non est de hoc mundo;* etsi Rex cælorum natus fuerim: Cum Rex eligi fugerim; *Ioan. 6.* Cum verè paupere fuerim volens: Cum Scripturas, quibus Rex appellor de spiritali regno accipi oporteat: Cum sine orbis imperio finem assequi spiritalē valuerim, orbemque redimere: idcirco regna non eripui mortalia, qui cælestia dabam, At, Ioan. 20. *Sicut misit me Pater: sic & ego mitto vos* in primis Petrum eiusque successores Papas; Vicarios meos qua Homo sum, non qua Deus. Quare nec ad Papas iure diuino directè habere temporalem volui potestatem.

II. Indirectè tamen, ad maius bonum spiritalē, Dominium orbis habet, Sic Petro dedi, *Ioan. vlt.* triplicem potestatem; Arcendi lupos infideles; Coercendi arietes tyrannorum fidelium, & Pascendi oues. Consule meum *Luthero-cal. p. 2. q. 21.*

QVÆSTIO VIII.

Quis, qualisque Antichristus erit?

XV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ, I. Antichristus idem est quod Vicarius Christi.

F H. Est

II. Est vnum quoddam regnum continuum, & Corpus tyrannorum.

III. Aduenit autem in orbem post annum Christi 600.

IV. Characterem habet Vnctionem, Adorationem Sanctorum, Eucharistia, Missam. &c.

V. Et is Papa est Romanus,

VI. Romæ folium habiturus:

VII. Seque pro Deo ostensurus Vicarius Dei.

CHRISTVS. I. Antichristus idem est quod Contrarius Christo inimicus: 2. Thel. 2. *Qui extollitur super omne, quod est Deus:* Et 1. Ioan. 2. *Qui negat IESVM esse Christum.* Ita, vt Mat. 24. *Dicat se esse Christum.*

II. Idemque vnus, verus, certus ac singularis erit Homo, ex homine natus: sicut & ego singularis sum, ac individuum. Ioan. 5. *Ego in nomine Patris mei veni, & non receperitis me: si ALIUS venerit in nomine suo, illum recipietis.* 1. Ioan. 2. *Antichristus venit,* (voce hac communiter pro quocunque Christi aduersario accepta: *Licet nondum venerit, de quo audistis, singulari. De quo 2. Thel. 2. Nisi reuelatus fuerit ó ανθρωπóς τής άμαρτίας, ó υίός τής άπολείας.* Sic 1. Ioan. 2. *ó άνθρώπος έρχεται.* Ecce, ILLE antonomasticus. Ita Dan. 7. 11. 12. *Rex vnus* vocatur, non regnum vnus.

III. Nondum venit in orbem: tunc venit, Mat. 24. *cum videritis abominationem desolationis, qua dicta est á Daniele, ca. 9. &c. 2. Thel. 2. Deus interficiet eum spiritu oris sui.* Apoc. 11. *Dabo autem duobus testibus meis, & prophetabunt diebus 1260.* Enoch gentibus, & Helias Iudæis. Atque tunc fuerit, Mat. 24. *Euangelium meum predicatum vbique: Ac etiam Iuge Sacrificium sublatum: Et, Apoc. 12, Tuba*

sexta sonabit: Et erit consummatio seculi. Apoc. 12. *Beatus qui expectat ad illos dies.*

IV. Papa verò Antichristus nec fuit, nec esse potest, obstante tam diuturna, continua, tamque multorum successione, & porte inferi non praevalerunt aduersus eam: Quia Ego sum cum ea usque ad consummationem seculi. Et sicut, Ioan. 5. *Ego veni in nomine Patris mei: sic & omnis Papa venit: Si ALIUS Ant. papa venerit in nomine suo, &c.*

V. Suo cum singulari caractere, Apoc. 13. Numeri & Nominis, omnibusque communi suis.

VI. Ierosolymis sedem statuet: Hic vbi, Apoc. 11. Henoah & Helias post pugnas iacebunt in plateis ciuitatis magnae, qua dicitur Sodoma, Isa. 1. *vbi est Dominus eorum crucifixus.* Roma autem, Apoc. 17. desolabitur ab illo; At ipse, 2. Thel. 2. *in Tēplo Dei sedebit: έν τώ ναώ, scil. Salomonæo.*

VII. SE dicet esse DEVM, 1. Ioan. 2. *Quis est mendax, nisi qui negat IESVM esse Christum? Et hic est Antichristus.* Ioan. 5. *In nomine suo veniet: Et Dan. 11. Deum Patrum suorum non reputabit, &c.* Vide Luthero-cal. p. 2. q. 22, 23, 24, 25.

III. DE CONCILIIIS & ECCLESIA.

QVÆSTIO IX.

Ecceius sit Generalia Conc. indicere, presidendo regere & confirmare: & id qua forma?

XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI & CALVINIANI fingunt: solius Imperatoris esse, generalia indicere & regere Concilia. At in ijs Episcopi sunt Cōsiliarij. Vide *Luthero-caluinistam. par. 2. q. 26. & 29.*

CHRISTVS. I. Cū ego Potestatem meam, Autoritatemque sacram Petro solū, vt Vicario meo, tradiderim per excellentiam; debeantq; Concilia cogi *Autoritate mea*, hoc est *In Nomine meo*. planè est necesse, vt meus in Ecclesia Vicarius Successor Petri, data sibi Autoritate solus vti debeat.

2. Atq; tameti, Mat. 18. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in Nomine meo, ibi ego in medio eorum sum*, inuisibilis quidem; non sic tamen, vt quisquam discernere queat Me præsidere: Multò minus, si qui S. Scripturam præesse solam, vt Iudicem, velint. Ad hanc enim omnes hætenus hæretici appellarunt.

3. Quocirca meam ablaturus Ecclesiæ visibilem præsentiam, Petro dixi, nō Tiberio: Ioan. vlt. *Pasce oves meas*, infallibiliter. Quia Lu. 22. *Ego rogavi pro te. &c. proinde, Et tu confirma fratres tuos*, in nomine meo ad Concilia congregatos: *Et ecce Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Mat. 28.

4. Cuius autem indicere; eiusdem est, ceu Capitis, regere Concilia generalia, velut membra; sc. Vicarij mei Papa. Ideo iussi Petro: Ioan. vlt. *Pasce, docendo & educendo.* Idèq; & fecit Petrus, *Act. 15.* prædicens Concilio, qd indixerat: ad quod conuenerunt Apostoli, & Seniores ceu Iudices, non vt *Cōsiliarij*, videre de verbo h. c. legalium ceremoniarum, an ad salutem forent necessariae. Et Paulus *Act. 16. pertransiens ciuitates præcipiebat eis*

custodire decreta, conscientias obligantia, ob Autoritatem præsidis Petri.

III. Porro Episcopi suffragijs definiunt vt Iudices, in forma Iudicij; non disputant solum vt Cōsiliarij.

1. Idcirco docui, Mat. 18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus*, Iuste: nam Deut. 17. *Qui non obdierit eorum sententia, morte condemnatur.* Hinc in Conc. Ierusalymitano *Act. 15. & 16. conuenerunt Apostoli & Seniores, Iudices, videre de verbo hoc*, non de fide sola iustificante; sed de ceremonijs abstinentiæ à sanguine, suffocato, & immolatijs: de quibus nihil in Verbo Scripto extabat: Nec tamen permixta erant exanimi discipulorum; sed imperata simpliciter cum obligatione conscientiarum: vti & Paulus prædicabat.

IV. Atque istud est Pascere; iuxta quod, Eph. 4. *Posui vobis Pastores & Doctores.* Prout promisi, Ierem. 3. *Dabo vobis Pastores secundum cor meum; & Pascant vos Scientia & Doctrina.* Quò necessaria monitio hæc, *Act. 10. Attendite vobis, & uniuerso Gregi, in quo posuit vos Sp. Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

QVÆSTIO X.

Concilia per Papam confirmata num errare possint?

XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI itemque CALVINIANI affirmant errare posse, errasseque de facto sæpius. Vide *Luthero-cal. p. 2. q. 30.*

CHRISTVS. I. Ego postquam dixissem, Mat. 18. *Dic Ecclesiæ; & si Ecclesiam nō audierit, sit tibi.* &c. vim autoritatēque Ecclesiæ tantam esse ostendi ad do-

cendum, vt subiecerim: *Vbi sunt duo vel tres duntaxat, quanto magis si plures, congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum*, ipsa scilicet Veritas & via, vt errare non possint. Quin & tantam eorum esse potestatem, vt addiderim, *Amen dico vobis, quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo*. Adeo certa est mea Concilij sacris Assistentia, si eadem non desit priuatis.

2. Deinde Errarent, quibus addixi. Ioan. 16. *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*. An Apostolos solos? Quin & successores, quia Ioan. 14. promisi mansurum Spiritus, S. vobiscum in aeternum.

3. Experti testantur: Act. 15. dicentes: *Visum est Spiritui S. & nobis*.

II. Docui, Ecclesiam errare non posse: Matt. 16. *Super hanc Petram aedificabo*. &c. Mat. vlt. *Ecce Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*. Consonatque Apostolus. 1. Tim. 3. *Ecclesia Dei viui est Columna & firmamentum veritatis*. Quare nec Concilia rite congregata possunt errare: cum in his resideat formaliter Autoritas Ecclesiae, in iisdem representata; habentibus consensum vniuersae.

III. Nec Vicarium meum errare posse affirmavi, dicens, Luc. 22. *Patrem ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: Et tu conuersus confirma fratres tuos: praesertim in Concilium conuocatos*. Illius itaque est confirmare congregatos: quo sine possunt sequi vento circumferri.

QVÆSTIO XI.

Scriptura, Papa, an Concilij potior sit Autoritas?

XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI ab Papistis S. Scripturam esse pessundatam & abiectam conclamant. Vide in meo *Luthero-caluin.* p. 2. q. 31.

CHRISTVS. *Qui Spiritum Christi acceperunt, (qui est Verbum Patris;) ij Vocem meam audiunt, habentque Spiritum Veritatis, & Verbum vitae*. ideoque Sacrae Scripturae semper à Me secundas tribuunt, longè posteriora dant Concilij.

1. Quippe, 2. Tim. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inspirata est*. Et, 2. Pet. 1. *Spir. S. inspirante locuti sunt Sancti Dei*. Et verè Testis meus, 1. Ioan. 1. *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae contractauerunt de Verbo vitae; & Vita manifestata est; & vidimus, & testamur*. Ita Matthaeus & Ioannes: At Marcus & Lucas audita scripserunt: *Sicut tradiderant nobis, qui ab initio ipsi viderunt*. Ideo Scripturae omne Concilium sese submittit, quod in *Nomine meo congregatum est*.

2. Scriptura nullo constitit labore conscriptionis: Nullus ei error inesse potest seu verbuli, seu sententiae: Nec indiga humanae confirmationis est: At secus Concilia habent indictis singulis.

Ergo Scriptura omnibus potior est.

XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ Concilij Papam sub-

subijciunt. Lutherus lib. de Concilijs. Putasne adeo esse tenue officium Parochi aut Ludimagistri, ut non possint aliqua ex parte conferri ad Concilia? Quin errare possunt omnes in Concilio, & vnus sentire secundum Scripturam; tunc omnis omnibus, ille sequendus vnus est. Quanto inferior Papa est.

CHRISTVS. Dixi Petro; eiusque Successoribus, & factum est; *Matt. 16. Tu es Petrus; & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam & porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Dixi, Ioan. ult. *Pasce oves meas.* Ergo Caput & Pastor est vnus Corporis & Gregis totius mystici; quod fundamentum est domus: at ab hac illud non pendet, sed domus innititur illi tota. Nec vniam, sed omnem Ecclesiam Vniuersam aedificabo: id est omne Concilium representans Ecclesiam: Sicut ipsi Sectarij intelligunt istud *Mat. 18. Dic Ecclesia.*

2. Deinde Ecclesiam meam esse volui regnum Monarchicum: Quia *Pl. 2. Ego constitutus sum Rex super Sion.* Et, *Ioan. 8. Regnum meum non est de hoc mundo.* Et, *Luc. 1. Regni mei non erit finis.* Rex autem regnat; non regnatur. Præsentim meus in terris Vicerex, qui Regnum Ecclesiam suscepit immediate à Me Christo tuo, non à populo, ut in regnis mundi assolent. Quia verum est istud, *Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum:* hoc verò me non fecit Regem. *Ioan. 15. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos. &c.*

3. An potestatem accipit Paterfamil. ab familia? Pastor ab ouib? Caput à corpore? Vir ab vxore? Ita & Christus ab Ecclesia? Minime verò. At Petrus eiusque Successor omnis est is, de quo dixi *Mat.*

24. *Quis est fidelis seruus & prudens, quem constituit DOMINVS SVPER, non infra, familiam suam? Item Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus; & est vnum Ouile.* Item *Eph. 4. Ego sum Caput, Ecclesia Corpus:* *Eph. 5. Ego sum sponsus, Ecclesia sponsa.* Nolui igitur Vicarium meum subiacere Ecclesiae seu dispersæ, seu Collectæ. Vide *Bell. l. 2. c. 17. de Nominibus Christi, quæ docent Papam absolute esse supra Concilium.*

QVÆSTIO XII.

An, & quales peccatores sint in Ecclesia?

XX. ANTICHRISTIANISMVS.

PELAGIANI, Anabaptistæ, & Luthero-calvinistæ, p. 2. q. 33. ferè consentiunt, ab omni immaculatos peccato, id est, solos iustos efficere Ecclesiam. Nam, Pelagiani aiebant, etiam peccata venialia constituunt hominem inimicum Deo.

CHRISTVS. Ego sic orare omnes docui, *Mat. 6. Dimitte nobis debita nostra.* Nam, *Iac. 3. In multis offendimus omnes.* Et *1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis.*

Sic & *Vetus Instrumentum: 3. Reg. 8. Nec enim est homo, qui non peccet.* Idem *Eccel. 7. Psa. 31. Tu Remissisti impietatem peccati mei: pro hac remissione orabit ad te omnis Sanctus.* *Pro. 24. Septies enim in die cadit iustus.*

XXI. ANTICHRISTIANISMVS.

Novatiani, Donatistæ, Confessionistæ: In Ecclesia sunt soli Fide perfecti, & ex ea nunquam lapsi. Vide *Luthero-caluin. par. 2. question. 34.*

CHRISTVS. Docui, Mat. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, 1. Vade, corripe eum, &c.*

2. *Adhibe tecum unum, vel duos; si vos non aud.*

3. *Dic Ecclesie:*

4. *Si Eccl. non audierit, sit tibi sicut. &c.* Ecce manere improbos in Ecclesia, donec per huius sententiam excludantur. 2. *Mat. 23. de malis Præpositis dixi parendum dictis eorum, non exemplis. Mat. 24. de percussore conseruorum; Dominus diuidet eum, partemque eius cum hypocritis ponet. Vnde 1. Cor. 5. Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes. &c. Tollatur de medio vestrum. Dictum factum. Apoc. 2. & 3. Ecclesie ferè singulæ culpantur à peccatis. Sicut in Lege semper erant grauissima peccata in populo. Sic est, eritque. Semper enim habebitis pauperes vobiscum.*

QVÆSTIO XIII.

An soli Prædestinati sint in Ecclesia?

XXII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS tria. 1. Prædestinati sunt verè Fideles, quòd fides semel habita perdi non possit.

2. Ecclesia à solo Deo cognoscitur.

3. In Externa Ecclesia sunt boni & mali. *Vi. de Luthero-calv. p. 2. q. 35.*

CHRISTVS. I. Ego in isto, Matth.

3. *Permundabit Aream suam, & congregabit triticum. &c.* designaui Ecclesiam; in qua *paleæ* reprobos significant comburendos, non electos. Item Ecclesiam dixi, Mat. 13, similem *Sagena*, ex omni genere *piscium congreganti bonos, & malos*, Itē

Mat. 22. Conuiuium nuptiale, in quo boni & mali: ideo Multi sunt vocati; pauci verò electi. Item, Mat. 25. Decem virginibus, quarum quinque prudentes, quinque fatuæ. Ibid. Ouis in quo oues, & hædi.

2. Meus ille Apostolus, 1. Cor. 5. in incestuosum expulit Ecclesiam, non tamen reprobum fecit ex prædestinato, nec id voluit, Nam, 2. Tim. 2. *In magna domo vas sunt aurea. &c. & fictilia; quædam in gloriam, & quædam in contumeliam.*

Erunt autem qui dictis meis abutentur talibus: Ioan. 10. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hac ouili. Et Ioan. 11. Iesus moriturus erat pro Gente, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret. Quasi ideo prædestinati essent de Ecclesia, licet degant extra eam. Sic etiam 1. Ioan. 2. Ex nobis exierunt; sed non erant ex nobis; nam si ex nobis fuissent, mansissent utique nobiscum; quasi, antequam exissent, non erant ex iustis, sed videbantur solum esse. &c.*

Sciendum igitur, quosdam dici in Scriptura oues, filios Dei, mēbra. &c. secundum prædestinationem potentiã, in futurum: alios Actū in præsens, idque per inhærentem actualiter ijs iustitiam verè: Et hoc, veritate aut Formæ, id est, Charitatis; à qua excidens non tamen excidit à Fide, seu Ecclesia. Aut Veritate Finis, seu permanentiæ, cum qua assequitur hæreditatem. Ex his prædicta finitè accepta sanius intelligi distinguique debent.

QVÆSTIO XIV.

Ecclesia num sit Visibilis?

X XIII.

XXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVIN. fingunt inuisibilem, soli Deo notam, ac solum esse piorum paucorum, inde ab exordio Ecclesie etiam Veteris Testamenti. Vide *Luthero-calui. p. 2. q. 36.*

CHRISTVS. 1. Fundamentum

Ecclesie est visibile ac sensibile; *Mat. 16. Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam; quare & hæc visibilis sit necesse est.*

2. Ideo, *Mat. 18. Dic Ecclesie, Si Ecclesiam non audierit. Videtur, auditur, conuenitur sermone, regitur, salutarur, &c. suos ea suscipit, deducit, &c. Vnde Act. 28. Attendite vobis, & vniuerso Gregi, in quo nos Sp. Sanctus posuit Episcopos Regere Ecclesiam Dei. Act. 18. Ascendit Paulus, & salutauit Ecclesiam. Idem se persecutum dicit Ecclesiam, 1. Cor. 15. Gal. 1. Phil. 3. hoc est, Christianos, Act. 9. 1. Tim. 3. Scias quomodo te oporteat conuersari in domo Dei, que est Ecclesia Dei viui. Act. 15. Illi deducti ab Ecclesia pertransibant, &c. & suscepti sunt ab Ecclesia.*

3. Omnino visibilis est, de qua dixi, *Matt. 5. Non potest Ciuitas abscondi supra montem posita: Et quam comparauit Area, Reti, Ouili, Conuiuio &c.*

4. Talis & in Veteri Lege describitur: *Num. 20. Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem? 3. Reg. 8. Conuertit Rex faciem suam, & benedixit omni Ecclesie Israel: Omnis enim Ecclesia stabat. Pl. 18. In sole posuit Tabernaculum suum: id est, Ecclesiam in manifesto, ait Aug. tract. 2. in ep. Ioan.*

5. Olim visibile signum Circumcisionis incidi Ecclesie: Nunc Spiritu S. visibilem superfudi, vt Apostolos, Discipulosque: His additi sunt visibiles

semel 3000. rursus 5000. per fidei confessionem & Baptismum. *Act. 1. 2. 3. 4. Sicque deinceps vsque huc.*

QVÆSTIO XV.

An Visibilis Ecclesia possit Desicere, aut Errare?

XXIV. ANTICHRISTIANISMVS

AFFIRMANT Luthero-caluinistæ, multisque adstruunt in meo *Luthero-caluin. par. 2. q. 37.*

CHRISTVS. 1. Ego verò asserui, *Mat. 16. Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & Porta inferi non praualebunt aduersus eam. Quia, 1. Tim. 3. Est Ecclesia Dei Viui Columna & firmamentum veritatis.*

2. Ego promisi, *Mat. vlt. Ecce, Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: At illi erant visibiles, quibus hoc promissum, similiterque eorum successores. Vnde Eph. 4. Ipse, ait, dedit quosdam Apost. alios Prophetas, alios Euang. &c. ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in adificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes, &c. At ista visibilis est successio perennans.*

3. Ita & *Psalmes 47. Deus fundauit eam in aeternum, id est, Ecclesiam ait August. Huc ego, Luc. 4. in Synagoga citauit illud Isa. 61. Spiritus Domini super me, &c. Et factus perpetuum feriam eis: & Sciatur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes, qui viderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.*

4. Parabolis: Vt erat Area, Ager, Conuiuium, Ouile: tria docui Ecclesiam esse Vi-

se Visibilem; Constare bonis & malis:
& perennare ad vique iudicium extre-
mum. Mat. 3. *Triticum congregabit in hor-
reum suum, paleas autem comburet igni in-
extinguibili.* Mat. 13. *Sinite utraque crescere
vsque ad messem. Messis autem consummatio
seculi est. &c.*

XXV. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ aiunt Ecclesiam Visibi-
lem posse errare.

CHRISTVS. I. Ego verò anathe-
ma dixi nolentibus Cedere Ecclesiæ in
omnibus. Mat. 18. *Quod si Ecclesiam non
audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*
Vnde praxis Conciliorum manat ius-
ta, anathematizans omnes parere
nolentes decretis suis. Neque ego do-
cui omnia, nam adhuc multa habeo dicere
*vobis, sed non potestis portare modo: Nec,
quæ docui, scripta sunt omnia; verum
vt tradita multa benè sunt, sic & erunt,
esseque debent.* Vide supra part. 1.

2. Adhæc, A me, ceu Capite & spon-
so, ab Sp. Sancto ceu Anima, guberna-
tur Ecclesia: Eph. 1. *Ipsium Me dedit Ca-
put super omnem Ecclesiam, quæ est Corpus
ipsius.* Eph. 4. *Vnum Corpus, & vnus Spiri-
tus.* Quocirca meus is, & Sp. Sancti fo-
ret error, si erraret Ecclesia. At nunc,
Ioan. 16. *Spiritus Veritatis docebit vos om-
nem veritatem:* omnem, nãuo nullo re-
lictò, non solùm necessariam & scri-
ptam.

IV. DE CLERICIS.

QVÆSTIO XVI.

*Sintne Clerici, Laicique distin-
guendi?*

XXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS. Clericos à Laicis diseruit impia hominum
Traditio. Idem: Christianus populus est simplex, in
quo nulla secta. &c.

CALVINVS. *Tota Ecclesia est Clerus. Vtinam
Patribus nunquam venisset in mentem vti hac voce
Clerus. Vide Luthero-cal. p. 2. q. 4. 1.*

CHRISTVS. I. Quid attinet con-
tendere de nomine, cum de re constet?
De illo tamen ita Spiritus Dei apud
Ierem. 12. *Cleri eorum non proderunt eis.*
Et, 1. Pet. 5. *Pascite, qui in vobis est, Gregem
Dei. & c. neque vt dominantes in Cleris; sed
forma facti Gregis ex animo.*

2. Nam, vt benè Hieron. epist. ad
Nepot. *Propterea vocantur Clerici, vel quia
de sorte sunt Domini; vel quia ipse Dominus
Sors, id est, pars Clericorum est.* Ideo quif-
que nitatur esse, quod dicitur.

3. Hinc Colof. 1. *Dignos nos fecit, in par-
tem sortis Sanctorum.* Eph. 1. *In quo nos Sor-
te vocati sumus;* nullo merito nostro præ-
cedente; vt Pelagiani finxer.

4. Ego Cleri ab Laicis distinctio-
nem innouaui: Nam Ioan. 17. *Ego elegi
vos, sc. è populo; & posui vos, vt eatis &
fructum afferatis, & c.* Sicut Num. 18. *Deut.*
18. *Leuitæ dicuntur esse de sorte Domi-
ni; & Dominus sors eorum ac hæredi-
tas; vt quibus dedit sortem extra alios
de plebe; & insuper donauit decimas
ac oblationes.*

5. Instè terra dehiscerebat Chore, Da-
than & Abyron, Num. 16, quod contra
Sacerdotes, id est, Clerum cie-
rent seditionem.

QVÆ.

QVÆSTIO XVII.

*Quis eligendi Pastores, seu Ministros esse
Populi, an Episcoporum?*

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ: Eligere & vocare populi solius est: Ordinare autem Pastorum, sed nomine populi. Vide meum *Luthero-cal. p. 2. q. 42.*

CHRISTVS Ioan. 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegeri vos:* Sicut Moysen Deus, & Moyses Aaronem. Vnde Ps. 98. *Moses & Aaron in Sacerdotibus eius.*

2. Et ego Summus Sacerdos quam incruenti sacrificij *Hosiam Feci* ter sanctissimam, *Facere* item iussi Apostolos, dicens: *Hoc facite.* Dictumque factum fuit; eoque ipso, Vocatos & Electos, in Sacerdotes inauguravi, & Potestatem faciendi contuli, cuius faciendi mandatum dedi.

3. Ego dixi, & feci: Ioan. 20. *Sicut misit me Pater,* ad Sacra omnia operandum; ita & Ego *MITTO* vos. Simul *Insufflaui & dixi eis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et quis est hic, qui peccata dimittit, nisi Christus per Sacerdotem secundum Ordinem Melchisedech?

4. Simili cum propagatione spiritali; (non carnali;) etiam Apostoli mei S. Clerum meum exauerunt. Vnde Paulus Sacris ab sese ritè initiatum monet & officij ordinarij exercendi, & Sacerdotij propagandi, dicens 1. Tim. 4. *Noli negligere Gratiam, qua est in*

te, qua data est tibi per IMPOSITIONEM MANVVM Presbyterij, id est, per Episcoporum cætum, non per Sacerdotes simplices: Ita S. Chryl. cæterique Patres. 2. Tim. 1. Resuscites gratiam, qua data est tibi per Impositionem manuum mearum: Non populi, aut Sacerdotum simplicium.

Verum, 1. Tim. 4. *Manus cito nemini imposueris; ut Episcopus episcopando.*

Ordines Sacri tres Maiores an sint iuris diuini? Lutherocaluinistæ non controuertunt quidem; Minores tamen certos aspernantur; malunt arbitrarios.

De Episcopis vide 1. Tim. 3. Tit. 1. De presbyteris, 1. Tim. 4. Tit. 1. De Diaconis, 1. Tim. 3. Act. 6. de 7. Diaconis. Act. 7. de S. Stephano.

Minores quatuor docentur ex S. Traditione apud Bellar. lib. 1. de Cler. cap. 11, 12.

QVÆSTIO XVIII.

An Episcopi sint maiores Presbyteris?

XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVIN. cum Aerio archihæret. pernegant. Vide in meo *Luthero-cal. par. 2. q. 46.*

CHRISTVS. 1. Ego, Luc. 6. *elegi duodecim ex illis Discipulis, LXX. Luc. 22. iudicantes XII. Tribus Israel. Nam constitui eos Principes super omnem terram: Et cuiq; dixi, ut verè S. Patres aduerterût, Mat. 24. Fidelis seruus & prud. què constituit Dominus super Familiam suam, non subter.*

G Qua-

Qualibus & Paulus dixit, Act. 20. *Attēdi et vobis, & vniuerso gregi, in quo Vos Sp. S. posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.*

Sicut igitur Apostolos Discipulis esse statui superiores; sic & Presbyteris Episcopos: hi enim Apostolis, illi Discipulis iure pari succedunt.

2. Non extat alius ortus istius subordinationis in vlllo iure humano; vnde ex diuino promanet oportet. Ideo ipsi Apostoli sic Vsu obseruarunt, vt Episcopis Presbyteri subessent. Hinc 1. Tim. 5. monetur Episcopus: *Aduersus Presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Vide porro in meo Luthero-cal. p. 2. q.

QVÆSTIO XIX.

*An iure Apostolico COELIBATVS sit Ordini-
bus sacris annexus?*

XXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

NVLLO iure, aiunt Iouinianus, Vigilantius, Wicleff, Græci, Luthero-caluinique vniuersi. Vide in Luthero-caluin. par. 2. quest. 48. & 49.

CHRISTVS. Equidem de hoc in Euangelijs dictaui nihil quicquam:

1. Exemplo tamen meo sat docui Cultor Cœlibatus.

2. Nec improbaui, sequaces mei Apostolos, Discipulosque vxores continuo reliquisse; nec liberis carnalibus, sed spiritualibus operam nauasse impensius.

3. Quò Sanctius illud Tit. 1. *Oportet esse Episcopum hospitalem, cōmodum, id est, vertit Hiero. Castum, seu sobrium, iustum, Sanctum, Continentem,* scil. à ducta prius.

Item, 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo; vt Sacris initiati: se implicat negotijs secularibus; qualis res est vxoria.* Vnde S. Basilius ait: *Nuptiæ sunt pedicæ.* Ideo 1. Cor. 7. monentur coniugati *ad tempus abstinere, propter orationem:* Vnde infert S. Hier. in Tit. 1. ergo præcipitur *Ordinatis semper abstinere.* Sic & *Orig. hom. 23. in Num.* Vt quibus semper sit orandum.

4. Neque Vetus Test. absimile. Nam *Exo. 12.* Agnum paschalem esuri iubentur lumbos subcingere. *Exo. 19.* Legem accepturis dicitur: *Ne appropinquetis vxoribus vestris.* *Exo. 28.* Sancta ingressuri iubentur fœmoralia induere. 1. *Reg. 21.* Achimelec noluit dare Panes propof. nisi impollutis. 1. *Paral. 24.* Sacerdotes in templo degebant, dum Vices suas ministrabant. Quibus è locis S. Patres Cœlibatum rectè obseruari, præcipique deducunt, eò decentiorem Christianis, quò Sacra sunt diuini ora.

QVÆSTIO XX.

Fasne Clero, accipere decimas, & possessiones?

XXX. ANTICHRISTIANISMVS.

ERASMO decimarum exactio est tyrannica, *Vniuerso* est mera elemofyna, neganda discolis: *Farricelli* eas sibi debent, vt sponte, pauperibus, aiebant. *Anabaptista.* veri Christi ministris, non falsi, debent volunt. Vide *Genealog. p. 21. q. 12.*

CHRISTVS. Seu Decimariam, seu qualemcunque debent pensionem Magistratui docebam isto, *Mat. 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; &, quæ Dei, Deo.* vbi rectè S. Hier. & Aug. *Cæsari tributa; Decimas Deo* in suis ministris templi. *lux ta 1. Cor. 9. Nescitis, quoniam qui in SACRA-*

Sacrario operantur, qua de sacrario sunt, e-
dunt: & qui altari deseruiunt, de altario viuunt:
Ita Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium
annunciant, de Euangelio uiuere. Quia,
Mat. 10. Dignus est operarius mercede sua.
&c. I. Cor. 9. Quis militat stipendijs suis vn-
quam? Et si nos uobis spiritalia seminauimus,
magnum est, si nos carnalia uestra metamus?
Atque tunc infidelis erat & Cæsar, &
Sacerdotes plerique.

II, Quò improbius negantur posses-
siones iure teneri à S. Clero: cum sit,
Nu. 35. Præcipe filijs ISAE ut dent Leuitis
de possessionibus. Datumque est, Iosue 21.
Leu. 25. Et Leu. vlt. Qui agrum Domino
uouit, eum sacerdotes possidere iubentur.
Et talium Deus possessor est in fa-
mulo suo.

QVÆSTIO XXI.

*AN RES, Causa, & persona Clericales sint di-
uino iure Exemptæ ab seculari
Potestate?*

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI Clericorum & personas, & Res. &
Causas quascunque politice subiiciunt.

CALVINIANI Res, causasque merè ecclesia-
sticas excipiunt. Vide in meo *Luthero-cal.* p. 2. q.
51. & in *Genealog.* p. 2. q. 13.

CHRISTVS. I. Ego meam Ec-
clesiam esse uolui, non Democraticam,
ut populus eligeret Ministros sacros, ac
regeret; nec Aristocraticam, ut soli iun-
ctim Apostoli seu Episcopi præessent:
sed Monarchicam, ut his quæ Pastori-
bus, quæ Gregibus, vno in Ouili Pastor
vnus, Vicarius meus Petrus, Petrique
successor ex ordine superintenderet.
Vide *suprà* q. 1.

Qui igitur huic ordinationi resiste-

ret, aut S. Clerum potestati sæculari
subijceret, Dei ordinationi resisteret idem,
ac cælum terræ misceret: imò subiecta
ret. Ecquæ isthæc rerum diuinarum e-
uersio? Diuinarum, humanarumque
confusio? & certa euersio. Benè, verè
Alexander Papa in Conc. Lateran. *Non
debet Ecclesiam Dei minus liberam esse tem-
pore Principum Christianorum, quam fuerit
tempore Pharaonis.*

2. Quid? Deterioris foreat conditio-
nis Sacra Christiana Virique Sacri in
Nouo Testamento, quam in Veteri
fuerunt? At in hoc cum fortunis suis ex-
empti erant Sacerdotes, *Gen. 47.* sub
Pharaone: *Leuitæ, Exo. 30. Num. 1. & 3.*
donati omnes Aaroni, iussu Dei, ut fors
Dei propria. Item, *1. Esd. 7.* Sacerdotes
sub Artaxerxe.

3. *Mat. 17. Liberi sunt filij Regum à tri-
butis: At Ego sum Rex Regum, & Cle-
rici sunt liberi mei. Quin Regum quo-
que ministri habentur immunes: quo
magis serui mei in libertatem vocati.*
Quò sanctius ab exemplis S. Scripturæ
statuerunt Sancti mei, diuino iure, etsi
minus expressè scripto, tamen ab ex-
emplis ducto, Ministros meos esse de-
bere, sicut, Magister eorum est, exem-
ptos. Satis est, *si sit Discipulus, sicut Magi-
ster est.*

DE MONACHIS.

QVÆSTIO XXII.

*Quanta sit Antiquitas Religio-
sa vita?*

XXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI & CALVINIANI negant ante 400. annum à Christo nato ullam vsquam Monasticen extitisse. Vide in meo *Luthero-cal.* p. 2. q. 53.

CHRISTVS. I. Ego ipse meâ vitâ & Doctrinâ status Religiosi perfecti, quantus in Euangelio apparet, Autor extiti, promulgator, & protector, *Est autem Religio status hominum ad perfectionem tendentium per indissolubilem Votorum trium essentialium professionem.*

1. Consilium Obedientiæ dedi Luc.

9. *Qui vult venire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur post me. Matth. 19. Consulebam iuueni. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.*

2. Paupertatem, Luc. 14. *Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse Discipulus.*

Item Matth. 19. vers. 29. Lu. 18. vers. 29. &c.

3. Castitatem docui, Matth. 19. *Sunt Eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.*

II. Et verò Apostoli mei Consilia amplexi ritè tenuere: Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, Bona fortunæ, vt Pauperes: vxores, vt casti: & secuti sumus te, vt obedientes. Atque ideo Amen dico vobis, qui reliquerit domum, & patrem & matrem & vxorem, & agros propter regnum Dei, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

III. Accedit, quòd præcessit ad-
umbratio Religionis; cuius quædam

est in Euangelio perfectio. 1. Gen. 4. *Enos, iste cepit inuocare Nomen Domini*, cultu rituque scilicet peculiari; nam antè Adamus, Abel, Seth inuocauerant Dominum modo vulgari.

2. Nazaræi, *Numero. 6.* Votis conceptis sese cultui diuino consecrabant.

3. Helias & Helisæus absque vxoribus, opumque studio vitam transegerunt. Vnde filios prophetarum, Monachos appellat S. Hieronymus ep. ad Rusticum.

4. Nepotes Rechab, *Ierem. 35.* abstinebant vino, agros non colebant, duram vitam exigebant.

5. Ioannem Baptistam verè Monachorum principem appellant S. Patres, Chry. Hier.

QVÆSTIO XXIII.

An sint CONSILIA Evangelica?

XXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant vtrumque. Vide in meo *Luthero-cal.* p. 2. q. 54-55. Et in *Genealog.* p. 2. q. 15.

CHRISTVS. I. Dicentibus Apostolis. *Mat. 19. Non expedit nubere;* respondi: *Non omnes capiunt verbum hoc; sed quibus datum est, &c.* Nam sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum. *Qui potest capere, capiat;* hoc Consilij est, non præcepti: Neque illud, *Propter regnum cælorum,* significat, propter Euangelium prædicandum; (vt vult Martyr, contra S. Patres.)

2. De voluntaria Paupertate dixi ad-
ole-

olescentulo: Mat. 19. *Si vis perfectus esse, vende, vende omnia quae habes, & da pauperibus; & veni, sequere me* obedienter. Et hoc Consilium esse patet ex hoc: *Si vis perfectus esse*: Nam de necessitate præceptæ salutis dixeram: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*. Quod autem Consilijs istis suum sit præmium, meritumq; certum, subiuncto docui: *Et habebis thesaurum in caelo*. Sic omnis Patrum consensus est.

Sicque Petrus intellexit, ideo auditio Consilio hoc meo, aiebat: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis meriti ac præmij*? Matth. 16. respondit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum*; quò magis tua: *Et tollat crucem suam, quæ existit ex concupiscentiæ stimulo perpetiando; & sequatur me, obediendo*. *Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam in vitam æternam*.

QVÆSTIO XXIV.

*An Consilia Euangelica sint obseruatu
possibilia?*

XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

PRÆCEPTA Dei obseruatu possibilia nemini sunt; quanto minus, si quæ forent, altioris Consilia perfectionis.

CHRISTVS. 1. Verè Pater meus dixit per Moysen, Deu. 30. *Mandatum hoc, quod ego precipio tibi hodie, non supra te est; sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, in corde tuo, ut facias illud*. Eccl. 33. *Homo sensatus credit Legi Dei, & lex ei fidelis*. Et ego, Matth. 11. *Tollite iugum meum s. vos: Is-*

gum enim meum suauè est & onus meum leue.

2. Atque idcirco, Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*; dixi adolescenti: *Qui mihi verè reddebat. Omnia hæc custodini à iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest?* Consilium, inquam, Euangelicæ perfectionis. *Nam si vis perfectus esse, Paupertatem voluntariam sectare, vende omnia, & da pauperibus; & veni, cum flore castitatis, & sequere me* Virginem Virgo, & obedientem obediens.

3. Erit, quando, Act. 2. & 4. nemo, quæ possidebat, aliquid suum esse dicit; sed erunt illis omnia communia: & venditorum pretium ponent ad pedes Apostolorum: ac diuident illa omnibus, prout cuiq; opus erit. Factumque est ita.

4. Erit, quando vni Philippo parenti, Act. 21. erunt quatuor filie Virgines prophetantes: Si tunc tot, quot erunt cæteris? Sap. 3. *Felix sterilis, & incoquinata*. &c. Quare, Isa. 56. *Non dicat eunuchus: Ego lignum aridum*. &c. *Dabo eis nomen melius à filijs & filiabus*.

5. Quoad obedientiam; *Ego veni, non ut faciam voluntatem meam; sed Patris mei, qui in caelis est: Et hic est cibus meus*. Huc & Discipulos vocauit, Matth. 4. *Venite post me; & faciam vos fieri piscatores hominum*. *Et illi continuo relictis relictis relictis retibus & navi, secuti sunt me obediens*.

QVÆSTIO XXV.

An Vota sint Vtilia, gratiusq; DEO cultus? An cum Veteri Test. sublatus?

G 3

XXXV.

XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

VOTA nulli sunt bono; adeoque non vltus Dei cultus; vt sit *ἑθελότης κεία*, seu voluntaria supersticio. Suntque cum vetere lege stirpitus sublata.

CHRISTVS. I. Promisi ac præstiti, & præstabo: Mat. 19. *Vos, qui secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis: Et sedebitis, iudicantes XII, Tribus Israel.* Sap. 3. *Quæ nesciuit thorum in delicto, dabitur ei fidei donū clectum.* I. Cor. 7. *Dico innuptis & viduis: Bonum est, si sic permanserint, Et Vidua beator erit, si sic permanserit.* Quam gloriosæ hæc sunt utilitatis?

II. Vouere autem, Deum est insigniter colere. Isa. 19. *Colent Deum in hostijs & muneribus: Vota vouebunt, & soluent.* Nec aliud insignius sciebat, quod Deo præstaret, quam, Gen. 28. quod *Votum vouit Iacob.* Itemque Dauid, 2. Reg. 7. Idque voluntarium, minimeque præceptum. Vide *Luthero-cal. p. 2. q. 56.*

III. Neque ego veni soluere legem, sed adimplere; Mat. 5. Hocque amplius legem de Votis reddendis; quò lex gratiæ esse perfectior debet Lege vetere seruitutis. Cùm autem in hac Lex de Votis Moralis fuerit, non solui eam, sed adimpleri perficique oportuit per veros Adoratores in Spiritu & veritate: Veluti prædictum Isa. 19. *Vota vouebunt Domino, & soluent.* Sin: i. Tim. 5. *erunt habentes damnationem; quia primam Fidem irritam fecerunt.*

Tamet si igitur omnia Veteris Testamenti Ceremonialia, & Iudicialia voluerim antiquata; Moralia tamen confirmari tantò solidius, quale Vouere Deo est. Quocirca, Deut. 23. *Si nolueris polli-*

ceris, absque peccato eris: Si voueris, non tardabis reddere.

QVÆSTIO XXVI.

An Deo rectè voueatur Paupertas, & Obedientia?

XXXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ damnant vtramque *ἑθελότης κεία*, seu superstitionis, Vide *Luthero-cal. p. 2. q. 59.*

CHRISTVS. I. Ego sic volui, & docui, Mat. 5. *Beati pauperes spiritu: non paupertate Afflictionis; non Humiliationis; sed voluntate non diuites, Et non diuites, seu pauperes Actu, sed non affectu; neque pauperes actu simul & affectu. sed pauperes Affectu, etsi non actu.* Hi enim sunt hilariter & sponte effecti, humiles; &, licet omnia habentes, nihil tamen possidentes. Hunc in sensum istius beatitudinis concedit omnis S. Patrum consensus.

2. Quoniam talium est regnum cælorum; principaliter sic mea eis gratia donante; dein etiam ipsorum Voto sic commerente. Proinde dixi, Luc. 6. *Va diuitibus: Et Mar. 10. Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum cælorum. Facilius est Camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum cælorū.* Quare id omne Deo rectè vouetur, quod Deo teste bonum esse, gratumque illi scimus: tale est Paupertatis voluntariæ votum: ergo rectè vouetur.

3. Mat. 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende. &c.* Quia rectum est vouere, ac perfectum, ideo ad id hortatus sum: præmumq; proposui, vt traherē pellectos.

4. Huc

4. Huc concurrebant, A. & 4. *Credendum cor unum & anima una; nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum dicebat.*

5. Huius violatio voti, A. & 5. *Sacrilegij crimine obstrinxit Ananiam & Saphiram, reosque mortis constituit.*

XXXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ: Obedire, cui non debetur, quasi ob Dei cultum; est stultum; & impietas. Vide *Luthero-cal. p. 2. q. 54. & 59.*

CHRISTVS. Ego verò fui obediens usque ad mortem. Phil. 2. Et dixi, docuique: Mat. 16. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Hoc animi præparatione omnibus Fidelibus est factu Necessarium ad salutem; ad perfectionem verò altiore & coronam gloriosiore, est Consultum: sed qui potest capere, capiat. Si vis perfectus esse, vende. &c. & sequere. Me sic obligatus arctè, vt retrocedere tibi integrum non sit, vi voti facti.

QVÆSTIO XXVII.

An Constituas ritè voveri possit? Et à quibus?

XXXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ negant. Vide in *Gen. p. 2. q. 15.*

CHRISTVS. 1. Meam Virginem Matrem Deo perpetuam vouisse castitatem, isto Gabriele docebat: Luc. 1. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quasi dicat, Impedimentum posui, quo min⁹ cōcipere me fas: istud a. est votum, ob quod non licet cognoscere virum. Ita S. Patres rectè intellexerunt.

2. Ego ad eum, Mat. 19. *Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum Dei. Qui*

potest capere, capiat; sic tu adeo. Castratio hic non est eivratæ naturæ, non ferri emasculantis; sed Continentia voto necessitante professa. Ita S. Patres semper sanè id intellexerunt.

3. Huc meus respexit Apostolus, 1. Tim. 5. *Adolescentiores viduas denita; cum enim luxuria fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem; quia primam FIDEM irritam fecerunt, votifragæ nimirum.*

XXXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS, viris, anno ætatis 70. aut 80. Calvinus; Fæminis olim licuit ætatis anno 60. Vide meam *Luthero-cal. p. 2. q. 66.*

CHRISTVS. Ego verò ad ætatem acquiesco, cui liberi sit vsus arbitrij.

1. Vnde Mat. 19. *Sinite paruulos ad me venire.*

2. Quia Thre. 3. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia.*

3. Exempla ecce: Baptista puer secessit in eremum. Mater mea, Lu. 1. adolescentula vouit Non cognoscere virum. Sic Antonius, Paulus, Hilarion, &c. Thecla, Agnes, Cecilia, &c.

XL. ANTICHRISTIANISMVS

LUTHERVS, cum suis: Parentibus inuitis nulli unquam fas inire religionem.

CHRISTVS. At Mat. 10. inquam: *Qui amat patrem, aut matrem plus, quam me, non est me dignus.* Et Luc. 9. *Vocarum nec vel salutare, vel sepelire parentes permisi.* Id adeo in Veteris Test. imperfectione Pater voluit obseruatum. Gen. 12. *Egredere de domo tua, & de cognatione tua.* Deut. 33. *Qui dixerit patri suo, & matri sue, Nescio vos; & fratribus suis, Ignoro vos; hi custodierunt eloquium tuum, & patrum tuum.* Pl. 44. *Obliviscere populum tuum, & domum tuam.*

*& domum patris tui, & concupiscet Rex de-
corem tuum.*

XL I. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI in meo *Luthero-cal.* p. 2. q. 66. Pro-
fessio castitatis in religione non soluit matrimoni-
um seu ratum solum, seu etiam consummatum.

CHRISTVS. 1. Consummatum
non solui posse docui, *Mat. 19. Quos De-
us coniunxit, homo nō separet. Qui dimiserit
uxorem suam, facit eam machari.* Vnde 1.
*Cor. 7. Is, qui matrimonio iuncti sunt, præ-
cipio non ego, sed Dominus: Mulierem à viro
non discedere: post Consummationem.*
Sic Patres.

2. Ratum duntaxat potest solui per
monasticen professam, exempla sancto-
rum approbat Deus.

QVÆSTIO XXVIII.

*An Vita EREMITICA sit pro-
banda?*

XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI culpant in
Lea solitudinem, & Austeritatem. Vide me-
um *Luthero-cal.* p. 2. q. 67.

CHRISTVS. Eremiticem esse san-
ctam, in meo docui Præcurfore & Ba-
ptista Ioanne, inque Helia. Ille per eam
tantus euasit, vt *Mat. 11. Inter natos mu-
lierum non surrexerit maior Ioanne. Et ipse,
Luc. 1. præcessit ante me in Spiritu & virtu-
te Helia. Qui, 4. Reg. 1. vir qualis ac quan-
tus?*

2. De me quoque sic prodidit Lu-
5. *Ipsē secedebat in desertum, & orabat.* Ceu
Moysen, *Exo. 24.* in montem ascendere
solum iussit Deus, ei locuturus:

QVÆSTIO XXIX.

*An Monachis LABORARE necesse: & ne-
fas MENDICARE?*

XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS: suis solis victitent laboribus
monachi, ex præcepto.

CHRISTVS. 1. Cùm Religiosi me
vocaute, Mei, Apostolorumque esse de-
beant imitatores; Quidam in sola vita
Cōtēplatiua; Alij in Actiua sola; in Mix-
ta alij: Vacare Deo quoq; *Supplices* soli i-
psos quandoq; oportet: aut proximorū
saluti, seu cōprecando, seu prædican-
do. In vtroque sunt operarij & serui bo-
ni. At, *Mat. 10. Dignus est Operarius mer-
cede sua: præsertim spiritu laborans.*

2. Corporis autem labor, vt meus &
Apostolorum, esse pro Vocationum va-
rietate potest in vinea mea, ac messis.

1. Ob quam & Ipse me cum Apосто-
lis mulierum pietate sustētari permisi.

2. Quò constantius Apostoli, omni-
sa piscatione sua ordinaria, ordinariam
tenuere vocationem suam me sequen-
do. *Quin* tamen & subinde repeterent
piscationem; cum libebat, licebat; non
sic verò, vt Piscatoriam profiterentur.
Itaque Laborandi præceptum commu-
ne omnibus volui; plus tamen, minusve
alijs; alijsque aliter.

XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI teste *Luthero-cal.* p. 2. q. 69. cum dam-
natis olim hæreticis, Vide in *Genea* p. 2. q. 16. damna-
tionem spontaneam coelentibus mendicitatem de-
nuntiant.

CHRISTVS. 1. Ego, cùm essem di-
ues, pauper factus sū; ideo, *Luc. 9. Filius
hominis non habet, vbi caput suum reclinet.*
Et testis idem Lucas, 6. *Mulieres aliquæ
ministrabant ei de facultatibus suis:*

2. Om-

2. Omnis vita mea spontaneâ testatur paupertatem, opis, stipsq; indigam alienæ. Sine domo natus vixi: prædicâdo conuersatus apud diuersos prandebam; alieno in iumento vilique vectus nec victum in vrbe reperiebam: in domo cœnâ supremâ aliena habui; alieno illatus demum sepulcro quieui. Quia Pl. 39. *Ego Mendicus sum & pauper.* Et populus meus, Plâ. 108. *persecutus est hominem inopem & mendicū.* At verò, 2. Cor. 8. *Propter vos egenus factus sum, ut essem diues.*

3. Sanè, cùm ad tam gloriosam me demiserim Mendicitatem; imitatores meos degeneres mei haud esse conuenit; Nec eis illam à quoquam duci ignominiosam; tantum non damnosam.

4. Sicut enim morte mea Crucis ignominiam verti in gloriam; ita paupere Vitâ meâ Mendicitatis opprobrium transtuli in fructuosum exemplum & ad Priuilegium euexi gloriosum.

5. Hinc Apostolus gloriabunda cōfidentia exclamat: Mat. 19. *Ecce, Nos reliquimus omnia.* Hinc alacres acceptabât mandatum meum, Mat. 19. *Nolite possidere aurum, neque argentum in zonis, nec duas tunicas.* Hinc in gratis dantes prædicationem Euangelij, quam gratis acceperant, suam auditores Euangelij profusè promebant liberalitatem, ut in mendicos præclare de ipsis meritos: Mat. 10. 1. Cor. 9.

QVÆSTIO XXX.

*An hæretici incorrigibiles sint ple-
tendi?*

ANTICHRISTI ECCLESIOMACHIÆ LVTHE-
RO CALVINISTICÆ

F I N I S.

H SACRA.

XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS cum Donatistis & Hulsio, negat. Vide in *Luthero. e. p. 2. q. 73. & Genea. p. 2. q. 16.*


CHRISTVS. Ego talibus hæreticos comparauit quæ sunt ferro flammisque persequenda. Mat. 7. *Attendite à falsis prophetis. &c. intrinsecus sunt LV PL rapaces.* Sic & Apostolus Act. 20. *Post discessum meum intrabunt lupi rapaces.* Ioan. 10. *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde; ille fur est, & latro:* At hi tales morte mulcandi sunt: & verè S. Patres per tales intellexerūt hæreticos.

2. Et Ipse ego, Ioan. 2. *nunquid flagello facto expuli profanatores templi?*

3. Non Petrus, Act. 5. mentitos Spiritui S. Ananiam ac Saphiram spiritu oris sui occidit? Non Paulus Elymam, Act. 13. seductorem proconsulis cæcitate percussit?

4. Quò iustius. Deut. 13. & 18. falsi prophetæ iubentur occidi. Deu. 17. *Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio: ex sententia Iudicis moriatur.* Sicque vsitarunt Helias, Iosias, Iehu. &c. 3. Reg. 18. 4. Reg. 10. & 23. Iustum Nabuchodonosoris edictum est, Dan. 3. ut, qui blasphemaret Deum Danielis, interficeretur & domus eius deuastaretur.

Quocirca cùm Ecclesia inobedientes debeat reijcere, ut ethnicos, & gladio sæculari relictos; certum est, quod Magistratus sæcularis, Rom. 13. *non sine causa gladium portat: minister enim Dei est, vindex iram.*





SACRAMENTARIVS

ANTICHRISTVS

MYSTERIOMACHIÆ LV- THERO-CALVINI- STICÆ.

PARS TERTIA

De Militaribus Ecclesiæ Sacramentis.

QVÆSTIO I.

An nomen Sacramentum sit ἄγερρον, nec
vsurpandum?

I. ANTICHRISTIANISMVS.



LVTHERVVS cum suis primum
reiecerunt perueicaciter, sed refu-
mente id Luthero, in odium Ca-
rollstadii ac Zvinglii; cæteri quo-
que id receperunt, ac retentant.

CALVINVS pertinaciter reiecit, hodieque
respuunt Caluinistæ & Sacramentarij vniuer-
si, maluntque σφραγιδας, seu symbola. Vide
Luthero-cal. p. 3. q. 1.

CHRISTVS. Cum Sacramentum
sit signum visibile rei inuisibilis, idem
est quod Μυστήριον: & hoc in Biblijs græcè

redditis sæpius rectè vsurpatur. Vt, Dan.
2. statua Nabuchodonosoris dicitur
μυστήριον, signum rei secretæ, non, Rem
secretam; sc. successionis regnorum, &
regni Christiani. Ita Apoc. 17. In fronte
eius nomen scriptum *Mysterium*. Intra: *Ego
dicam tibi sacramentum mulieris*, sc. Anti-
christi: Vbi non res latens, sed mulier
signans dicitur *mysterium*. Sic & apud
Apostolū, 2. Thes. 2. *Mysterium iam opera-
tur iniquitatis*: sc. persecuciones Impera-
torum & hæreticorum.

Quare si quidem de vocabulo qua-
ratur; in Biblijs reperitur. Sin' de verita-
te ac proprietate vocis *Sacramenti* agi-
tur; equidem V. I. Sacramenta instituit;
qui solus potui, volui, ac debui, vocem

H 2

tamen

tamen nusquam usurpauit; quod, Ioan. 16. *Multa habeo dicere vobis, aiebam, que non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Atque ex illo didicit Apostolus, q̄ de Matrimonio dixit, Eph. 4. *Sacramentum hoc magnum est, sc. viri femineque coniunctio significans illam Ecclesie mecum.* Subinde ramen extare volui in Bibliis vocem *Sacramentum*, vbi non denotaret signum rei sacræ; sed rem ipsam secretam: Vt Tob. 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Ita Eph. 1. *notum feci vobis Sacramentum voluntatis meæ.* Et, 1. Tim. 3. *Magnū pietatis sacramentum est incarnatio.*

QVÆSTIO II.

An Verbum Sacramenti sit Predicatorium, an Consecratorium?

II. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI in baptismo volunt concionale, & conceptum baptismale:

1. Sed Caluinistæ volunt id esse necessarium ad essentiam Sacramenti; Lutherani verò ad fructuosam susceptionem eiusdem.

2. In Cœna Caluinistæ solum concionale requirunt: Lutherani etiam Verba institutionis: etsi diuersimodè. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 5.*

CHRISTVS, I. Ego verò in Cœna sum certā verborum vsus formā ad benedictionem panis: *Hoc est corpus meum. quod pro vobis datur:* dein iussi idem usurpari: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. *Facite,* dixi, totam scilicet Actionem verbi & facti.

Et exinde vsque huc ita factum est. Sicut & in baptismo, dixi; *Docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine. &c.* Sic & factum, fitque adhuc, teste Traditione verborum horum: *Ego te baptizo in. &c.* & non aliorum Necessè est igitur certis vti verbis, si qui velint facere, quod feci ego.

2. Cum igitur in Baptismo suscipitur Ecclesie Autoritas; cur non & in Eucharistia, cæterisque Sacramentis?

3. Sic in Confirmatione usurpatur forma orationis cum impositione manuum ex Act. 8. An Pœnitentia tenetur forma ex Ioan. 2. *Quorum remisit peccata. &c.*

5. In Ordinatione item concepta seruat, cum manuum impositione.

6. In Vnctione item ex Iac. 5. Traditio formam per vitæ ac renouit.

7. In Matrimonio similiter formam transmittit ad nos Traditio sancta.

II. Nec Concionale Verbum requiri volui.

1. Quia nusquam vel præcepto, vel exemplo sic institui. Quoad Baptismū fit mentio nulla Concionis: vt Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua. &c.* Mar. vlt. *Qui crediderit & baptizatus. &c.* 1. Per. 3. *Vos saluos facis baptisma.* Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum.*

2. Quia dixi, Mar. vlt. *Docete omnes gentes, ætate sc. adultiores prius catechizate;* vt rectè fit, non quod ea catechizatio forma sit essentialis baptismis: cateroquin paruuli doctrinæ incapaces tingi non possent; Attamen *Baptizate eos in Nomine. &c.* Et hæc sola formula est necessaria.

Vnde

Vnde Eph. 5. dicitur, *Mundans eam lauacro aqua in Verbo vitæ*, non Concionatorio; Sed illo, *Ego te baptizo in &c.* Itaverè S. Patres id exposuere.

Neque item in Synaxi fieri oportere concionem docui, *Mat. 26.* aut Apostolus, *1. Cor. 11.* Factà Cœnâ sermonem habui; sed eum non Eucharisticum. Par cæterorum est ratio Sacramentorum, quoad formam conceptam, minimeque concionalem.

3. Denique *Baptizantes in nomine Patris. &c.* baptizare est, non prædicare: Quo iussu ad baptismum **IN VOCARI** Deum formula sub concepta verborum: non prædicari prius, nisi ad adultos catechumenos, hos *docete* prius vt capaces, non solum de Trinitate, sed etiam de Incarnatione, Passione. &c. oratione, vitæque Christiana.

QVÆSTIO III.

Quis esse Minister Sacramentorum debeat?

III. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS *lib. de Missa priu* Minister Verbi & Sacramentor esse vel diabolus potest, Eoque magis quilibet Christianus baptizatus vir seu femina. Vide in *Luthero. cal. p. 39.*

CHRISTVS. Ego non Angelis dixi, nec quibusuis Christianis; sed Apostolis, *Matth. 28.* *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine. &c.* *Luc. 22.* *Hoc Facite in meam commemorationem.* *Ioan. 20.* *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis.*

2. Et de me Apostolus, *Eph. 4.* *Christus ascensus dedit dona hominibus.* Nam unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. &c. Dedit quosdam quidam Apostolos, alios. &c. Et Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur:* Non igitur Angelus bonus, seu malus.

IV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS. Quis baptizatus sit sacerdos in baptismo, potestque sacra omnia ministrare. Sed non expedit vsus potestatis, ob confusionem, sine Vocatione

CHRISTVS. Apostoli mei baptizarunt ante passionem meam, *Ioan. 1. cap. 4. teste:* & Ecclesie non sit credibile quod baptizarint non baptizati. Potestatem quoque consecrandi primum acceperunt in Cœna, cum dixit: *Hoc facite:* Absoluendi, *Ioan. 20.* *Quorum remiseritis. &c.* Nō igitur in baptismo acceperunt: alioquin bis accepissent.

2. Quo rectius dixit Apostolus meus, *Ephes. 4.* *Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophete? &c.*

Item *Heb. 5.* *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:* idque ad honoris Potestatem, & Vsum.

3. Quin de me vere idem ibidem. *Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret.*

QVÆSTIO IV.

An Sacramenta conferant gratiam ex opere operato?

V. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTAE pernegant Sacra.

cramenta quicquam conferre gratiæ; sed solum significando excitare fidem, quæ iustificat: sicut verbum prædicatum.

CHRISTVS. I. Præcurfor meus & Baptista prædicabat & baptizabat; non tamen iustificabat: vnde aiebat, Mat. 3. *Ego baptizo vos aqua: Ille vos baptizabit Spiritu Sancto.* Discrimen afferebat ingens efficacia, quanta spiritum inter & aqua est. Alioquin par vtrique vis inerat significandi, adque fidem excitandi. At ob disparem efficaciam. Paulus, Act. 19. iussit baptizari baptismo Christi eos, qui Ioannis baptismo fuerant baptizati.

2. Mar. vlt. *Qui crederit & baptizatus fuerit, hic saluus erit.* Hic baptismo vim saluandi tribuit nõ fidei soli. Hæc enim cũ præcedat baptismum, iam hominẽ iustificasset ante, quam aqua tingere- tur: at effectus sequitur causam, nõ præcedit.

3. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Sp. S. non potest introire in regnum Dei.* Nil hic dixi de concione, nil de fide excitata; solum de vi baptismi. Quod si fides sola iustificaret, quid opus Baptismo? Sicut dixi, Mat. 3. *Ille vos baptizabit in Sp. Sancto & igni.* sc. externo, indice Spiritus interni: ita isthic *in aqua*, indice Spiritus interni ac gratiæ: Sicut acceptum panem dixi, *Hoc est corpus meum*, visibilis species index erat inuisibilis gratiæ & mysterij præsentis.

4. Neque Discipuli mei secus, quam ipse dicere, docereque potuerunt. Vnde Petrus, Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, in Remissionem peccatorum.* Act. 22. *Quid moraris? baptizare, & ablue peccata tua, inuocato Nomine*

ipsius. Iam illi crediderant, & tamen vis baptismi necessaria restabat: Non vt testimonium aut sigillum factæ gratiæ, sed vt instrumentum faciendę remissionis, id est, iustificationis.

5. Vidit Simon, Act. 8. *quia per Impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus Sanctus*, sc. Confirmationis & Ordinationis. Sic admonuit, 2. Tim. 2. *vt resuscites gratiam, quæ est in t: per Impositionem manuum.* Hæc apertissima sacramenta causam esse gratiæ testantur.

6. De Eucharistia: 1. Cor. 10. *Vnum Corpus multisumus; Quantus hic effectus & gratia quanta? Eccuius causæ? Qui de vno Pane participamus.* Eucharistia hæc vis est. Sicut illa baptismi: 1. Cor. 12. *O. mnes nos in vno spiritu, in vnum Corpus baptizati sumus.* Per Baptismum hæc vis spiritus est Vereigitur, Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.* &c.

7. Huc spectarunt Prophetiæ ac Figuræ.

QVÆSTIO V.

An Sacramenta Veteris Legis iustificarint; vti Nouæ?

VI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS affirmat de habentibus annexam promissionem remissionis peccatorum: negat de nõ habentibus eam.

CALVINVS: Ait, *Vberior sub Christi regno percipitur gratia.* Is vult pariter; hic, minus iustificasse: reiicit que illius distinctionem. KEMNERTIVS accipit minoritatem à Caluino, & Distinctionem à Luthero.

CHRISTVS. Ego verò inquam, Ioan. 6. *Patres vestri manducauerunt Manna in deserto: & mortui sunt: Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum.* His & non illis esca saluti fuit; Tantum inter vtraque

que Sacramenta interest. Quia nimirum, Ioan. 1. *Lex per Moysen data est; gratia & veritas per Iesum Christum facta est.*

2. Vnde Apostolus, Rom. 3. *Quid amplius Iudeo est, quam gentili; aut qua utilitas Circumcisionis? Multum quidem per omnem modum. Potissimum, quia credita sunt illis eloquia Dei, id est, lex circumcisis: & hoc præstabant hi gentibus, non iustificatione ex circumcissione. Causati enim sumus omnes sub peccato esse sc. circumcisos & incircumcisos.*

3. Ideo, Rom. 4. ex professo probat, Abrahamum fuisse iustificatum in præputio, non in circumcissione.

4. Hinc, 1. Cor. 7. si de iustificatione agitur, *Circumcisio nihil est, & præputio nihil est.*

5. Gal. 4. *Inter infirma & egena elementa est circumcisio.*

6. Ideo, Gal. 6. ait; *Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed noua creatura.*

7. Phil. 2. *arbitratur detrimentum iustitiam, que ex lege est.*

8. Col. 2. *Circumcisi estis, non circumcissione manu facta. &c. sed circumcissione Christi, conscripti ei in baptismo.*

9. Idcirco, Heb. 7. *Reprobatio fit precedentis mandati propter infirmitatem & inutilitatem.*

10. Heb. 9. *Ceremonias veteres dicit fuisse iustitias carnis. Et, Heb. 10. ait legem Umbra habuisse, non imaginem, nec auferre peccata potuisse.*

QVÆSTIO VI.

An sit Character Sacramentalis?

VII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & que ac CALVINIANI esse negant; vt qui doceri nequeat seu Scripturis; siue aliter. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 15. & 16.*

CHRISTVS. Quod meum erat, Sacramenta instituere; peregi: instituta doceri, Apostolici muneris esse iussi: Mar. ult. *Euntes docete omnes gentes.* &c. Et verò de Characterè, quod res est, docuerunt.

1. Vnde, 2. Cor. 1. *Vixit nos Deus, per gratiam gratumfacientem; Et Signauit nos, Characterè ceu Sigillo obsignatos, consecratosque ad Dei cultum; Et dedit Pignus Spiritus in cordibus nostris, id est, testimonium bonæ conscientiæ, ceu consequens ad iustificationem. Quod dicit de cordis obsignatione, non externa solum symbolica.*

2. Quia, Eph. 1. *In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis. Benè signaculum id Patres de characterè accipiunt, post fidem dato per baptismum.*

3. Eph. 4. *Nolite contristare Sp. sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis, id est, diem baptismi adiunt Patres. Istis Credentes dicuntur obsignari; non promissiones cordis.*

4. Vt Circumcisio fuit corporis character in lege carnali: ita character est spiritale animarum signaculum; de quo *Ita. 66. Omnes gentes & lingua venient, & videbunt gloriam meam; & ponam in eis Signum;* tum Crucis, tum characteristicum. Cuius fuerit typus, *Exo. 12. Signatura super liminarium in sanguine agni. Nec abludit vaticinium Ezech. 9. Signa Tau in frontibus gentium & dolentium. Et Apoc. 7. Donec signemus seruos Dei in fron-*

frontibus eorum. Qui typi tamen rectius de vi Crucis accipiuntur, quam de caractere: signati illa saluantur omnes; non characterizati omnes.

QVÆSTIO VII.

An sint septem Sacramenta?

VIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI & CALVINIANI variant: Hi tamen vt plurimum duo solum adnumerant. Vide Lutero-cal. p. 3. q. 17.

CHRISTVS. Ego, sicut neque miracula mea, neque articulos fidei enumeravi in scriptura; ita nec Sacramenta. Neque de Nomine hæc appellauit vsquam, de Re ipsa sollicitus instituenda. Quin alia plura, quæ Sacramenta vera non sunt, vocari tamen Sacramenta permisi; sed in certo significato alio. Quare sat esse duxi instituisse signa sensibilia gratiæ insensibilis, habentis promissionem annexam. Et hæc talia sunt omnino septem.

I. BAPTISMI Ritus: est, Eph. 5. *Lauacrum aque in verbo vite.* Institutio & mandatum. Mar. ult. *Baptizantes eos.* Promissio. Mat. ult. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.*

II. EYCHARISTIÆ Ritus: Mt. 26. *Accipit panem, &c. &c.* Institutio & mandatum: *Hoc facite.* Ioan. 6. *Nisi manducaueritis, &c.* Promissio: Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

III. CONFIRMATIONIS Ritus, Act. 8. & 19. *Manuum impositio.* Effectus gratiæ ibidem, *Spiritus sancti collatio.* Institutio & mandatum indidem colligitur ex tam confidente Apostolorum Imposi-

tionem manuum. Neque enim hominis esse sciebant instituere, vt Spiritus S. daretur. Vnde Petrus & Ioannes abierunt Ierosolymâ Samariam, vt manus imponerent, & orarent, ac vngerent.

IV. POENITENTIÆ Ritus, Ioan. 20. *Quorum remiseritis, &c.* ritu iudiciali eterno. Promissio: *Remittuntur eis.* Mandatum: *Sicut misit me Pater, & Ego MITTO vos.*

V. ORDINIS Ritus, Manus impositio: 1. Tim. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.* Sic 2. Tim. 4. *Resistetes gratiæ, quæ est, &c.* Institutio & mand. Eph. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Euangelistas, &c.* Promissus effectus: *Gratia, quæ est in e.* Ex promissione enim tam fidenter affirmabat.

VI. MATRIMONII Ritus est Contractus v. sibilis, Institutio & mand. Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Promissio: Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo IESU & Ecclesia, &c.* 2. Cor. 10. *Despodi enim vos vni viro, &c.*

VII. EXTREMÆ VNCTIONIS Ritus, Iac. 5. *Orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.* Promissio: *Et allevabit eum Dominus; & si in peccatis fuerit, dimittetur ei.* Mandatum colligitur ex confidentia docentis ac iubentis Apostoli, freti iusu Christi.

II. DE BAPTISMO. QVÆSTIO VIII.

Quæ sit Materia, & forma Baptismi?

IX.

IX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS in *Symposiaco*, c. 17. Ratus est baptis-
mus in lacte, cereuisia, aut quocunque in liquore da-
tus qui balneum dici queat.

CHRISTVS. I. Ego verò dico,
Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
Sp. S. non potest. &c.*

2. Ipseque ego, *Mat. 3.* volui in Iorda-
ne baptizari.

3. Discipuli etiam Ioannis visis Apo-
stolis baptizare in aqua, vt & Ioannes, æ-
mulatione succendebantur.

4. Hinc Eunuchus Philippo, *Act. 8.*
Ecce, aiebat, aqua; quis prohibet baptizari?

5. Quò rectius, *Eph. 5.* *Lauacro aque
in verbo vitæ.* Idem, *1. Cor. 10.* Confert
baptisum cum mari rubro: Petrus, *1.
Pet. 3.* cum diluuiò.

6. Sic & Prophetæ; *Ezech. 36.* *Effun-
dam super vos aquam mundam.*

Dicitur autem de me, *1. Ioan. 3.* *Hic
est, qui venit per aquam & Sanguinem; non
in aqua solum; sed in aqua & sanguine:* quia est
baptisum Fluminis, Fluminis, & Sangu-
inis. Quod *Mat. 3. Lu. 3.* de igne & Spir. S.
dicitur; id in Pentecoste impletum est.

X. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS *lib. de Capt. bab.* Forma consueta non
est ad substantiam Baptismi necessaria: vtare verbis
quibilibet, dummodo in nomine Domini bap-
tizet, aut adeo in diaboli nomine; aut ipse diabolus
baptizet; modo suscipias baptismum in nomine Do-
mini.

CHRISTVS. Ego dixi, *Mat. vlt.*
*Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in
Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*
Vnde Sponsa mea, Magistra Veritatis
ex Sp. sancto, tali vtendum Forma sue-
uir & decreuit inde ab Apostolis: *Ego te
baptizo in nomine. &c.* Quam S. Traditio
vt docet, sic & custodit, pluribus Conci-
lij confirmatam.

Atque hoc est baptizari, *Eph. 5.* *laua-*

cro aquæ in VERBO VITAE: non con-
cionali, sed concepto verbis totidem ac
formali.

Quod autem Apostoli mei in Nomine
Christi baptizasse produntur in *Actis*;
c. 2. 14. 19. id in meo Instituto, sc. in Nom-
ine Patris & Filij & Spiritus Sancti, factum
esse intellige cum S. Patribus.

QVÆSTIO XI.

*An baptisimus sit ad salutem neces-
sarius?*

XI. ANTICHRISTIANISMVS.

ALVINVS, Zvvinglius. &c. Baptisimus non
est necessarius siue ad remissionem pec. or.
siue ad salutem consequendam. &c. Vide Lu-
thero-cal. p. 3. q. 21.

CHRISTVS. Ego vero dico, *Ioan.
3.* *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spir. S.
non poterit intrare in regnum Dei;* Hæc ne-
cessitas Medij est, non præcepti: vt benè
docet *Au. l. 1. de pe. mer. & remis. c. 30.* Ra-
tionem ipse reddidi: *Quod enim natum
est de carne, caro est: Et oportet vobis nasci de-
novo.* Declaravi idem typo Serpentis æ-
nei, cuius aspectus erat de necessitate
medij: sic & Baptismi vsus contra mor-
sum serpentis, id est, peccatum orig.

Neque hic per aquam volui mortifica-
tionem intelligi peccatorum: Neque Aqua
est epithetum Spiritus S. Neque Spiritu-
m volui magis necessarium quam a-
quam: Neque toto dicto inesse periphra-
sin pœnitentiæ volui: Neque etiam a-
quam passionis è latere meo manantem;
ex aqua, id est, merito ac vi passionis
meæ. Nihil, inquam, istorum volui: sed
naturalem aquam.

QVÆSTIO X.

Baptizare cui fas in necessitate?

XII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS negat fas vlli, nisi Ordinario. Nouum hoc, eiusque proprium commentum est. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 22.*

CHRISTVS. Ego contrà affirmit, 1. Quia *Mat. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos:* at omnes tenentur etiam in articulo necessitatis Docere: quid nō & baptizare?

2. Piē fecerunt, *Act. 18.* docendo Apollinem Aquila & Priscilla par coniugum.

3. Deinde, *Act. 8.* Philippus solum Diaconus baptizauit eunuchum: Ananias, *Act. 9.* Paulum laicus. Petrus, *Act. 10.* iussit baptizari à fratribus laicis Cornelium eiusque familiam.

4. Ipso Pentecostes die baptizata sunt 3000. hominum; quod Apostoli soli facere nequiverint; iuuerint LXXII. discipuli, cum adhuc laici.

5. Saphira, *Exo. 4.* placuit Deo, quod in necessitate filium circumciderit, etiam coram Moysē, per id à morte seruato. Quanto gratius mihi fiet, seruata per baptismum in periculo subitaneum animā, pro qua mortuus sum?

QVÆSTIO XI.

Sintne baptizandi infantes?

XII. ANTICHRISTIANISMVS.

ANABAPTISTÆ negant ante XXX. annum baptizari oportere. Itemque Ministri Transyluaniz & subobscure Erasmus.

CHRISTVS. Ego de omni ætatis gradu dixi, *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei.*

Atque singulatim de Infantibus, *Luc. 18. Sinite paruulos ad me venire, talium enim est regnum cælorum. Et afferebant ad eum Infantes.* Ideo ipsos arcetè tum amplexatus, & benedixi, notante id *Marco.*

2. Deinde cum integras Apostoli familias baptizauerunt, in ijs & paruulos fuisse quis negarit? *Vt Act. 16.* Lydiæ domus, & Custodis carceris, & *1. Cor. 1.* Stephanæ.

3. Demum typus ita præmonstrauit: nam Circumcisio data infantibus est: at *Col. 2.* ea dicitur baptismus quidam, Quò rectius Ecclesia definiuit sub anathemate, ita fieri oportere.

QVÆSTIO XII.

Num qua Fides in pædobaptismo infantibus necessaria?

XIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI Infantes quidem esse baptizandos; & Aut fidem in eis non requiri: Aut ipsos habere fidem, id est. motus nouos & sanctos, inel nantes ad fidem, & c.

CALVINISTÆ contrà: Infantes non credere: recte baptizari tamen; quod antè sanctificati sint, & Electi, in promissione Abraham facta. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 24.*

CHRISTVS. 1. Tametsi infantes actualem habere fidem non possint; vt quæ cognitione intellectus indigeat; Nec motus nouos fidei similes persentiscant: Non tamen iustificantur sine vlla fide.

I. Dixi enim, Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est.* Vbi de Medio salutis loquebar; non de præcepto credendi: hoc enim infantes teneri non possunt. Et illius necessitatem absolutam ibidem declaravi typo serpentis ænei, in deserto exaltati, cuius respectu à serpentibus isti seruabantur; peribant, qui cum non aspectabant hæli: Ita exaltari oportet Filium hominis, *Ut omnis, qui Credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

2. Hinc iterum dixi: Mat. ult. *Ite docentes & baptizantes.* &c. *qui Crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.*

3. Adeo, Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Vnde passim Apostolus; Rom. 3. *Arbitramur hominem iustificari per fidem.*

II. Porro Ego ipsis fidei, spei, charitatis habitus in baptismo infundo: Sicq; Ego & Pater meus ad eum venimus, & mansio- nem apud eum facimus; Ioan. 14. Sic, Ioan. 15. *Ego sum Vitis, vos palmites.* &c. Sic dicitur; Eph. 3. *Christus habitat per fidem in cordibus vestris.* Gal. 3. *Qui in Christo IESU baptizati estis, Christum induistis.* &c. *Viuo iam non ego, viuit vero in me Christus.*

III. Demum Actu credere infantes dici possunt; Tum quòd actu baptismi suscepti sit realis ac personalis professio fidei Christianæ: Tum quòd aliena fide afferantur ac gaudeant.

QVÆSTIO XIII.

An baptismus verè tollat peccata? An & Impeccabiles reddat?

XIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ cum Origenistis & Messalinis pernegant tolli; sed regi solū non imputata. Vide Lutherocaluin. par. 9. 25.

CHRISTVS. At verè de me Baptista, Ioan. 1. *Ecce Agnus Dei, ecce qui Tollit peccata mundi.* Et Ipse ego, Ioan. 13. *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet; sed est mundus totus.* Si totus, nil ergo remanet, ait S. Greg. 1. 9. epist. 39.

2. Idque ex contrario liquet, Ioan. 3. *Quod natum est ex carne; caro est, carnale totum: quod natum est ex spiritu; spiritus est, seu spiritale.* Sicut enim, ait meus testis, 1. Cor. 15. *in Adam omnes moriuntur; ita in Christo omnes viuificantur.* At mors illa vera fuit: ergo & vita vera, non imputatiua. Rursum, Rom. 5. *Sicut per vnus inobedientiam peccatores constituti sunt multi: ita per Vnius obedientiam iusti constituentur multi.*

3. Itaque Ioan. 3. *Nisi quis Renatus fuerit.* &c. Sic, Col. 2. *Cum essemus mortui propter delicta, conuiuificauit nos Christo:* 1. Pet. 2. *Quasi modo genitos infantes.*

4. Figuris idem manifestauit: taceo veteres: Ecce tibi, Mat. 8. porcorum in mari submersio. Probatice, Ioan. 5. Sanitatem veram corpori conferebat. Ego, Ioan. 9. cæcum natum oculos limui; se lauit, & vidit.

XV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ. *Non potest homo damnari nisi nolit Credere: si sit, vel redeat fides in promissionem baptizato factam.* Non baptismo, tanquam Dei chirographo certiores reddimur de perpetua adoptionis gratia, ait Caluinus. Vide Lutherocaluin. par. 3. quæst. 26.

CHRISTVS. I. Ego verò Sententiam recitauit ferendam, non ob fidei defectum, sed vitæ; Mat. 25. *Ite maledicti.* &c. *quia esurini & non dedistis.* &c. Ibidem: I 2 fatuæ

fatua exc'uduntur à nuptijs, non quòd virgines non essent in fide illibata; sed quòd non ornatis essent lampadibus paratae. Certe 1. Pet. 2. *Melius erat eis non cognoscere viam iustitiae.*

2. Atque tamen si Rom. 11. *Tu fide stas: tamen Noli altum sapere: nam excidere fide potes: Sicut pater mendacij ab initio in Veritate non stetit.* Meus ille Judas verè, vt cæteri, credidit; at excidit fide, ac periit. Ita multi, 1. Tim. 1. *circa fidem naufragauerunt.* Thomas & Apostoli steterunt mecum in fide; sine me exciderunt; perissent, nisi ipsos restituissem.

QVÆSTIO XIV.

An baptismus liberet fideles a lege Dei, Ecclesiae, & à Votis?

XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI IUXTA & CALVINIANI aiunt, Christianos ad aliam Deilegem non obligari, nisi ad Fidem; inq; hoc Christianam consistere libertatem. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 27.*

CHRISTVS. Ego verò per necessarium esse docui: *Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Omnino, Mat. 5. nolite putare quoniam veni soluere legem. &c. Proinde qui seruat mandata mea, hic est qui diligit me. Mat. vlt. Baptizantes. &c. & docentes eos seruare, quaecunque mandanti vobis.*

XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINIANI aiunt omnes, Baptismum omnes ab omni etiam humana lege obseruanda absoluere, cum nulla obligare conscientiam possit. &c.

CHRISTVS. Tales me conueniebant, vt circumuenirent, *Luc. 20. Licetne tributum dare Casari, an non? Quibus inquam: Quid me testatis hypocrisis? Ro. 13.*

Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. &c. Mat. 7. Reddite ergo Casari, quae sunt Casaris, & quae Dei, Deo.

2. Quid ego Pilato? *Ioan. 16. Non haberes potestatem aduersum Ate ullam, nisi tibi datum esset de super. Idco, Heb. 13. Obedite Praepositis vestris, & subiaccete illis. Ipse enim peruigilant pro vobis, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.*

XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ: Baptismus liberat à Votis tam factis, quam faciendis.

CHRISTVS. Stat, perstatq; lex, *Ps. 75. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Et verò præclare norat vim Voti mea Deipara, dum dixit ad Angelum: Quomodo fiet istud, vt à voto absoluar, quoniam ex voto virum non cognosco? Deuotæ enim Deo, 1. Tit. 5. Cum luxuriat, & fuerint in Christo nubire volunt, habentes damnationem; quia primam fidem irritam fecerunt: at hæc baptizatae fuerant, neque tamen à voto liberatae. Plura par. 2.*

QVÆSTIO XV.

Baptismus Christi, & Ioannis an sit idem?

XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ, p. 3. q. 31. contra Lutherum, affirmant idem esse sacramento, & efficacia.

CHRISTVS. I. Nec ipse Ioannes baptismum suum esse Sacramentum vnquam dixisset: quod altioris id esse potestatis sit professus: *Non sum ego Christus: sed qui medijs vestrum stetit, ille est: cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti.*

2. Ipse

2. Ipse differentiam edixit: Mar. 1. *Ego baptizavi vos in aqua sola, absque verbi concepta forma: Ille vos baptizabit in Spiritu S.*

3. Illius baptismus proprie dictus est *Baptismus Ioannis*. Mar. 11. Luc. 20. Act. 1. 18. 19. quod nihil ei Numinis inesset. Hinc, Mat. 3. *Videns Ioannes multos, venientes ad Baptismum SVVM*. Et Ego, Mat. 22. *Baptismus Ioannis de caelo erat, an ex hominibus?*

XX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ parem Ioannis & Christi baptismis vim asserunt valuisse ad remissionem peccatorum ut ea non imputarentur.

CHRISTVS, 1. *Quantò prestantior est Spiritus aqua, (ait recte S. Basil. lib. 1. de bapt.) tantum excedit qui baptizat in Sp. S. illum, qui baptizat in aqua: Et ipsum adeo baptismus: quantumque sacramentum est præ non sacramento.*

2. Officium Ioannis erat, non instituire sacramentum: sed quod Angelus descripsit, Lu. 1. *Preibit ante illum in spiritu & virtute Helia, &c. parare Domino plebem perfectam.* Ioan. 1. *Ego vox clamantis: parate viam Domini. Venit ergo ad dandam scientiam salutis, non salutem ipsam vi Sacramenti.*

III. DE CONFIRMATIONE ET EVCHARISTIA.

QVÆSTIO XVI.

An Confirmatio sit verum Sacramentum?

XXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant. Vide Luthe-
ro-caluin. p. 3. q. 26.

CHRISTVS. Quæ tria ad sacramenti essentiam requiri posse videntur, ea adsunt Cōfirmationi. Promissio, Signum cum verbo & Mandatum.

I. PROMISSIONEM feci per amplam ac illustrem, *Ioan. 11. 14. de Sp. Sancto Consolatur meos; Ioan. 15. & confortatur ad testificandum; & Ioan. 16. datur Apostolis ac fidelibus robur ad arguendum mundum de peccato, de iustitia, & iudicio.* Ideo iussi, Luc. ult. *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Act. 1. *Accipietis Virtutum supervenientis Sp. Sancti in vos, & eritis mihi testes.* Atqui hæc insuper promissio facta est iam diu multumque catechizatis, Et baptizatis, sicque in gratia positus; & tamen ampliore confirmandis.

II. SIGNVM sensibile cum Verbo, quibus ea promissio applicetur, est Manuum impositio cum oratione. Et Apostoliquidem acceperunt eam gratiam absque medio, at non absque miraculo, in die Pētecostes: Cæteri verò cum medio dicto per Ministerium Apostolorum. Act. 8. *Tunc imponebant manus super eos, & accipiebant Sp. Sanctum.* Idem Act. 19. Atque ad hoc medium infallibilis subsequeretur effectus, diu visibiliter supervenientis Sp. Sancti, demum invisibiliter. Patet concionante Petro, Act. 2. idemque ex lohele testante. Item Act. 11. *Cornelium eiusque comites catechizante, & ad manuum impositionem veniente Sp. Sancto sic, quod, Nihil discrevit inter nos & illos, inquit.*

III. MANDATVM colligitur ex ordi-

I 3 naria

naria & secunda manuum impositione, recte Mandati de super accepti. En praxin Act. 8. 19. Hebr. 6.

Neque ea Impositio manuum fuit baptizatorum oblatio facta Deo; sed infallibilis Collatio gratiæ. Neque erat gratia gratis data: quia hæc non dicitur simpliciter Sp. Sanctus; nec habitat semper in iustis, sed etiam improbis datur, Mat. 7. Neque hanc Ego promisi Ioan. 14. 15. 16, sed communem omnibus aliam. 1. Cor. 12. *Nunquid omnes prophetant; nunquid omnes loquuntur linguis? Vide in Luthero-cal. p. 3. q. 36.*

DE EUCHARISTIA.

QVÆSTIO XVII.

An Realis veritas Eucharistica doceatur ex Figuris, P. omissione?

XXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ statuunt Lira: Nobis, & Hebræis symbola sunt in Sacramentis diuersa; et si nostra melior: at REM omnino eandem, figuratè & significatiuè tantum. Vide Luthero-cal. p. 3. q. 43.

CHRISTVS. Vtrotumq; sit Æqualitas in Symbolica Re siue materia. Vt in pane & vino Melchisedechano; in Propositionis panibus: in Eliæ pane. Par est & vis significandi.

AT non par Efficiendi. Nam Hebræis in figura omnia contingebant: Nunc verò, Ioan. 1. *Lux in tenebris lucet; & tenebra umbrarum eam non comprehenderunt. Ego sum Lux mundi: Ego sum panis viuus & verus, qui de celo descendit.* Ioan. 6, 1. Bene

de me, Heb. 6. *Tu es Sacerdos in Aeternū, secundum ordinem Melchisedech;* sed hic tamen non in æternum; nec iugiter, sed semel.

2. Deinde. 1. Reg. 21. Mundis corpore dabatur panes propositionis: At, 1. Cor. 11. *probet seipsum homo; qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat.*

3. Demum Eliæ panis satiabat ventrem: at Meus mentem. Ideo *Ecce ego plus, quam Elias, nempe Heli.* Quanto igitur Ego sum veritas & vita pæ Vmbris istis, & inanis elementis? Quò Diuinius quid inesse reuera debet meo Sacramento; quam in figuris huiusce inerat?

II. Præstantiores quoque fuissent Vmbræ & signa Hebræorum, quæ Symbola Christianorum: Vt Agnus animalis, Manna cæleste, Sanguis asperfusionis digniora sunt pane inanimato, furnali, & vino: Præstantiores inquam in Materia symbolica: in Vi significatiua: inque Effectu corporali.

AT verò nunc in Sacramento meo, Ioan. 6. *Caro non prodest quicquam animalis; Ecce, ego sum, qui loquor vobis: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata; qui immolatus est paschalis.*

2. Deinde, Ioan. 6. *Patres vestri manducauerunt Mannam, & mortui sunt: At verò Qui manducat hunc Panem, viuet in æternum.*

3. Demum, dicebat Moyses in asperfusione, Exo. 24. *Hic est Sanguis testamenti quem misit ad vos Deus? At Ego dixi: Mat. 26. Hic est Sanguis meus Noui testamenti.* Luc. 22. *Hic Calix Nouum Testamentum est in meo Sanguine.*

Ecce vna RE Diuinâ Nouum Sacramen-

mentum superat Vetera elementa inania. Et vero sanguis ille asperionis tyrum præferbat potius Institutionis Eucharisticæ, quam Passionis Dominicæ, Bell. l. i. c. 3.

XXIII. ANTI CHRISTIANISMVS.

LYTHERANI & CALVINIANI. in meo *Luthero cal. p. 3. q. 44.* pernegant, Ioan. 6. factam Eucharistiæ Promissionem aut Commendationem; nisi spiritualis manducationis cum fide apprehensiva Christi.

CHRISTVS. Ego verò secundum id promisi bifariam.

I. Implicitè, Mat. 28. *Ecce Ego vobiscum sum usque ad consummationem*, scil. in *Iugis scriptis*, Dan. 8. Sic id exponit Clemens V. cum Conc. Vienn. in Clementina de reliquijs: & Innocent. l. 4. c. 44. Patres tamen id exponunt de præsentia Diuinitatis, aut Prouidentia Christi: Vti illud Mat. 24. *Me autem non semper habebitis corporali, visibilique præsentia, sicut pauperes semper habebitis*: at vero in Sacramentali, *Ecce, Ego ipse adsum, qui loquor vobis*. Ego, Ioan. 10. *sum Pastor bonus, pascens Verbo & Prædicato; & Incarnato, & Mystico.*

II. Expresè promisi, Ioan. 6. Demonstrantque illud Circumstantiæ omnes.

1. Quia Ego quæ Fidei obiectum eram Præsens ac datus: at loquebar de futuro: *quem Dabo*. Dein Manducatio per fidem res est omnium temporum, præteriti Patribus; præsentis, tunc cū Christo degentib⁹: at Eucharistia hic promissa, anno post Instituta, res erat futura, Et quidem Danda ad Manducandum hic ait non ad Patiendum: nam hic de Passione nec verbulum.

2. Distinctè loquebar; Deme Dato

in obiectum fidei sic: *Pater meus dat vobis Panem Viuum de caelo*. De Dando Sacramentaliter, dixi: *Panis, quem Ego dabo, prius Incarnatum; at postea Transubstantiandum.*

3. Dicere quid clarius debui ista promissione; *Panis, quem ego Dabo, Caro mea est: quæ dabo pro mundi vita*: Itèq; ista promissi exhibitione: *Accipite, & manducate. Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur in remissionem peccati*. Idem, quod promissi, & præstiti.

4. Promissum sic intellexerunt Samaritanæ dicentes: *Quomodo potest hic nobis Carnem suam dare ad manducandum?* Et Discipuli dicentes: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire? Quos utrosq; correxerit dicens: Nisi manducaueritis Carnem. &c.* Neque in re tanta ludere volui metaphoris aut parabolis; qui hæc aliàs sicuti discipulis explicare. Mat. 13. Ioan. 3. 10. 16. At claritate scandalizatis hic dixi: *Vultis & vos abire?* quasi dicat, fide hic opus; qui non credit, abeat.

5. Ego toto hoc sermone sæpè distinxit *Cibum & Potum, manducare & bibere, Carnem & sanguinem*: quò apertè speciem utramque futuri Sacramenti expressit. At spiritualis perceptio Christi per fidem non aget distinctione; cū modo fiat. vno semper simulque manducatio & bibitio. Sin tollas Species, iam perit Modus communicandi iste; *Caro mea verè est cibus; & Sanguis meus verè est potus.*

6. Ideo dixi: *Non, sicut manducauerant patres vestri mamma*: sc. fide sola in Venturum: sed realiter, substantialiter, vereq; sub speciebus.

7. Idcirco subiunxi sermoni miraculum de multiplicatis panibus, in typum

typum Sacramenti futuri. 8. Istud Manducare & Bibere realiter iuratus, Amen, Amen, confirmaui: & in iuramento lussem figuratis terminis, contra ius fas omne, moremque? At ista significat propriè corporalem actionem circa rem non imaginariam, sed re ipsa præsentem.

9. Planè sicut de futuro Baptismo dixi Nicodemo, Ioan. 3. *Oportet vos nasci de novo. Et Nisi quis renatus fuerit, &c.* Sic & de Eucharistia futura Ioan. 6. *Nisi manducet, &c. Et Qui manducat meam, &c.* Quare cedant Umbræ Veritati: & Fides mādudcet realiter præsentem Me, non imaginariè apprehensum tantum.

QVÆSTIO XVIII.

An Veritas Eucharistica doceatur ex INSTITUTIONE?

XXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

SACRAMENTARIJ CALVINISTÆ figuratè Christi verba capienda esse pertendunt, & abnegant Veritatem: Secus credentes arguunt Idololatria.

CHRISTVS: At Ego Veritas dixi, & dictum factum erat:

1. *Hoc sub speciebus contentum, Est verè realiter, substantialiter, Corpus meum:* Nimirum illud, Lu. 22. *quod pro vobis datur:* 1. Cor. 11. *Tradetur: Frangitur.* At panis non est traditus, datus, factus pro vobis: Ergo Neque *Hoc* est hic panis: Neque *Est* significat corpus, vt mera figura: Neque *Corpus* est Sacramentum corporis: sed *est* ipsum *Corpus meum* meæ Personæ Christi Dei & Hominis.

2. Similiter, Mat. 26. *accipiens Calicem*

gratias egi, & dedi illis, dicens Consecrando: Mat. & Mar. 14. Hic est Sanguis meus noui Testamenti: Vel Luc. 22. Hic est Calix nouum Test. in Sanguine meo: Matth. Mar. Luc. Qui pro vobis effundetur: At meus vere Personalis est effusus: ergo & in Sacramento prius datus. Atq; tali in re ac tanta propriè loqui debui, & feci.

3. Ita quoque verba mea Apostoli, omnisque retrò Patrum & Ecclesiæ posteritas accepit: & verè. Ego quoque omnem hæresin aduersariam destruxi; & anathematizauit Ecclesia.

4. Esto; sicut in Baptismi promulgatione locutus figuratè, Ioan. 3. *Nisi quis renatus: continuo tamen explicauit tropum per hoc, ex aqua & Spiritu Sancto.* Et in Institutione sum propriè locutus, Mar. ult. *Euntes baptizate in, &c.* At in Cœna voces sunt propriæ omnes; explicauit nihil; quòd opus esset nihil. Vide in *Luthero-cal. p. 3. q. 46.*

5. Ad hæc id tempus, is locus, ea Actio, eæ personæ erant; quæ omnem lusum tropicum minimè patiebantur. Mei quoque Euangelistæ, ipseque Paulus, verbis vtuntur iisdem proprijs: cum alioquin vnus explicare soleat, siquid alter scripsit figuratè.

6. Denique Ego & panem & Calicem gratias agens; benedixi: hoc est, Consecraui. Neque sicut Benedicere, nisi magnū quid ac singulare in rebus efficiens ipsa Benedictione rerum, Deo eiusque Honori facta.

7. Vnde Apostolus. 1. Cor. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Christi est? Et panis &c.* Hæc de realiter vero Corpore & Sanguine meo dicuntur; non de figurato. Sicut

& istud: 1. Cor. 11. *Qui mand. & bibit indigne &c. Reus est Corporis & Sanguinis Domini.* Qui solo corpore accipiunt, ij indigni: at digne percipiunt, qui spiritu & fide lumunt in ore & corde.

QVÆSTIO XIX.

An possibile DEO, pluribus in locis simul Christi existere Corpus?

XXV. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ, cum damnato Wiclefo, negant. Vide in *Luthero-cal.* p. 3 q. 49. In *Genea.* p. 3 q. 12.

CHRISTVS. I. Dixi, Mat. 19. *Apud Deum omnia possible sunt.* Ita Factis docui, quando eram cum Deo cuncta componens Ego, per quem omnia facta sunt. Et qui voco ea que non sunt, tanquam ea que sunt.

2. Velint Adynatarij; nil credendum sine Verbo Dei; At Corpus vnum pluribus in locis existere non posse, nusquam scribi curavi, aut docui. Scriptum est, *Heb. 6. Impossibile est metiri Deum.* 1. Tim.

2. *Ne rare seipsum non potest.* Quia non potest illa Deus, quæ facere, deficere est.

3. Docent Adynatarij verè: Vera doctrina est, que Deum exaltat, hominem deprimat: At asserere istud de meo Corpore, est exaltare Deum.

4. Ea implicat, vt fatentur, que cum rei essentia pugnant; at *Esse in loco* est rei extrinsecum & accidentarium. Nam & vltimum cælum non est in loco. Omitto, quod natura docet.

5. Cum, *Act. 9. & 22.* Paulo apparui; in cælo simul & in aere extiti. Cui & dixi, *Act. 26. Ad hoc apparui tibi, vt constituam te Ministrum & resem eorum, que vi-*

disti. Et ipse inquit: 1. Cor. 9. *Nonne Dominum n. strum vidi: 1. Cor. 15. Nouissime, tanquam abortiuo, visus est & mihi.* Et quidem in terra me vidit, non oculis in cælo existentem intuitus est. Nam *Act. 9. Lux circumfulsit eum: at Ego sum lux.* Et percunctanti, *Quis es Domine?* aiebam, *Ego sum IESVS, quem tu persequeris.*

6. Sic & Petro apparui colloquens ei: Testibus S. Ambr. Egesippo, Athan. Sic deinde pluribus Sanctis *in terris visus sum.* &c. Simulque in cælo existebam idem.

QVÆSTIO XX.

An Corpus Christi tantum sit in Eucharistia sine Quanto, & Loco?

XXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINIANI Veram presentiam negant Christi, ob quantitatem, quam occupare locum esse necessarium volunt.

CHRISTVS. I. At ego dixi, *Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. Facilius est CAMELO per foramen acus transire; quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Attamen, vt hoc apud homines impossibile est; apud Deum omnia possible sunt. At non potest Camelus sic transire, nisi non occupando locum: quod cum Deo sit facilius; ergo & possibile est corpus non occupare locum. Iam verò minor est proportio foraminis acus ad camelum, quam hostiolæ ad Corpus Christi: atqui illud possibile est, & facilius, quam saluari diuitem: ergo & hoc, Christi Corpus non occupare locum in Euch. est possibilis illo. Esto, sit Camelus animal, siue rudens nauticus; fus deque est ad propositum vtrumque.

K

2. De-

2. Demetradit Symbolum, id est, Verbum Dei Traditum, non Scriptum: *NATVSEX MARFA VIRGINE*: Iuxta *Ila. 7. Ecce VIRGO concipiet, & pariet filium*: c. per Portam clausam, *Ezech. 4. 4.* per quam solus Dominus intrat. Et clare S. Patres asserunt, talem meum per Virginem egressum esse cum corporum penetratione factum, sine alterius mutatione substantiæ: Quanto facilius est in Eucharistia cum transubstantiatione?

3. *Angelus*, Mat. 28. Mar. 16. *reuoluit LAPIDEM ab ostio monumenti*; non Christus resurgens, qui prius eo clauso me penetraui. Nec lapis meo cessit Corpori; (vt fingunt Calu. Beza. &c. Contra S. Patrum Consensum:)

4. *Veni*, Ioan. 20. *ad discipulos foribus clausis secundum: vbi vel locum non occupauit Corpus meum, vel penetratio facta corporum est*: Vtrumque soli possibile Deo. Qui verò talem meum ingressum negant, (contradicientibus Euangelistis, & S. Patribus,) Me Christum abnegant, infideli deteriores.

5. Dixi, *Ioa. 3. Nemo Ascendit in Cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis*. Idemque feci: *Luc. 24. Necessit ab eis, & ferrebat in cælum. A. & I. Videntibus illis eleuatus est in cælum*. En modum, *Heb. 4. Habentes ergo Pontificem, qui PENETRAUIT cælos IESVM*. Atqui, *Iob. 37. Solidissimi, quasi ære fusi sunt cæli*. Quare Corpus Christi locum non occupauit sese penetrando. Proinde vt pariter in Eucharistia, possibile est, adeoque verissimum.

6. *Epulonis vox est*, *Luc. 16. Valde crucior in hac flamma*. His in animarum peccatis plura insunt miracula.

1. Corpora vruntur verè; nec tamen dissoluuntur dolore.

2. Tam spiritali naturæ conuenit Non posse impediri; quam corporali posse impediri. Attamen potentia Deo animas adstringit gehennæ, vt non possint, quo vellunt; & hisce corporibus nostris includit animas, à corpore non dependentes, vt egredi nequeant citra corporis dissolutionem.

3. Animæ seu spiritus nō solum tenentur ab igne, sed & cruciatur. quod intelligi sat nequit: credi debet Pariter causa Eucharistiæ.

7. Exempla plura similia Vide in *meo Genea. p. 3. q. 12. Cætera in Luthero cal. p. 1. q. 49.*

QVÆSTIO XXI.

An vere fiat TRANSUBSTANTIATIO & Accidentia persistant?

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS

LUTHERANI probabilius putant non fieri; fieri meum non impossibile censent. Vide *Luthero cap. 9 § 1. 5. Genea. p. 3. q. 13.*

CALVINIANI omnem abnegant, autantur, ciurant Transubstantiationem.

CHRISTVS. I. Quod dixi, feci, & verum erat: *Mat. 26. Hoc est Corpus meum*. Hic Panem accipi & benedixi verè & propriè; ergo Mutatum dedis; verumque dixi. *Hoc est corpus meum*, sc. Hoc sub spectibus Contentum, non est panis, sed Corpus meum: Non est figura corporis; sed corpus: Quanto minus verum est, Hic panis triticeus verè & propriè est corpus meum. Nam impossibile est Rem non mutari, & tamen fieri aliam: Nam effectus plura, & non esset.

II. H.

II. *Hic est Corpus meum, quod pro vobis traditur.* At non est traditus, seu crucifixus panis; Non Corpus paniceum; Non figura corporis mei; sed *Corpus meum*: Ergo *Hic*, quod erat sub speciebus panis. Quare panem necesse erat esse mutatum in Corpus meum, esseque panem desisse.

III. Atque in hunc sensum meum omnium Sanctorum ista semper, ita, ibi que; Consensus Patrum.

IV. Idem docui potestate simili, Minore, & Maiore substantia vna mutans in aliam: Simili, *1. ca. 2.* Aquam in vinum mutans feci initium liquorum, & manifestavi gloriam meam. At in similibus est simile iudicium: hic quoque similis est virtus: ergo & similis effectus.

2. Minore; Eo quod res, quæ minus possunt, quam Verbum Dei, vnam mutant in alteram substantiam; vt Ars, Natura, Gratia.

ARS Vitificis cinerem mutat in vitrum: quanto magis Verbum Dei panem in Corpus meum? Cum, *Eccl. 8.* Sermo Dei potestate plenus est; Nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis?

NATURA, Vt in vite, aqua mutatur in vinum; succus florū per apes in mel, cibus in carnem: ergo magis, ait *Dama. panis & vinum transeunt, virtute Consecrationis, in Corpus & sanguinem Christi: Sic panis & vinum transeunt per nutrimentum in corpus hominis, & non in aliud.*

GRATIA, Vt *Moyser*, ait *Ambr. virgam proiecit, & facta est serpens per gratiam. Quod si tantum valuit benedictio humana, ut naturam conuerteret, quid dicemus de ipsa*

Consecratione diuina, vbi Verba Saluatoris operantur?

3. A Maiore, Nam Verbum Dei maiora fecit, facitque; *In principio erat Verbum; omnia per ipsum facta sunt*, *Eugenius*, *ex nihilo: ita ex potestate in spiritualibus Sacramentis, vbi precipit Virtus, seruit effectus.*

XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

PET. MARTYR. Si detur Transsubstantiatio, tunc sensus falluntur circa proprium obiectum: Et probamus in Euch. esse verum panem, quia adest color, sapor, &c. Sicut Christus se probauit hominem verum, quod comedebat, dormiebat, &c. Alioquin in accidentibus esset falsitas; vt quæ sunt naturalia signa internæ substantiæ.

CHRISTVS. Dixi: *Hoc*, (saluo sensuum officio, & signorum seu specierum indicio:) *est corpus meum*, Contentum, & Significatum speciebus. Similiter & *Hic Calix*, &c. Quia *Ioan. 6.* *Hic est Panis*, specietenus, *Viuus*, re & veritate Christus, *qui de caelo descendit*. Ita & *Hic calix est*, &c. specietenus: at re & veritate Sanguis idem, *qui pro vobis effundetur*.

Quocirca sensus non falluntur circa obiectum per se, quod sunt Accidentia; quæ manent; Substantia enim est eorum obiectum per accidens. Neque in his est falsitas; quia verè significant corpus Christi præsens eiusque effectus supernaturales: cum facta sit mutatio supernaturalis, dicta Transsubstantiatio.

Hanc triplici Similitudine ostendo sic fieri, vt Accidentia maneant.

I. *Heliseus*, 4. *Reg. 2.* *misit salin aquas amaras, & conuersæ sunt in dulces.* Qua in

Conuersione quatuor insunt: *Continens* species, seu claritas exterior, quæ manet. *Contentum*, amaritudo interior; quæ tranfit in *Operatum*, sc. in Dulcedinem; Sed per *Operans*, quæ est gratia: Sic in Eucharistia est *Continens*, Species permanens: *Contentum*, substantia panis interior, tranfiens in *Operatum* quod est Corpus Christi: idque per *Operans*, quod est verbum Dei.

II. Samuel ait ad Saul: 1. Reg. 10. *Instilet in te Spiritus Domini, & mutaberis*, sc. ex peccatore in iustum. In peccatore Species exterior corporis manet; Amaritudo peccati interior tranfit in Dulcedinem gratiæ; sed per Sp. Sanctum. Sic fit conuersio. Eugenius ad conuersum: *Nouum tibi & impossibile esse non debet, quod in Christi substantiam terrena conuertantur: Te ipsum interroga, qui præterita uilitate deposuisti sub uo nouam indutus es dignitatem. In exteriori nihil additum: totum est in interiore mutatum.*

III. Similitudo. Oua sub aue excluduntur in pullos. *Continens*, testa, est species exterior; *Contentum* est vitellum, quasi substantia interior oui; Hæc tranfit mutata in *Operatum*, sc. pullum; Sed per *Operans*, quod Natura est. Ita in Eucharistia.

2. Sic, Luc. 3. Sp. sanctus in specie columbæ apparuit super Christum.

3. Sic, Gen. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*; Glossa, *Sicut auis fouens oua*. Ita, ait Aug. *Panis non sanctificatur, ut sit Sacramentum, nisi operante inuisibiliter Spir. Sancto. Quia sicut de Virgine, per Sp. S. uera Caro Christi, sine coitu, est formata; ita per eundem de substantia panis mysticè idem Corpus Christi consecratur. Vnde Verfus.*

Corpus DE pane est: Corpus DE Virgine. Primum DE, Conuersiuum est: Sed Materiale Secundum.

QVÆSTIO XXII.

Eucharistia siue Res permanens; an Actio tranfiens?

XXIX ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI, Sacramentum Euch. est in solo ufa Actio tranfiens: P. manet tamen Præsentia Corporis Christi, dum ad agros immediate post Cœnam defertur.

CALVINIANITUM præcisè tantum est Sacramentum, cum actu sumitur; non dum defertur. Vide *Luthero* c. p. 3. q. 55.

CHRISTVS. i. Ego ante manducationem & bibitionem dixi, & feci, uerumque fuit: *Hoc est Corpus meum*. Quippe cum accedit uerbum ad elementum, tunc, non postea, fit Sacramentum. At prolata à me uerba protinus uera fuerunt.

Neque hic attendendum, quid prius, posterius scripserint Euangelistæ: nã, Mar. 14. produntur prius bibisse; dein me dixisse, *Hic est Sanguis meus. &c.* Sensus autem uerborum cogit, ea prius dicta fuisse: cum causa manducandi esset istud. *Manducate; Cur? Hoc est ENIM Corpus meum; Mat. 26. Hic est ENIM Sanguis.* Idque prius in calice fuit, quam in ore: nam, Luc. 22 Mar. 14. *Hic est calix noui Test. in Sang. meo Est, dixi, n. ò. Erit.* Itaque Consecratio materiæ est actio Sacramentalis perfecta, etiam non subsequente Manducatione.

2. Ideo S. Patres dicunt in altari esse Sacramentum; aram esse sedem eius. &c. Vnde Rem permanentem uerè esse Sacra-

Sacramentum agnouerunt, etiam omif-
sa manducatione; Licet Benedictio fi-
at in ordine ad manducandum.

3. Dissimilitudo Baptismi & Eucha-
ristiæ id declarat: Nam Baptismus non
est aqua; sed aquæ applicatio; quæ est a-
ctio transiens; At Eucharistia est Res
ipsa benedicta, res permanens per se &
sacra, non communis: Sic I. Cor. II. *Pa-
nis, quem frangimus: Calix benedictionis,
cui benedicimus.* Atque illi Rei permanen-
ti conuenit definitio Sacramenti; vt sit
signum visibile, gratiæ inuisibilis. Vide
Luthero-cal. p. 3. q. 55.

QVÆSTIO XXIII.

*Qualis Panis & Vinum sint MATERIA Eu-
charistiæ?*

XXX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINIANI Panem fer-
ment tū sibi deponunt, cum Græcis Schis-
maticis. Vide *Luthero-c. p. 3. q. 56.*

CHRISTVS. At, Mat. 26. *Prima die
Azymorum, feria V. Luna IV. vesperi,
accesserunt discipuli dicentes: Vbi vis pare-
mus. &c.* Sic Mar. 14. *Prima die azy. quando
Pascha immolabant.* Luc. 22. *Venit dies azy.
in qua necesse erat occidi Pas. h.*

2. Ac ne feriam VI. Lunam XV. pu-
tes ferotinam, ideo ait Ioan. 13. *Ante di-
em festum,* sc. Luna XIV. Et post die
clamabant: *Non licet nobis inte. fi. ere,* sc.
ob festum Lunæ XV. quo Pascha bo-
um, ouiumque immolandum: ideo nec
Prætorium intrarunt Ioan. 18. *Vnum di-
mittam vobis in Pascha, ipsa XV. Luna.*

3. Hisce consentiunt S. Patres om-
nes recti corde. Atqui cum initio feriæ:

VI. quod dabatur vesperi feria V. Pa-
scha manducaui, & continuò post in-
stitui Euch. in ferm.

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI sentiunt, Vinum posse misceri aquæ;
at non ex debito, seu præcepto: factò tamen non mi-
scent in Cœna.

CALVINIANI aquam etiam dirè execrantur
in Cœna.

CHRISTVS. Ego verò ipse in Cœ-
na sacra, calicem vini aquâ permiscui;
etsi nullum id verbum scriptum, Tra-
ditum tamen testatur, in Liturgia Iaco-
bi, in Const. I. 8. Clementis, &c. & om-
nis retrò continuata ætas, & S. Patrum
harmonia. Vide *Luthero caluin. par. 3.
q. 57.*

QVÆSTIO XXIV.

*Ancerta Verborum FORMA conficiatur Sa-
cramentum? Et ab alio, quam
Sacerdote?*

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI aiunt; Sed ore & voluntate Christi
per Ministrum; non ore Sacerdotis vi iusionis
Christi &c.

CALVINIANI negant: sed verbum concio-
natorium, aut Institutionis Recitatorium ex
I. Cor. II. requirunt. Quòd hæc verba velint ad
instruendum populum historia recitari; non
ad benedicendum Panem ac Vinum. Vide *Lu-
thero-c. p. 3. q. 58.*

CHRISTVS. At Ego, I. Pronuncia-
ui hæc: *Hoc est enim Corpus meum: Hic est
enim Calix Sanguinis mei.*

2. Hisce Consecraui: quia dicta ver-
ba ea statim esse vera oportuit, Idque
esse, quod affirmant.

3. Volui eadem repeti, iisdemque cõ-
secrari. & id per os Sacerdotis; non per
solam

K 3

solam voluntatem meam: *Hoc facite*: sic volo, sic iubeo, vos *facite* ritu tali sensibili, hoc sacramentalis; non sola voluntate mea, hoc est modo miraculoso, & non sacramentali sensibili.

4. *Hoc vere facite*, non historice solum recitate, non solum predicare, *manducate*, non solum Credite fide excitata. Ita omnis retro posteritas *Facit*, *Fecit*, *Facit*: nil *Fingit*. &c.

XXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHER. Baptizatus omnis potest administrare Eucharistiam; at ob confusionem ordinis ecclesiastici non vulgandum.

CALVINVS id præfractè negat.

CHRISTVS. Ego præcepi, *Hoc facite*, cunctis quidem Christianis sc. *manducate*, & *bibite*: at solis Apostolis, *Benedicite*, *Frangite*, *Distribuite*.

1. Cùm enim Sacramenta conficiantur in persona mea, ideo nil is facit, cui Ego non id commisi. Vnde Lucas; qui solus scribit, *Hoc facite*; solum præmiserat, *Accipit*, *benedixit*, *dedit*: quasi dicat, *Hoc*, quod solorum est Sacerdotum *facite*. Quia autem ego ipse manducaui & bibi; ideo & vos *manducate* & *bibite* sub eodem præcepto.

2. Quia si omnibus mandassem; benedicere & distribuere omnes tenerentur: quod per absurdum foret: ideo nunquam sic vsquam intellexit Ecclesia. Quare solos attinet Sacerdotes mandatum hoc.

QVÆSTIO XXV.

Quali cum Effectu, & Preparatione Communicatur?

XXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS: Preparatio optima est, ante retroque scaturere peccatis: Effectus Remitti peccata: Indignitas accedendi est, vacare culpa. LUTHERANI Remissionem pec. credunt, cætera rejiciunt.

CALVINVS variat, eadem asserendo; & negando. Vide *Luthero. c. p. 3. q. 60.*

CHRISTVS. 1. At ego, *Ioan. 6.* assero, ad vitam sumi panem cœlestem nutriendam ac conseruandam. Et aduersarij fatentur me loqui isthic de spiritalis manducationis effectu. etsi de symbolis agi pernegent. At *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*. Id quod externæ species attestantur. Cibus verò mortuis dari absurdum.

2. Deinde Eucharisticæ Figuræ præmonstrarunt idem: vt Elus agni, *Num. 9. & 2. Paral. 30.* à purificatis solum vescendi. Item panes propositionis: *1. Reg. 21.* Carnes sacrificiorum, *Leu. 22.* qui pollutus edebat, peribat anima eius de populo.

3. Et vero ideo, *Ioan. 13.* Laui pedes discipulorum prius, quam Synaxim adirent. Sic *Luc. 15.* Filius prodigus ante pœnitebat reconciliatus patri. Carens veste nuptiali, *Mat. 22.* eiectus è nuptiis dire punitur.

4. Hinc Apostolus, *1. Cor. 10.* *Vnus panis, & unum Corpus multi sumus, qui de Vno Pane participamus*. Eò, quod Eucharistia solum profit vnitis in Charitate viua membris. Proinde, *1. Cor. 11.* *Probet seipsum homo, & sic de Pane illo edat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi man. & bibit*. Neque probatus is censetur, qui solum credit; sed quem expiatum non arguit conscientia; qui que seipsum iudicauit.

—o—o—

QVÆ.

QVÆSTIO XXVI.

An Christus in quaque specie sit totus? An
Vtraque sit vi Præcepti su-
menda?

XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS ait, negatque: Lutherani plures aiunt,
prudentiores quæstionem dissimulant: Vbi quita-
rij coguntur asserere.

CALVINISTÆ Vident & execrantur Con-
comitantiam. Vide *Luthero-caluin. par. 3. quæstion.*
61.

CHRISTVS I. Dixi, Ioan. 6. *Qui
manducat ME, viuet propter me. EGO sum
Panis viuus qui.* &c. at non manducor ni-
si in specie panis: ergo in hac totus ad-
sum.

2. Præclarè verò de me meus, 1. *Ioan.*
4. *Omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo nõ
est; & hic est Antichristus:* at soluunt, qui
Concomitantiam abnegant.

3. An non verissima hæc, *Hoc est Cor-
pus meum;* Rom. 6. *Christus resurgens ex
mortuis, iam non moritur:* Quocirca viuen-
tine esse Animam Corpori oportet.

4. An non, *Ioan. 1. Verbum Caro factum
est:* Num igitur sola caro absque anima?
Quare nec & solum *Hoc est Corpus me-
um* in anime, An non sic *Verbum Caro fa-
ctum est,* vt in naturis duabus vna sit Per-
sona in hypostatica Vnione inseparabi-
li? Et verò ea prima sunt fidei summaq;
principia Christianæ.

XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS, & quidam pauci, permissam & alteru-
triam, & vtramque dicunt sæpe; sæpe negant vt potio-
res.

CALVINISTÆ cum his. Vtramque præce-
ptam esse volunt.

CHRISTVS I. Sicut plures præ-
iere Typi de Vna specie; de Vtraque
pauciores: Ita Ego *Ioan. 6.* quator de

Vna meam prodidi Doctrinam:

1. *Qui manducat me, viuet propter
me.*

2. *Qui manducat hunc Panem, viuet in
æternum.*

3. *Si quis manducauerit ex hoc Pane,
viuet in æternum.*

4. *Hic est Panis de cælo descendens, vt,
si quis ex ipso manducet, non moriatur.* Hæc
Doctrina mea.

2. Exemplum simile, *Ioan. 6.* Panes
multiplicauit; turbam saturauit, Potum
nec dedi, nec procurauit. Item, *Luc. 24.*
peregrinos in Emaus vnâ solâ Commu-
nicauit. Vbi sane Mysterium subesse
mea declarauit panis Acceptio, Bene-
dictio, Fractio, & Distributio: tum et-
iam Effectus illuminationis miraculo-
sus. Vnde rectè multi S. Patrum asse-
runt S. Synaxin peractam esse: Alij Eu-
charistiæ fructum à me in figura demon-
stratum fuisse existimant. Pingunt, qui
intellectionis figuram hic somniant.

3. Doctrina, Vtusque Apostolorum
in vna est manifestus, *Act. 22. Erant per-
seuerantes in Doctrina Apostolorum, & Com-
municatione fractionis panis, & oratione.* V-
bi non de sacrificio Apostolorum, quasi
sub Vna sacrificasset; sed quid populus
egerit, describitur: In populo autem fi-
delium tunc multi erant Nazaræi, qui
vino abstinere sinebantur.

QVÆSTIO XXVII.

An sola MISSA sit proprie dictum
Sacrificium?

XXXVI.

XXXVI. ANTICHRISTIANISMVS. In hunc sensum consensus inuadit S. Pa-

LVTHERO-CALVINISTÆ pernegant. Vide
Luthero. c. p. 2. q. 68. & c.

CHRISTVS, I. Ego in SACRA COE-
NA Meipsū ipse Obtuli, Offerriq; iussi,
Hoc facite, vsque ad consummationem
sæculi: & sic *Ecce Ego vobiscum sum* in iu-
gi sacrificio mundo. Atqui hoc est pro-
priè dictum sacrificium fecisse, & insti-
tuisse. Ergo Eucharistia est illud, seu Mis-
sa. Ego vere sacrificauī; quia pane &
vino sum cum benedictione. & c. vsus
secundum Ordinem Melchisedech,
Sacerdotis offerentis Deo.

II. Vtus sum verbis præsentis tempo-
ris, Luc. 22. *Datur*: 1. Cor. 11. *Frangitur*;
Luc. 22. *Effunditur*, Matt. 26. *in remissio-
nem peccatorum*. Hæc non sunt *Manduc-
care, bibere*; sed *Sacrificari*: Idque tunc In-
cruentè, quia in præsentī & continenti:
Item & postea, sed Cruentè, *Tradetur,
Effundetur*.

III. *Quod pro vobis frangitur*: At Chri-
stum frangi non conuenit, nisi in specie
panis: Vt Isa. 58. *Frangere esurienti panem*: 1.
Co. 10. *Panis, quē frāgitur*. Act. 2. *Frangere
panem circa domos Panem*. Itaque in S. Cœ-
na Me prius obtuli sub speciebus vt Sa-
crificium: dein me dedi manducādum,
vt Sacramentum.

IV. IN TYPICIS Sacrificijs, præfer-
tim victimis prius immolabatur; dein
participabatur, Caro manducatione,
sanguis asperione; panis & vinum sum-
ptione: At in S. Cœna sub speciebus
Ipsissimus ineram Totus corpore & lan-
guine; dedique Me manducandum &
bibendum: Quare prius immolasse me
oportuit, sed incruentè: Et *Hoc facite*, sc.
vtrumque offerendo, dein Monendo.

trum.
V. Meo cum SAMARITANA collo-
quio prædixi idem, Ioa. 4. *Veri Adoratores
Adorabunt in Spiritu & Veritate*, id est. Sa-
crificabunt.

1. Quia schisma Iudæorum & Sama-
ritanorum, quod hi in monte hoc Gari-
zim adorauerunt, id est, sacrificauerunt: Et
vos, Iudæi, dicitis, quia Iero. est locus, vbi Ad-
orare oportet, id est, sacrificare. Ita lo-
quebatur Abraham, Gen. 22. *Postquam
Adorauerimus, reuertemur*. Sic Ioan. 12.
*Gentiles ascenderant, vt Adorarent in die Je-
sū*. Act. 8. *Eunuchus venerat Adorare in Ie-
rus.*

2. Quia Nunquam fuit Iudæis licita
Adoratio, nisi in loco deputato vnica
ratione Sacrificij: Cū autem de hoc
esset schisma, & scemellæ sermo; meam
quoque responsionem de eadem Sacri-
ficiali Adoratione fuisse necesse est. Ce-
teroque responsum non fecisset tan-
quæstioni. At dixi, *Mibi CREDE*, quia
venit hora, quando neque in hoc monte, neque
Ieros. Adorabitur: sed in OMNI LOCO, iuxta
Malach. 1. *Offerretur Nomini meo Oblati-
munda*.

3. Dixi, *In Spiritu*; quia, *Spiritus est qui
uiuificat*, Ioan. 6. *sola mortua caro non pro-
dest quicquam*. Vbi verè Petrus; *Verba
ta habes*: qualia sunt mea Consecratio-
nis: *Et Veritate realis vereque præsentis
Corporis & Sanguinis mei*.

4. De Noua Adoratione Sacrificiali
dixi: *Veni hora*, incipientis à Meipso Sa-
crificialis Adorationis, *Et nunc est*: Ecce
ego adsum: *Hoc est enim Corpus meum*: *Hoc
est enim Calix Sanguinis. &c.*

5. Sermo totus erat de Adoratione

externa; non de interna simplice, aut bonis operibus: quia illa fuerunt ante in lege naturæ & Moyſis. Ita recte S. Patres docuerunt.

VI. APOSTOLVS, I. Cor. 10. v. 15. de altari triplice meminit, Gentilium, Iudæorum, Christianorum. Iubet, *Fugite ab idolorum cultura. Nolo vos socios fieri mensæ demoniorum.* Quare?

1. Quia *Calix benedictionis, cui ben. nonne Com. Sang. Christi est? & Panis. &c.* Ecce Sacrificium consecratorium: Nunc esse Sacramentum participatorium: *Non potestis calicem Domini bibere, & demoniorum: Non potestis mensæ Domini participes esse, & demoniorum.*

2. Quia *Videte Israel: Nonne, qui edunt Hostias, participes sunt Altaris?* Participare de altari, est de sacrificio participare: at Christiani participant de Mensa mea: ergo & de Sacrificio meo.

Item Heb. 7. *Translatio Sacerdotio, necesse est ut Legis translatio fiat; ut facta est à Naturali ad Moſaicam; ab hac ad Christianam: similiter & Sacerdotiū ac sacrificium triplex est, Naturale, Legale, Christianum.* Quare ubi est peculiaris Lex, ibi & Sacerdotium & sacrificium est peculiare: at Christiana est peculiaris lex: ergo & sacrificium. Vide *Becani Manuale c. 10. arg. 4.*

VII. PROPHEſIÆ d'ctis meis, Institutoque sacrificio nouo præcinerūt. Vnde meus S. Aug. ep. 49. q. 3. *Nostrum, ait, sacrificium non solum Euangelicis, sed etiam prophetis libris demonstratum est.* vt, I. Reg. 2. prædicitur Heli cessaturum sacrificium Patrum eius, cum surget Nouus Sacerdos: id est, Christus. Prou. 9. *Sapientia edificauit sibi domum.* &c. Isa. 19. Co-

gnoscens Aegyptij Dominum, & colent eum in hostijs & muneribus. Et verò, Dan. 8. & 12. proditur Antichristus *Iuge Sacrificium sublaturus: teste Apoc. 13. Malach. 1. In omni loco sacrificatur, & offertur Nomini meo Oblatio munda: Quia magnum est nomen meum in gentibus.* De hoc in *Lutherocalum. p. 3. q. 72.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Missa sit Sacrificium Propitiatorium, & Imperatorium?

XXXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

L'VTHERO-CALVINISTÆ propitiatorium esse negant.

CHRISTVS. Est vel maxime Propitiatorium inde ab Institutione sua.

1. Ego dixi: *Hic est Sanguis, qui pro vobis funditur in REMISSIONEM peccatorum.* Hoc vt in mea sacra Cœna iam tum in præſenti, *Funditur*, verum fuit: sic & est, eritque in Missa.

2. Eoque magis, quod Missa est sacrificium applicans promissiones Noui Test. Ideo enim Luc. 22. appellauit *Nouum Testamentum*: at inter huius promissiones vna est de Remissione pec. teste *Ierem. c. 32. & Heb. 8.*

3. Hinc meus ait, Heb. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, que sunt ad Deum, ut offerat dona & Sacrificia pro peccato.*

4. Ideo ex contrario infert: Hebr. 10. *Vbi est horum remissio iam non est Oblatio pro peccato, quasi dicat, vbi nondū facta est remissio; ibi adhuc relinquitur Hostia pro peccato: Atqui remissio perfectè completa nondum est facta; sed fit*

L quo,

quotidiè vsque ad consummationem
sæculi.

3. Quid? In lege Naturæ & Moyſis
fuiſſet Propitiatoria; & in Chriſtiana
lege ea deſiderarentur? Job. c. i. quoti-
die ſacrificabat pro peccatis libero-
rum. Et vt pro amicis Deum propitia-
ret, ca. vlt. iuſſit ipſe Deus. Quæ ſacrifi-
cia, *Leuit. 5. & 6.* varia, cum typica fue-
rint Chriſtiani, quanto magis hoc eſſe
propitiatorium oportet? Et ea propitia-
bant, non ex ſe, ſed reſpectu ſuo ad ſacri-
ficium Crucis; quo efficacius Chriſtia-
nū, in quo ſum Ipſe propitiatio veſtra?

XXXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ eſſe Impetrato-
rium negant.

CHRISTVS. Meum, inquam, Sa-
crificium Miſſæ eſt vel maxime Impe-
tratorium.

1. Cū inter Orationes, quas iuſſi,
locum facilè principem obtineat. Hoc
meus voluit, qui, *1. Tim. 2.* Suadet fieri
in Eccleſia Obſecrationes, poſtulationes, oratio-
nes, gratiarum actiones pro omnibus. Et rectè
ſic expoſuerunt eum S. Patres.

2. Idem Typi in Veteri Teſt. docent
de Hoſtijs Pacificis, *Leu. 7.* Dauid, *2.*
Reg. vlt. pro auertenda peſte obtulit pa-
cifica: Onias, *2. Mach. 3.* pro ſalute He-
liodori. *Eſd. 6.* pro vita Darij. Enimvero
Ego ſum pax veſtra.

IV. DE POENITEN-
TIA.

QVÆSTIO, XXIX.

An Penitentia ſit verè Sacramentum?

XXXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS cum ſuis principio negarunt: dein af-
ſeruerunt.

CALVINVS cum ſuis pernegant. Vide *Luthe-
ro cal. p. 3. q. 80.*

CHRISTVS. Ego vero aſſerui, &
aſſero eſſe Sacramentum: Ioan. 20. *Ac-
cipite Sp. Sanctum, quorum remiſeritis pecca-
ta, remittentur eis. Et quorum retinue-
ritis, retenta ſunt.* Hic nil abeſt eorum, quæ ve-
ro ineſſe Sacramento debent.

I. SIGNVM Externum: *Remiſeritis:* Re-
mitti verò ſibi peccata nemo intel-
ligit, niſi per ſignum, ſeu Ritum: vocis Tum
Abſoluentis: *Ego remitto;* ſeu, *Et in eo ſibi.*
Ec. Tum pœnitentis; Non enim remi-
ti peccata debent aut Nolentibus, aut
niſi ijs, qui peccata ſe habere confiten-
tur, ſibi que diſplicere teſtantur. Tales,
*Act 19. Qui crediderant, veniebant confiten-
tes, & annunciantes Actus ſuos.* Idem que
promulgatum eſt, *Iac. 5. Conſitemini al-
terutrum peccata veſtra; ut ſaluemini.*

II. PROMISSIO gratiæ: *Remittuntur*
eis; idque poteſtate Iudicaria; non An-
nunciatoria. Quippe hic ego dedi pote-
ſtatem Clauium; non Prædicationis.
Vnde rectius Patres interpretati ſunt
idde Fidelium peccatis remittendis in
pœnitentia: non de Infidelium remitte-
ndis peccatis in baptiſmo. Atque de
fidelibus iudicatur: Nam *1. Cor. 6. Quid*
ad me de his, qui foris ſunt, iudicare?

III. MANDATVM liquet ibidem.
Nam ideo Ritum dedi, & gratiam pro-
miſi, quod vſum eorum vigere volo, &
durare vsque dum purgatione eger Ec-
cleſia *Luc. 13. Niſi enim penitentiam geri-
tis, ſimiliter peribitis,*

IV. FOR-

IV. FORMA liquet ibidem: *Remitto tibi peccata tua*: Velex Mar. Absoluo te: *Quacunque solueris super terram, &c.* Sicut ex illo: *Baptizantes eos in Nom. &c.* forma petitur ista, *Ego te baptizo.*

V. MATERIA Essentialis est in pœnitente Actio Contritionis & Confessionis: Integrans est, Actio satisfactoria. Cum igitur adsint Pœnitentiæ, quæ ad Sacramenta requiruntur; ipsum verè Sacramentum esse necesse est. Vide plura in *Luthero-calvin. par. 3. question. 80.*

QVÆSTIO XXX.

Quæ sunt Partes Pœnitentiæ Essentiales?

XL. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINISTÆ Essentiales partes constituunt Memoriam reditum ad acceptum baptismum; & Absolutionem. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 81.*

CHRISTVS 1. Dixit meus, qui me dilexit: *1. Ioan. 1. si Confiteamur peccata nostra*; non, si respiciamus ad baptismum: *Fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos.*

2. Dixit Vas electionis: *Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, sc. per baptismum, ut bene S. Patres; & prolapsi sunt, rursus, repetito & iam mente baptismo, renouari ad pœnitentiam baptismalem*: At vero ad aliam Sacramentalem etiam plus *septuagies septies* possibile est renouari. Ratio. Vnum enim est fundamentum fidei & Ecclesiæ, ianua vna Baptismus: oportet esse *Non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ baptismalis*:

Qui non intrat per Ostium baptismi, ille fur est infidelis: Ioan. 10. Qui autem intrat per Ostium, ille vocem meam audit Doctrinæ docentis per Ecclesiam, & pascua inueniet Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Confirmationis, &c.

3. Neque Petrus Simonem baptizatum, ac relapsum in peccata, *Act. 8.* remisit ad memoriam baptismi: Nec, *1. Cor. 6.* incestuosum Paulus: sed ad Pœnitentiam, tabulam secundam post naufragium.

4. Nihil vsquam in S. Scriptura, vel in Ecclesia Dei reperitur doctum tale, de memoria baptismi.

XLI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI Hi Absolutionē sō a esse partem Essentialē volunt Pœnitentiæ: Isti duas, Ritum visibilem, & Verbum Absolutionis.

CHRISTVS S. Ego verò duas solas institui, Confessionem, & Absolutionem, *Ioan. 20.* ceu supra liquet. Cum enim Sacramentum voluerim esse signū visibile inuisibilis gratiæ, statui ad signū externum Confessionis peccata remitti cum signo externo sc. Absolutionis; aut, isto non apparente, peccata retineri, cum signo Absolutionis item negato. Ut pœnitentes ab impœnitentibus dignoscantur: & illi plus *septuagies ignoscatur*: hi verò *sint tibi sicut ethnicus & publicanus*. Est autem Sacerdos primarius Operarius meus, per Claves Absolutionis; huius vero Cooperarius est Confitens per actum sinceræ & contritiæ humiliatio- nis; ad exemplum Publicani stantis retrò; & Magdalenæ lauantis pedes meos lacrymis; & respecti à me Petri flentis amarè.

* *

L 2

QVÆ-

QVÆSTIO XXXI.

Quæ sint Partes Pœnitentiæ Materiales:

XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI Alij duas aiunt, Contritionem & Fidem. Alii tertiã addunt Nouam obedientiam, seu Opus bonum.

CALVINIANI duas, Mortificationem veteris hominis & vitiorum; ac Viuificationem per fidem. Vide *Luthero-cal.p. 3. q. 8. 4.*

CHRISTVS. I. TERROR ex minis Legis non est Contritio, aut Mortificatio, nec pars Pœnitentiæ. Nã, 2. Cor. 7. *Quæ secundum Deũ est Tristitia, Pœnitentiã in salutem stabilem operatur.* Tristitiam hic vocat pudorem & molestiam cogitantis adire pœnitentiã, vt Motiuum ad hanc motiuum verò ad rem pars rei non est. Vnde ibidem ait; *Gaudeo, non quia contristati estis ex pudore humano; sed quia contristati estis ad Pœnitentiã, id est, de fructu tristitiæ gaudeo qui est impulsio, accessioque ad Sacramentum.* Vide q. sequentem.

II. FIDES non est pars Pœn. et si prœquiratur.

1. Nam *Mat. 1. Pœnitentiã agite, & Credite Euangelio. Act. 20. Testificans Iudais & Gentilibus in Deum Pœnitentiã, & Fidem in Dominum Iesum.* Vbi sanè clara fit distinctio fidem inter & Pœnitentiã.

2. Fides prœt Pœnitentiã, & gignit. *Ionã 3. Crediderunt primum Niniuita in Deum, & deinde pradicauerunt ieiunium, & induti sunt saccis.*

III. Non sunt pars pœnitent. omnia Opera bona, quæ post iustificationem

fiunt; sed fructus sunt digni pœnitentiã.

IV. Nec Mortificatio & Viuificatio Calviniana sunt partes. Quia & illa sunt fructus pœnitentiæ, ipsaq; Iustificatio: atqui hanc prœcedit pœnitentiã. *Ezech. 18. Si pœnitentiã egerit impius; iniquitatum eius non recordabor. Dixi Luc. 13. N. Si pœn. habueritis, omnes similiter peribitis. Luc. 24. Oportet pradicare pœn. & remissionem peccatorum.*

V. Contritio, Confessio & Satisfactio, sunt partes Pœnitentiæ illius, quæ ad remissionem peccatorum in Sacramento ordinatur: Alioquin pœnitentiã virtus, est simplex, partium nescia. Ad Pœnitent. sacramentum igitur pertinet, I. Contritio. *Isaël. 2. Secundite corda vestra. Pl. 50. Cor contritum & humiliatum Deum non despicies.*

2. Confessio *Num. 5. Vir siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accideri, Confitebuntur peccatum suum. Mat. 3. Baptizabantur ab eo confitentes peccata sua. Act. 19. Multi Credentes ueniebant, Confitentes & annunciantes actum suos.*

3. Satisfactio per opera laboriosa, 2. *Eld. 9. Conuenerunt filij Israel in ieiunio, & saccis, & huius super eos: & Confitebantur peccata sua. Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime. Mat. 11. Olim in cinere & cilicio pœnitentiã egissent.*

4. *Dauid, 2. Reg. 24. percussit cor suum: en Contritio: Et dixit ad Dominum: Peccavi valde in hoc factò: en Confessio: Porro en satisfactio: sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egimus. &c. Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Publicanus, Luc. 18. Contritus non audebat oculos tenere in calum: Confessus,*

ait:

ait: *Deus propitiuſ eſto mihi peccatori: Satisfaciens tundeſt peccatuſ. Prodigiuſ, Luc. 15. Cõtrituſ factuſ deteſtabatur: confitens ait, Pater, peccavi in cœlum: & corã te. Satisfactuſ ait: Fac me ſicut unum ex merce nariis tuis.*

QVÆSTIO XXXII.

Contritio an ſit Actio libera, Evangelica, parſque Pœnitentiæ?

XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI, eam aiunt eſſe Terrorem ex ceſſit, & Legis miniſ: Pr. inde eſſe coactam Paſſionem, non Actionem liberam; Non opus bonum, quiſ ſpoliat. omni opere bono: ac pertinere ad Legem, non ad Euangelium:

MOLLES contra & CALVINISTÆ docent cum Catholice Orthodoxis.

CHRISTVS, Speculuſ veræ Pœnitentiæ mea præbuit Magdalena; quã & verbis ipſe teſtatuſ ſum luculentè, Luc. 7. *Dimittuntur ei peccata multa* (Auctoritate mea non vilius virtute Sacramenti, nondum adhuc inſtituti.) *Quoniam DILEXIT multum*: Non, quoniam fuit paſſa terrores: ſed merito ex amore.

2. Iacobi 1. *Nunquid & demones credunt, & contremiſcunt*, ad latam ipſiſ pœnalem legem. Neque tamen idcirco pœnitentiæ contritionem habere cenſendi ſunt.

3. Ter, & verè teſtatuſ eſt Petruſ mihi: Ioan. 21. *Tu ſcis Domine, quia amo te*: Idemque ſemper imperterrituſ egit; niſi quando, Mat. 14. *cœpit mergi*; At *Modice fidei*: Et ancillæ ad vocem terreri, immemor ſui, Mar. 14. Ecce terror eum in peccatuſ negationiſ traxit: Amore autem mei ſuiſ conuerſuſ fleuit amarè.

4. Phariſæi quantos Legis terrores aut ſentiebant, aut præſerebãt hypocritæ: eos tamen Contritionem dixerit

nemo, niſi ſimiliſ ipſiſ aut deterior. Nec Regiſ Balthaſar ex conſcientiaterrore ad viſæ manuſ apparitionem, Contritio fuit: Dan. 5. &c. Nec Iudæ terror conſcientiæ ex læſæ memoria Legis quintæ in Decalogo.

5. Parumne clarè Dauid vim debitam aſſerit Contritioni, Pl. 50. *Cor contritum & humiliatuſ Deuſ non deſpicies*: atque Iſaias Dominuſ: *Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculuſ, & contrituſ ſpirituſ, amore læſi Dei, & deinde etiam tremenſem ſermone ſ meoſ pœnaloſ*, Pl. 35. *Prope eſt Dominuſ iſ, qui tribulatoſ ſunt corde.*

XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio eſt Paſſio coacta, non Actio libera.

CHRISTVS. At ego inquam, Mat.

3. *Penitentiam AGITE*, Ioel c. 2. *ſcindite corda veſtra*. Pauluſ Act. 17. *Annunciat hominibuſ, ut omneſ ubique Pœnitentiã AGANT*. Imperatur, quod agamuſ, & agere poſſumuſ. Vide *Luthero-calu. par. 3. q. 85.*

XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio pertinet ad Legem, non ad Euangelium.

CHRISTVS. Ego dico, Mat. 4. *Penitentiam agite; appropinquabit enim regnuſ calorum*. Ego Luc. 5. *Non veni vocare iuſtoſ, ſed peccatoſ ad penitentiam*. Ego, Mar. 6. mittens Apoſtoloſ prædicatuſ, prædicare pœnitentiã iuſſi: Meque explicauit poſt reſurrectionem, Luc. ult. *Oportet prædicari Pœnitentiã, & remiſſionem peccatoruſ in omneſ gentes*. Petruſ, Act. 5. verè dixit, *Me exaltatuſ à Patre, ad dandã Pœnitentiã Iſraeli*. Quin, Act. 11. *Ergo & Gentibuſ Pœnitentiã dedit Deuſ ad vitam*.

Hocque prædicauit, Act. 20. *Viſ electio-*

tionis, *Act.* 26. Et quisquam adhuc Contritionem ad Euangelium pertinere negabit?

2. Ego, *Ezech.* 36. Israeli promisi Test. Noui nouum spiritum, & cor carneum pro lapideo; malleumque conterentem petras, *Ier.* 23.

3. Lex vetus hoc differt à Noua, quod nō habeat promissionem gratiæ: Nam, *Gal.* 2. *Si ex Lege esset iustitia, Christus gratis mortuus esset.* *Rom.* 4. *Qui operatur, ex Lege, habet gloriam; sed non apud Deum.* At verò, 2. *Cor.* 3. *Idoneos Nos fecit Ministros Noui Test. non Litera, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus a. viuificat.* *Nā, Pl.* 50. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus.* *Ezech.* 18. *Si impius egerit penitentiam, vita uiuet.*

4. Lex solum terreret; non Euangelium? Et vero hoc longe horribilius terret illa, minaturque gehennas. *Mat.* 3. *Cuius ventillabrum in manu eius. &c. paleas autem comburit igne inextinguibili.* Sic passim comminor gehennas, vermes immortales, Tenebras exteriores, stridorem, supplicia, &c. *Non erubescio Euangelium: Virtus enim Dei est in salutem omni Credenti. &c. Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem & iniustitiam. &c.* Atque tantò minus spoliatur bonis operibus hominem Contritio, vt quidam errare malunt inimici crucis.

QVÆSTIO XXXIII.

Contritio Vnde, Qualis, Quanta esse debet?

XLVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANVS Kemnitius affingit Conc. Tridentino, quod stabiliat Pelagianismum, ac doceat Nos à peccatis liberari, non Dei gratiâ, sed nostris meritis.

LUTHERANI tamen omnes & Calviniani in hoc consentiunt nobiscum.

CHRISTVS. *Dixi, Mat.* 18. *Si quis Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* At Vniuersalis Ecclesia mea in Conc. Tridentino definiuit ac sapius stabiliiuit istud: Contritio seu Pœnitentia est Donum Dei, nec potest sine speciali gratia obtineri. Teste verbo factoque meo. Nam, *Luc.* 22. Me negauit Petrus tertium; nec resipuit, donec ego conuersus respexi Petrum: & fleuit amare. Pulchrè S. Amb. lib. 10 in *Luc.* Quos Iesus respicit, plorant delictum. Negauit Petrus, & non fleuit; quia non respexerat Dominus. Negauit tertio, & respexit Iesus, & ille fleuit amare. Ita *Ezech.* 36. *Auferam vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum; ecce Deo opus ac donum.* Ita *Tim.* 2. *Ne quando det illis Deus poenit. & resipiscant à diaboli laqueis.*

XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS solus negat odium peccati præteritis penitentia includi; nouam vitam si fieri solem.

Contradicunt ei cæteri Lutherocaluinistæ omnes.

CHRISTVS. Ego verò, *Matth.* 23 & alibi sapius Scribarum ac Phariseorum coarquo peccata. Sic & *Act.* 7. *Stephanus. Act.* 13. *Paulus. Act.* 2. & 3. *Petrus. Sc Deus, Gen.* 3. *Quare hoc fecisti? Gen.* 4. *Cayn quid fecisti?* Sic Prophetæ omnes in memoriam reducunt peccata. Plena exemplorum scriptura est. *Magdalena, Luc.* 7. *vetera peccata defleuit. Luc.* 19. *Zachæus pro præteritis satisfecit.*

XLVIII.

XLVIII. ANTICHRISTIANISMVS.
LVTHERVS & CALVINISTAE negant esse
 Contritionem necessariam remissioni peccatorum.

LVTHERANI potiores affirmant Non
 bificum.

CHRISTVS. At primam, vt maxime necessariam, Prophetæ, Baptista, Ego, & Apostoli prædicauimus penitentiam; à qua abesse nequit Contritio. Apoc. 2. *Poenitentiam age, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi cito. &c.* Ezech. 18. *Proiecite à vobis prauitates; & facite vobis cor nouum.*

2. Ita mandauit; *Poenitemini*: proinde quin necessaria sit Contritio, dubitare nefas. Nam, Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.*

3. Væ dixi impœnitentibus. Mat. 23. *Quoties volui congregare filios tuos. &c. & nolulistis?*

XLIX ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ fingunt à Papiſtis requiri contritionem simpliciter Perfectam iræ Dei æqualem: quæ, vt impossibilis, adigat homines ad desperationem aut hypocriſin.

CHRISTVS. Verè Pfalter, 89. *Quis nouit potestatem iræ tuæ; & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Inſinitæ iræ nulla humana contritio finita potest æquari: proinde nec vnquam præcepta fuit. Sat mihi, vt Diligi, Sic & conuerti in toto corde. 2. Par. 30. *Dominus bonus propitiatur cunctis, qui in toto corde requirunt eum.* Velle tuum postulo totum; Sentire tuum da, quod vel habes, vel accipis plus minusue Penſo ego, ex quanto, non quantum dolea. Ideo Ita. 30. *Quo momento reuerſus in gremio matris filius eris. Nã, Eccl. 1. Facile est in concilio Dei subire bonitatem.*

re pauperem. Ita dole, quantum tibi posse videris, exemplo Dauid, Petri, Magdalena. &c.

QVÆSTIO XXXIV.

Effectus Contritionis an sit Remissio peccatorum etiam solum cum Voto Sacramenti?

L. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant: Aiunt Lutherani, vt Kemnitius.

CHRISTVS. Experta secus Magdalena est, Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa, Quoniam dilexit multum, ex, & cum qua fluxit Contritio iustificans, & dilectionem testificans.* Sic Daniel c. 4. *Peccata tua elemosynis redime.* Tob. 12. *Elemosyna à morte liberat; & ipsa est, qua purgat peccata.* Quæ de elemosynis penitentium accipi oportet: nam ijs iustis remissionem peccatorum redimunt: iniustis nil iuuantur.

LI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ aiunt, ad desperationem, vel hypocriſin homines induci per postulationem perfectæ Contritionis Papiſtica.

CHRISTVS I. Ego verò qualem requisivi Dilectionem ex toto corde, &c. perfectam; talem & Contritionem esse penitentis oportere in Magdalena, cæterisque ad me conuersis peccatoribus, ostendi. Quocirca perinde esse vtraque perfectæ in penitentibus potest; in Voluntate quidem auersa ab peccato, & conuersa ad Deum perfectæ; in Sentu autem inferioris animæ; quanti-

eam humana patitur fragilitas. 2. De tali Moyses, Deut. 30. *Si ductus poenitentiae cordis, reuersus fueris ad Dominum in toto corde, & tota anima tua, miserebitur tui.* Sic & 3. Reg. 8.

3. Ita Niniuitæ contriti se conuertunt; & iram Dei auerterunt. Sic plures. Et ea Contritio fieri momento potest: Adeo, Eccl. 11. *Facile est in oculis Dei subire honestare pauperem.*

LII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ negant Contritionem esse causam remissionis peccatorum; etsi ad eam asserant esse necessariam: Quin nec eam cum Voto Sacramenti causare eandem.

CHRISTVS. I. At verè Pl. 50. *Sacrificium, sc. Propitiatorium Deo Spiritus con tribulatus.* Teste exemplo Publicani, Zachæi, Matthæi, Petri flentis, & Magdalenæ, & ex Saule Pauli. Ionæ 3. *Vidit Deus opera eorum Niniuitarum: quia conuersi sunt de via sua mala & misertus est Deus.*

II. Quin contritio voto Sacramenti remissionem operatur. Vnde Ezech. 33. *Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Ecce, Luc. 15. prodigo reuertenti pater occurrit, osculum pacis offert. Tantum Pl. 31. *Dixit: Confitebor aduersum me iniustitiam meam: Et tu remisisti impietatem meam.*

Nimirum, quia, Prou. 8. *Ego diligentes me diligo:* Hinc, 1. Pet. 4. *Vniuersa delicta operit charitas.* Vnde, 1. Ioan. 1. *Nos scimus: quia translati sumus de morte ad vitam: Quoniam diligimus fratres. Et qui non diligit, manet in morte.*

QVÆSTIO XXXV.

Num qua peccata; quot, quantaque sint irremissibilia Pœnitentia?

LIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI sub initio Pœnitentiam esse Sacramentum negarunt, Deia vela verterunt, & affirmarunt; sed seorsim cum erroribus.

CALVINISTÆ verò negant praefractè. Vide in Lutero-c. p. 3. q. 80.

In quo sunt Nouatiani, negantes grandiora scelera vllâ vnquam expiari Pœnitentia posse. Vide ibid. q. 91.

CHRISTVS. Mea aut Vox euocantis è quibuscunque miserijs est generalis sine exceptione vlla, Mat. 11. *Uenite ad me omnes, qui laboratis, Sub peccatis, & onerati estis grauiamine conscientiarum, & meritatum illade pœnati um: & Ego reficiam vos.* Hæc Inuitatio est ad peccatores.

2. Promissio item mea ad Petrum constat, Mat. 16. *Vniuersalis: Quodcunque solueris super terram, solutum erit & in caelis.* Ad Apostolos, eorumque Successores, Mat. 16. *Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelis.* Ibidem quoque de NUMERO peccatorum: *Non dico usque septies: sed usque septuagies septies.*

3. Exhibitio Promissi à me facta est: Petro, Ioan. 21. *Pasce oves meas.* A postolis omnibus ipsique S. Sacerdotio: Ioa. 20. *Accipite Sp. Sanctum,* (simul insufflavi in eos) *Quorum remisistis peccata,* (sine exceptione) *remissentur eis.*

4. Exemplis constat idem. Act. 7. Stephanus orauit pro ijs etiam, qui restiterunt Spiritui sancto. Petrus, Act. 8. etiam Simonem Magum pœnitentiæ monuit, Paulus, 2. Cor. 2. *Audiat inier*

vos fornicatio, qualis nec inter gentes; ut uxorem patris sui aliquis habeat. Huic tamen correpto ac penitenti condonauit.

5. His adde repetita alius: In Regibus Israel, quis Achabo sceleratior? 3. Reg. 12. In Iuda regno quis peior Manasse? 2. Paral. 33. Poenitentibus tamen uenia obrigit. Et Iudæ proditori eam obtuli ipse, ac sapius.

6. Prophetæ uniuersè clamant, ut Ezech. 18. 33. Nolo mortem peccatoris. Sic Isa. 1. 55. Jer. 18. &c. Ioel. 2. OMNIS, qui inuocauerit Nomen Domini, saluus erit: at omnis serio contritus inuocat Dominum. Hinc, ibid. Inter vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: generatim, Parce Domine, parce populo tuo. Quin & Niniuiti prædicauit Ionas & Rex Ioan. 3. Operiantur sacco homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. Et ego Omnes peccatores suscepi; Quin Agnus sui ac sum Dei, qui tollit peccata mundi, quot, quanta, qualiacunque fuerint.

QVÆSTIO XXXVI.

Contritus ex timore poenæ Seruili, an sit bona?

LIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERSVS. Seruiliis timor hypocrisis facit, augetque peccatum.

LVIHERO. CALVINISTÆ uerò eam adprobant, ut bonam, nobiscum.

CHRISTVS. I. Ego multis studui timorem incutere gehennæ per & minas, & increpationes. Mat. 5. 13. 24. 25. Mar. 9. Luc. 12. Sic & Præcursor meus, Mat. 3. Genimina viperarum, quis uobis demonstrauit fugere à uentura ira? Sic Pfaltes.

7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. &c.

2. Vtilis ille timor est: Nam Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum: cap. 25. est initium dilectionis eius. Isa. 26. A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Mat. 1. Si ego Pater uester, ubi est honor meus? Si Dominus, ubi timor meus?

3. Hinc mandauit, Matth. 10. Timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

4. Hinc eundem timorem inspirat Deum: Rom. 8. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum. &c.

QVÆSTIO XXXVII.

An sit necessaria CONFESSIO de Iure diuino?

LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERANI Vtilem ac necessariam aiunt; negantque:

CALVINISTÆ vllam esse necessariam pernegant, cum Montanistis, Nouatianis, Massalianis, &c.

CHRISTVS. I. Quia nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & uiuat: Ideoque non ueni uocare iustos ad poen. sed peccatores: idcirco hi quoque tenentur iure diuino circumspicere sibi reconciliationem cum Deo. At huic necessarium est unicum illud, post baptismum, Confessionis medium Sacerdoti faciundæ: Quocirca ad hanc teneri iure diuino peccatores necesse est. Atque eâ causâ Iudices constitui Sacerdotes, lapforum reconciliatores. Iudicium uerò nequit fieri, aut fingi, sine præuia causæ cognitione:

M

Quo-

Quocirca ea est per Confessionem explicanda.

II. HAEC equidem istis manifestauit:

1. Promissione Principi soli Apostolorum facta, Mat. 16. *Tibi dabo Claves regni caelorum: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis: & quodcumque ligaueris. &c.*

2. Apostolis vniuersis promissi, Mat. 18. *Quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelis: & quaecumque solueritis. &c.*

3. Exhibitio promissae Potestatis, Ioa. 20. *Accipite Sp. Sanctum, quorum remisistis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt.* Itaque iure diuino tenentur Peccatores sese Deo reconciliare de peccatis, eaque Confiteri; Sacerdotes eadem audire; audita iudicare; iudicata remittere, aut retinere.

III. VSVS APOSTOLORVM solennis sic frequentauit.

1. Act. 19. *Multi credentium veniebant, CONFITENTES & annunciantes ACTVS SVOS. Multi autem ex eis, qui erant acriora sectati, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus.* At Credentes dicuntur post baptismum: ergo Confitentes sunt lapsi post baptismum resipiscentes; Et in specie *Actus suos confitentis*: Idque non solum Deo; sed etiam Paulo. Neque huic facti sic necessario praecessit vlla humana institutio. Quare necessario dandum Institutionem Confessionis a me esse diuinam.

2. DEINDE, 2. Cor. 5. *Dedit nobis, ait deffis me, Ministerium Reconciliationis, & potestatem vobis Verbum reconciliat. Pro Christo ex-*

golegatione fungimur. Atqui verò Legatus ad Regem alteri reconciliandum fungi munere hoc nequit, nisi pernoctat causam vi potestatis sibi factae: vnde alter eam edicere tenetur, ac Legati subicere iudicio.

3. ADHAEC Iac. 5. *Confitemini alterum peccata vestra; Necessitatem isthac testatur adhortatio, ad Confitendum Peccata, Homini.*

4. SIMILITER I. Ioa. 1. *Si Confiteamur Peccata nostra, fidelis & iustus est, ut Remittat nobis pec. nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Non dicit, *Si confiteamur nos peccatores in genere; sed in specie peccata nostra.*

IV. FIGURAE istius ritè praecesserunt: Sicut Baptismi in Arca Noe. in circumcissione; in Transitu maris rubri; in Probatica piscina; in Baptismo Ioannis; in Christi Promissione, Ioa. 3. *Nisi quis renatus. &c.* Figuratum pariter respondit in Institutione, Mat. vlt. *Baptizate omnes. &c.* inque Vsu. Sicut praerunt typi Eucharistici in Oblatione Melchisedech; in Panibus propositionis; in Agno paschali; in Multiplicatione panum; in Promissione Christi, Ioa. 6. Et Res Figurata respondit in Institutione; inque Vsu.

Sic & de Confessione pec. liquent eadem.

Deus eam in lege naturae exegit: In Lege Moysis praescripsit: Ego eam in Euangelio, figuris expressi: Promissum Institui: Apostoli celebrarunt Vsu facti, dicti, scripti.

IN LEGENATURAE, Deus exegit Confessionem peccati, Gen. 3. ab

Adam

Adam & Eva: *Gen. 4.* ab Cayn. Et confessio oris, & peccati specialis; idque coram Ministro Dei angelo sic interrogante non solum cordis, peccati in genere, & coram Deo solo. Atqui & *Sacerdos Angelus Domini est. Malac. 2.*

II. IN MOSAICA. *Leu. 13. 14.* Iudicium lepræ solis creditum est Sacerdotibus inspectoribus, ac iudicibus lepræ. Et ego eam approbavi *Mat. 18. Ostende te Sacerdoti. Num. 5. & Leu. 5.* Confessione addidit Deus, loco Satisfactionis, Oblationem Sacrificij. *Num. 5. Vir, siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini atque deliquerint; confitebuntur peccatum suum, quod fecerunt expresse, habetur in hebraico. Leuit. 5. Agat penitentiam pro peccato.*

Quod si in Vet. Test. instituta Confessio fuit iure diuino necessaria; ubi nulla impendebatur Absolutio: quanto magis in Nouo?

III. IN EVANGELIO. *Mat. 3. Mar. 1.* Accurrentes ad baptismum Ioannis confitebantur peccata sua. *Ioan. 11.* De excitato Lazaro dixi Apostolis; *Soluite eum, in figuram Ministerij instituendi.* Quare *Ecccl. 4. Non confundaris confiteri peccata tua.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An dimissa culpa quandoque poena remaneat temporanea?

LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI cum Lutero affirmant Nobiscum.

CALVINVS cum Lutero & Calvinistis negant. Vide *Luthero-c. p. 3. q. 98.*

CHRISTVS. Nolo. Veteris Te-

stamenti dicta, factaque sat restantur; persæpè temporalem peccatoribus remanere luendam pœnam, culpâ condonatâ.

1. Cùm enim Deus sit idem & non mutetur, semper & Iustus, & Misericors; misericordia tamen super alios iudicium: idcirco licet in culpæ veniâ sit nunc facilior, placatus à me restitutore Amicitia suæ ad nos: tamen Iustitiæ pactum in vtramque stat partem, ad & præmia iustorum, & supplicia peccatorum iustilance diuidenda cuique prout gessit. Hinc *Dauid, 2. Reg. 12.* adulterij, homicidij; culpâ donatâ, pœnas expendit morte filij *Idem, 2. Reg. 24.* ob numeratum populum pœnitens in gratiam recipitur: optio tamen ei facta est belli, famis, aut pestis, in partem pœnæ, idque ad peccatum præteritum luendum; non ad cauendum futurum. Ideo & flebat de peccato ad Satisfactionem; non de futuro ad cautionem.

2. Item *Sap. 10. Sapientia eduxit eum Adam à delicto suo.* & tamen ecce temporalem pœnam, *Gen. 2. morte morieris: Rom 5. Et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt:* peccato originis remisso pœna, tamen subeunda lupereft.

3. Dominus, *Exo. 32.* ob Moyfi preces peccatū adorati vituli dimiserat; multa tamen millia sunt ob id interfecta.

4. Ad preces Moyfi, *Num. 14.* murmuratio populi remissa fuit; in pœnam tamen omnes mori in deserto oportuit, præter Caleb, & Iosuen.

5. Moyses & Aaron suæ ad petram incredulitatis veniam obtinuerunt; nō pœnam tamen euaserunt, quin more-

M 2 tentur

rentur ante ingressum terræ promissæ. Num. 20. Ideo, 1. Cor. 11. ob indignam Synaxin, inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi, ecce pœnam temporariam: Verum à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. ecce remissam culpâ. Propheta, 3. Reg. 13. inobediens voci Domini à leone occiditur in pœnam: licet impetrarit veniam.

QVÆSTIO XXXIX.

Num quæ Opera bona sint Satisfactoria pro reatu pœnæ temporalis?

LVIII ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI aiunt, Pœnis temporalibus commertis per spontaneas pœnas posse Dei manum vindicem præueniri & auerti.

CALVINIANI id pernegant: in meo. Lutheri c. p. 3. q. 99.

CHRISTVS. Atego docui gemina viperarum fugere à ventura ira, Mat. 3. Lu. 3. Idque per prædicatam Pœnitentiam, & fructus dignos pœnitentiæ.

2. Ego Mat. 12. Lu. 11. contra duræ ceruicis viros dixi: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnit. egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus, quam Jonas hic. &c. Unde Pater meus, 2. Paral. 7. Si clusero caelum. &c. & conuersus populus deprecatus me fuerit: ego exaudiam de celo. &c. Dan. 4. Quamobrem consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime. Sic, sic Luc. 21. Fugite à ventura ira, qua superueniet uniuerso orbi. &c. Et tanquam laqueus superueniet in omnes.

LIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI, Castigationes à Deo immittæ vt feren-

da sunt, ita vel susceptæ sponte, vel ab Confessione iniunctæ, ad reatus pœnam temporalem expiandam, temerè sunt & reiciendæ.

CHRISTVS. I. De sponte accersitis, assumptisque pœnis, odio sui & peccatoris, & peccati; amoreque mei imitandi, dixi, me in exemplum proposito, in frumenti grano mortuo humi: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ioan. 12. Quare, Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi Ego sum, illic & minister meus erit. Ego autem passus sum & mortuus, quia Volui. Sic & vos voluntaria in patientia vestra possidebitis animas vestras.

2. Iob. vlt. Insuper, & locutus sum: idcirco me ipse reprehendo, & voluntarie ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Dauid sponte vltimavit fletus, ieiunia, humicubationes, flagella, saccos. Achab iniustus se humiliavit, 3. Reg. 12. Itemque Niniuitæ egerunt ipsi ieiunia, cineres, saccos, fletus, orationes. Ionæ 3.

II. De iniunctis ab Confessione factis dixi Mat. 18. Quæcumque alligaueritis, in seu culpis, seu pœnis, alligata erunt. Quibus igitur sit potestas alligandi culpas, quanto magis & pœnas aliquas? Idque culpis etiam remissis; sc. sic exposcente post condonatricem. Misericordiam iustitiæ Dei.

LX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANVS Melanch. Oratio, Ieiun. Eleem. non sunt opera Satisfactoria, nisi ex humana traditione & ceremoniosa fictio neque proinde inutilia sunt. Kemnit. Bona quidem sunt in se, non tamen superstitiosè satisfactoria in tali die, modo numero, res, &c.

CHRISTVS. De istorum singulis mea fecus clamant exempla facti; qui perditus & pernox in Orationibus perlitit: qui XL. dies Ieiunauit: qui esurien-

rientes cibavi; qui nullum non Misericordiae opus qua spiritale, qua corporale exercui prorsus asceticè; causâque nullâ mei, sed exempli solâ, meritique vestri pro vobis.

1. De Oratione docui: Luc. 18. *Quoniam oportet semper orare, & non deficere*: Et verò sic orare. *Dimitte nobis debita nostra, culparum iuxta & poenarum.* Id quod velut explanat Apostolus, Iac. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut saluemini, sc. à debitis.* *Multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Quin etiam, Luc. 6. & 23. *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos; ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est*: Idque in & remissionem culpæ ac poenæ ipsorum, & in partem vestræ Satisfactionis, & in cumulum meritorum vestrorum: omnia hæc in gloriam meam ac Dei. Quare, Mat. 7. *Petite, & dabitur vobis.* Nam, Eccl. 2. *Quis invocavit eum, & despexit illum?* Eccl. 3. *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.* Etiam Levit. 4. *Rogabit pro eo Sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.* De quem Sacerdote Sacerdotum verè, Rom. 8. *Quis est, qui condemnet? Christus IESVS qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, ut omne debitum dimittatur.*

2. Ieiunij pars vis est ad satisfactionem, cuius plena exemplorum Biblia: Moyfis, Exo. 24. & 34. Deut. 5. v. 9. Israelitarum, Leu. 20. v. 26. 2. Reg. 7. v. 7. in Maspha, 1. Esd. 1. & 4. Hest. 4. Machabeorum. Daniel, c. 10. Niniuitarum Iona. 3. Christi, Mat. 4. Annæ; Luc. 2. Apostolorum, Mat. 9. *Cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt.* Luc. 5.

3. De Eleemofynarum vi ad expiationem & satisfactionem vetera repetere quid attinet: cum, Prou. 21. *Facere misericordiam magis placeat Deo, quam victimam?* Idcirco Mat. 5. *Euntes dicite, quid est? Misericordiam volo, & non sacrificium illud Iudeorum.* Senfit, cui dixi: Mat. 18. *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi; quia rogasti me: Nonne ergo oportuit & te miseri conserui tui; sicut & Ego tui miserus sum? Dimittite, & dimittemini: dabite, & dabitur vobis.*

Quantæ manebant poenæ culpas Pròdigi, Publicani, in Adulterio deprehensæ, Zachari defraudatoris, Peccatorumque cæterorum, quos suscepi: at omne debitum dimisi placatus vel oratione, vel eleemofyna, aut fletu ac poenitudine.

QVÆSTIO XL.

An iustificatus verè possit Deo satisfacere pro temporali poenâ?

LXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO. CALVINISTÆ pernegant, Vide Luthero-cal. p. 3. q. 101.

CHRISTVS S. 1. Vox Clamantis est, Luc. 3. *Facite fructus dignos poenitentiae*: sc. non solam vitæ nouitatem, & legis obseruationem; sed etiam restitutione iniuriæ aut damni, & emendatione vitæ: iuxta vnanimem S. Patrum Consensum. *Digni fructus sunt, qui iniuriam compensant factam Deo; idque ad æqualitatem proportionis iuxta læsi Dei acceptationem.*

2. Rectè, 2. Cor. 7. inter dignos fructus

M 3

ctus

Deus sanctæ tristitiæ ponitur *Vindicta*, seu assumpta sponte, seu iniuncta: & ea est Satisfactio ipsa.

3. Scripturæ de meritis vitæ æternæ huc faciunt. Vt Matt. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem, sc. denarium*, id est, vitam æternam. De hac 2. Tim. 4. *Reposita est mihi corona iustitiæ. &c.* At hæc laborum est merces.

4. *Isa. 1.* Deus promittit perfectam remissionem ijs, qui se & lauerint, & excrucerint operibus misericordiæ. Clare Prou. 16. *Misericordiâ & veritate redimetur iniquitas*: Redemptio autem est Satisfactio.

V. DE EXTREMA VNCTIONE, ORDINE & Matrimonio.

QVÆSTIO XLI.

An Extrema Vnctio sit vere & proprie dictum Sacramentum?

LXII. ANTICHRISTIANISMVS.

L V THERVS: Ritus est; non Sacramentum. CALVINO & Lutheranis cum Waldensibus, Wiclefistis. &c. non est Sacramentum, sed ridiculum vnguentum.

CHRISTVS. I. Vnctio infirmorū verè est Sacramentum, à Me institutum; quia ab S. Iacobo promulgatum intrepide, & indubiè, ex certa scientia sua Institutionis meæ. Alioquin temeritatis excusari non posset, qui a deo mandaret vsurpari ad modum ritumque cæterorum Sacramentorum id, quod à me, vt Sacramentum ritè institutum, non accepisset.

II. Ecce omnia in Vnctione ea ad sunt, quæ sacramenti sunt. *Infirmatur quis in vobis, probabiliter ad mortem? Inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, Vngentes eum oleo, in nomine Domini*, benedicto: Ecce Ritus, seu signum externum ac perennaturum: Idque rei Sacra: nam *Et oratio fidei*, id est Verbum sacramentale cum oleo, *SALVABIT infirmum* per collatam gratiam. Nam *Si in peccatis sit, remittentur ei*, infallibiliter ex opere operato. Ecce promissionem absolutam ac certam; quæ necessario præsupponit Institutionem: Porro per accidens, (si Deo sic visum) *& alleviabit eum Dominus*, tum mœrore pressum animū, seu pusillanimitate deiectum; tum & subinde corporis morbum mitigabit. Atque id signum Institutum est Noui Testamenti solius; est perpetuum, non breue, sed quamdiu infirmi erunt: Est rei sacra, Remissionis peccatorum, Salutisque conferendæ per applicationem Vnctionis.

III. Ille curandi ritus est vere Sacramentalis; & non miraculi instar. Nam miraculum non definit certos corporis defectus; sed indifferens est ad omnes, ad cæcitatem, claud. surd. lepram, &c. At hic *Infirmatur quis*, decumbens ad mortem quasi.

2. *Inducat presbyteros*: at donum miraculorum non est proprium vnus ordinis hominum.

3. Nec in his est vllius præscriptio materiæ: at hic est olei.

4. Nec ijs additur infallibilis promissio; vt hic, *Et oratio fidei. &c.*

5. Nec ijs remittuntur peccata:

6. Nec eadem pertinent ad omnes;

vt cæ,

vt ea, quæ ibidem Iacobus præscribit.

IV. Qua Vnctio miraculi sanabât varios Apostoli; *Mar. 6.* ea fuit dissimilis ab hac Sacramentali. Nã ea Marci dabatur surdis, cœcis, claudis: ab nō Sacerdotibus: ad solam corporis sanationem: Quibusuis, etiam infidelibus. Sacramentalis tamen Vnctio est rectè per illam miraculosa in sinuata seu adumbrata.

QVÆSTIO XLII.

An sit vere & proprie dictum Sacramentum ORDINIS?

EXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS cum suis negat.

CALVINVS cum Melanch. & Calvinistis ait. Vide *Luthero. cal. p. 3. q. 105.*

CHRISTVS. I. Ego, sicut Ministros ad prædicandum *misi sic, vt misit me Pater meus*; Misi ad docendum & baptizandum: ad peccatores vocandos, & soluendos. &c. Sic & Sacerdotes inaugurauit: *Hoc facite*: quo Apostolos ab LXXII. ceteris Discipulis distinxit Ordine sacratiore Sacerdotij.

II. 1. Apostoli datam sibi gratiam grauius resuscitarunt per Manuum Impositionem: Vt, *Act. 6.* ordinarunt Diaconos: *Act. 13.* Episcopos Paulum & Barnabam. *Act. 14.* Cum constituissent eos Presbyteros; *χαιροτονισαντες*, id est, *1. Tim. 4.* Cum impositione manuum Presbyterij. Et illa est Signum externum.

2. iam Gratia promissio constat, 1.

Tim. 4. Noli negligere gratiam, qua est. &c.
2. *Tim. 1.* Admonete, vt resuscites gratiam.

3. Mandatum quoque liquet, *Act. 13.* Segregate mihi Paulum & Bar. *Act. 20.* Vos Spiritus S. posuit Episcopos. *Eph. 4.* Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores & Doctores.

III. 1. Impositio illa manuum fiebat ad Ordinandum; non ad Orandum. Quia *1. Tim. 4.* nulla est mentio orationis. *Act. 6.* aperta fit distinctio: Cum Orasset, primum, deinde Imposuerunt eis manus. *Act. 13.* Ieiunantes, & Orantes, Impo- nentesque illis manus, dimiserunt eos. Ad hæc illud, *1. Tim. 5.* Nemini cito manus im- posueris, nullius orationis memine- rit.

Et esto: Fuerit iuncta Chirotonizæ semper oratio; nunquam vlla fit Ordinatio sine Oratione: cum verba Sacramentalia, seu Forma, sit Oratio: Vnde *Mystica preces* dicuntur.

2. Deinde quoad *promissum gratia*, diuersus est finis Sacramentorum à me institutorum: Alia enim sunt ad peccatum per se delendum; alia ad gratiam conferendum per te, & certam aliquam; licet, si quod inuenerint peccatum, id deleat. Talis est Ordinatio, Eucharistia, &c.

3. Mandatum Ordinationis per chirotoniam scriptum non est in Euangelio, vt à me datum: dedisse me tamen arguit indubitata vsurpatio Apostolica, vt rei à me Notoriè instituta; quippe quæ ab alio, nisi à me solo, manare queat. Nam *gratiam & gloriam dat Dominus* (o-

lus mediâtè, vel immediâtè. Gratia vero me alligasse ad chirotoniam fat constat: quod est Sacramentum instituisse.

QVÆSTIO XLIII.

An Matrimonium sit vere & proprie dictum Sacramentum?

LXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

HÆRETICI Veteres, vt Gnost. Manich. &c. negabant Matrimonium, quâ contractus est ciuili, esse bonum, vt à bono Deo, proinde nec Sacramentum.

LVTHERANI & CALVINIANI aiunt esse bonum à Deo; sed esse Sacramentum negant.

CHRISTVS. I. Matrimonium, quatenus in lege naturæ à Deo institutum fuit, bonum est. Quia, Gen. 2. *Non est bonum hominem esse solum: faciamus illi adiutorium ad prolificandum*, ait S. Aug. nam alijs in rebus melius viri à viris adiuuantur.

2. Dei instinctus Spiritu dixit Adam: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem cum dilectione naturali; & adheret uxori suæ, cum dilectione Sacramentali*: Sicque prophetizauit.

3. Et Ego, Mat. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet*. Deus enim bene omnia fecit. Ideo, Ioan. 2. nuptias cohonestauit mea & Præsentia, & miraculi operatione.

4. Vnde, 1. Cor. 7. *Si nupsit virgo, non peccat*. Hocque amplius; *Qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit*. Ideo 1. Tim. 4. hæreticos fore ait, *prohibentes nubere*. Et c. 5. *Volo ego inuiros nubere, filios procreare, matres esse*. Hinc, Heb. 11. *Honorabile connubium*. Huc ijt omnis retrò Ecclesia Dei, ibitque.

II. Matrimonium Ego esse iussi Sacramentum.

1. Ego id Institui: quia Apostolus Institutum prædicauit.

2. De nomine, vt *Sacramentum*:

3. De Re, vt cum Promissione gratia iunctum.

1. *Sacramentum* appellat; Non solum generatim, vt rem mysteriosam; sicut illius vocis vsus est creber in Scriptura, Tob. 12. Dan. 2. Col. 1. 2. Tim. 3. Apoc. 1. & 17. Eph. 1. & 3. quibus in locis non est sermo de propriè dicto & speciali Sacramento: Sed vere & propriè est Sacramentum; Non in coniunctione Mei cum Ecclesia; sed Viri cum fœmina coniugio, significante tum mysticam vnionem mei cum Ecclesia; in charitate, per fidem; tum Rem sacram gratia nubentibus in Domino collatæ ad dilectionem & vinculum insolubile; sicut mea vnio cum Ecclesia eam dicit, seruat, beat Et *Sacr. Hoc*, in viris & fœminis, *magnum est* & propriè Sacramentum, quâ significans vnionem Christi cum Ecclesia, quâ & sanctificans viros & fœminas. De *Hoc* omnis sermo est Apostoli capite toto.

III. PROMISSIONEM Gratia vnâ cum Institutione prædicauit, & commendauit; quæ est Charitas; *Dico autem in Christo & Ecclesia*, quasi dicat, nō quoad coniunctionem meam cum Ecclesia in Conformitate naturæ: sed in Charitate gratia, sanctificatis vnitos, *magnum est Sacr.* Et propter hoc Donum gratia Sacramentalis *relinquet homo patrem & matrem*, queis iungitur amore naturali; nam fortiore, sacratione vinculo *adheret uxori suæ*, efficiente id Sacramento.

Vnde

Vnde ait 1. Tim. 2. *Saluabitur per filiorum generationem*, id est, in hac, vt medio; non vt per causam. Proinde monet 1. Thes. 4. *Sciat vnusquisque Vas suum possidere in sanctificatione*. Et sic, 1. Tim. 2. *Vnusquisque Domum suam habet ex Deo*. Nam tale Honorabile coniugiū est quasi Domus Dei.

Iam sic qui que statuat: Paulus promulgauit Matrimonium vt verum Sacramentum, signum externum gratiæ internæ: ergo accepit à me Christo Institutum cum certitudine infallibili gratiæ conferendæ. Nam cum *Gratiam & gloriam dei Dominus solus*: Paulus dare, vel instituere vt daretur nequirit citra Sacrilegā temeritatem. Quod autem Institutio specialiter scripta non sit, sicut plurium Sacramentorum etiam aliorum; causa est, quia iussi, *Prædicate Euangeliū* non, *Scribite*, Sicq; prædicatū est.

QVÆSTIO XLIV.

Polygamia an Christianis sit licita?

LXV. ANTICHRISTIANISMVS.

KEMNITVS assingit Nobis, quod, vt Montani, prohibeamus polygamiam successiuam, seu nuptias secundas, terras &c.

LVTHERVS diserte docet polygamiam plurium simul vxorum, vt licitam, relinqui cuique liberam: exemplo patriarcharum.

CHRISTVS. I. Colūba mea Sponsa Ecclesia semper sensit & docuit iuxta illud, 1. Cor. 7. *Si dormierit vir eius, cui vult, nubat tantum in Domino*: quotuscunque vir ille fuerit. Quin optima cohortatio Apostoli est, 1. Tim. 5. *Viduas iuniores volo nubere, secundū, tertium, &c.*

II. Polygamiam plurium simul vxorum ego abrogauī; & Mat. 19. matrimonium reuocaui ad primam Institutionē. Percuntatibus, an liceat dare libellum repudij, negaui, Instantibus, Moysen

permisisse, dixi: *Ad dardite in cordis vestri permisit: Ab initio autem non eras sic*. Monogamiam verò vnus cum vna institutam abs Deo, istis ostendi.

1. *Masculum & feminam feci eos: Adhaerebit vxori sue: Erunt duo, non tres, &c. in carne vna.*

2. *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro:* at in pluralitate vxorum essent multæ carnes; quæ diuisio est, non vnio.

3. Et Si vni plures esse voluissēmus, ei adiutoria, non adiutorium, fecissemus initio.

4. Ego ipse, Mat. 5. & 19. Mar. 10. Luc. 16. declarauī eum, qui dimissa vxore aliam duxerit, in cæcharis eò sc. quod prior licitè dimitti nequibat: Est, fiat coram hominibus; non tamen corā Deo. Quod si dimissa sit adhuc vxor; magis illa quæ nunquam dimissa fuit.

5. Prouidē Paulus semper de vxore loquitur in singulari 1. Cor. 7. *Vnusquisque vxorem suam habeat*. Et, *Alligatus es vxori: Noli querere solutionem*. Clarè Ro. 3. *Viuentē viro, vocabitur adultera, si fuerit cum altero viro*. 1. Cor. 7. *Iis, qui Matrimoni iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam; aut viro suo reconciliari*. Quare vnus vni, vnaq; vni inhæreat.

QVÆSTIO XLV.

An factō Diuortio ob fornicationem fiat & Vinculi solutio?

LXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERRANI & CALVINIANI solutionem & thori & Vinculi ob fornicationē, aut infidelitatem fieri:

LVTHERRANI quidam ob alias etiam culpas quascunq; solui volūt. Vide *Luthero-c. p. 3. q. 113.*

CHRISTVS. I. Ego sic statuo, Mat. 5.

N

Omnia

Omnis, qui dimiserit uxorem suam; (quod non licet; excepta fornicationis causa) facit eam mœchari, ob permanens Vinculum, si dimissa ducatur ab alio; quod nefas. Nā & qui dimissam duxerit, mœchatur ob idem dimissę vinculum perstans. Ni ita foret, fornicarię dimissa liceret nubere ob solutum cum thoro vinculum; foretque melior conditio reę, quam in fontis.

2. Diserte Mar. 10. *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et, si uxor dimiserit virum suum, & alteri nupserit, mœchatur.* Sic & Lu. 16. Itaq; manet vinculum. Ac licet exceptio Matthæi, nisi in causa forn. apud Marcum & Lucam subaudi possit; non tamē necessario debet. Quia alioquin hi non scripsissent absolute verum. Et Marcus Romę anno 45. non scripsit, vt Matt. scripto anno 41. aliquid adderet; sed vt memoriale Petrinę prędicationis daret Romanis: teste Ire. Euse. Hier. Et Lucas scripsit gętibus, quę Paulus prędicarat; ad quos Mat & Mar. Euangelia non peruenierant; sed pseudo Matthæus ingerebatur. Neque ambigendum ait Sanctus Augustin. de eo, quod Euangelistę dicunt; sed de eo, quod non dicunt: Non dicunt autem, Non omnis, qui dimittit uxorem, & aliam ducit, mœchatur: Sed qui dimittit iniuste, mœchatur, id est, facit mœchari; & qui dimittit iuste: ob forn. & aliam ducit, mœchatur: Et qui dimissam iuste, vel iniuste ducit, mœchatur. Hęc Euangelistarū cōcordia est.

3. Concordat & Paulus, Rom. 7. *Mulier viuente viro alligata est Legi: igitur viuente viro vsabitur adultera, si fuerit cum alio viro.* Sic & 1. Cor. 7. *Hęc verba,* ait Aug. 1. 2. de adu. t. c. 4. *toties inculcata, sunt*

vera, vna, fina, plana, vt neutri, seu fontis, seu in fontis, ad alias transire liceat nuptias, altero viuente compare dimisso.

SUMMA BREVIS. I. Solubile est Matrimonium Infidelium, quoad vinculum etiam; si alter fideli cohabitare nolit sine Creatoris iniuria. 1. Cor. 7. *Si infidelis discesserit, discedat.* Neque id homo separatur, Sed Deus; cuius interpres Apollolus. Cui Infideles dicuntur non baptizati: in quibus matr. non est Sacramentum, sed contractus solum ciuilib; ideoque hominibus solubilis. Ego verò Mat. 19. *Qui dimiserit uxorem. &c.* de Fide loquor matrimonio: Distinguit Apollolus, 1. Cor. 7. Fidelibus, *Præcipio non ego, sed Dominus. &c.* Deinde cateris, scilicet infidelibus, *ego dico, Si. &c.*

II. Matrimonium Consummatum Fidelium solui potest; sed quoad thorum, seu cohabitationem tantum; non quoad Vinculum.

1. CAUSA, Consensus mutuus, ob altiore Statum acquirendum Religionis. Matth. 19. *Omnis, qui reliquerit patrem aut matrem aut uxorem. &c.*

2. CAUSA, Sine consensu, ob Crimen vel adulterij, Mat. 5. *Ve i hæresis Tit. 3. Hæreticum hominem post vnā & alteram correctionem deuota. Vniuersis Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, & uxorem. &c.*

3. CAUSA, Peccati periculum: Mat. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, proice ab te.* & Hieron. In casu adulterij & coniugii parius vtrique, 1. Cor. 7. *Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere; & vir uxorem non dimittat, sc. ob iniustā causā: Quod si discesserit. &c.* ob iustā causam; manet in nuptiam. Non tamen discedat

cedant, si adulterium fuerit coactum: Si adulter vterque sit: Si post adulterium se in s. uerit. Si alter alteri fuerit autor.

QVÆSTIO XLVI.

Num quæ sint Impedimenta matrim. Dirimentia?

LXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI Sponsalia dirimunt post ea contractum cum alio matrimonium: Nec votum factum impedit contrahendum; nec dirimit contractum matrimonium.

CHRISTVS. Vouere liberum est, ac licitum; at votum factum seruatum est necessarium: Eccl. 5. Deut. 23. *Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere:* Reddi autem Deo nequit votum castitatis cum matrimoniali debito; estque, quam hoc, sanctius magisque debitum. Quocirca id dirimit subsecutum matrimonium. Nam, Luc. 9. *Nemo mitens manum ad aratrum Continentiæ uotiuæ, & respiciens retrò ad matrimonium, aptus est regno Di.* Quales eæ, de quibus, 1. Tim. 5. *Cum luxuriat & fuerit in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem; quia primam Fidem irritam faciunt.* Vide supra p. 2. q. 46. Et in *Luthero-c. p. 2. q. 60. & p. 3. q. 116.*

LXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS: Male statuitur impedimentum dirimens esse Adulterium; homicidium, aliudue crimen; contra exem. illam Dauidis.

CHRISTVS. Dirimit crimen; Si uerbi gratia adulter adulteræ uirum oc-

ciderit; Aur cum ea contrahat de futuro, Seu presenti: Vt iuste mea statuit potest. Dauidis tamen cum Bethzabæa coniugium ratum fuit: tum quod nulla tunc lex prohiberet Ecclesiæ; tunc quod adultera non consensisset in homicidium.

LXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS. Nulla infidelitas, etiam non baptizati, impedit, aut dirimit matrimonium.

CHRISTVS. At, Deut. 7. Deus lege Iudiciali quidem; sed etiam Morali, ideoque omnibus communi iustis, sancit, ne cum infidelibus contrahatur: *Quia seducet filium tuum, ne sequatur me; sed magis seruiat dys alienis:* Quæ causa moralis est. Item repetitur 3. Reg. 11. *Quia certissime auertent corda uestra, ut sequamini Deos alienos*

2. Præceptum est, 1. Cor. 7. *Cui uult nubat; tantum in Domino.* In quo S. interpretes rectè docent, vetari connubia fidelium cum infidelibus; queis pars nulla in Domino.

3. Simile istud: 2. Cor. 6. *Nolite iugum coniugale ducere cum infidelibus.* Hoc ueritum; at non irritum reddit.

II. Matrim. fidelis cum non baptizato est irritum; Non iure diuino, naturali, uel Ecclesiæ; Sed more Christiano laudabiliter obseruato: contra quam Patriarchæ, & Iudæi uisitarunt. Iam enim Matrimonium cum sit Sacramentum, incapaci non communicari: capacem uerò reddit baptismus.


F I N I S.

ANTICHRISTI MYSTERIOMACHI LVTHE-
RO-CALVINIANI.

DEO, Deiparæ, Diuisque Laus & Gloria Amen.

N 2

COP.





COPPENSTEINII

ANTICHRISTVS CHARITOMACHIAE LV- THERO-CALVINI- STICÆ.

PARS QVARTA

De Gratia, & Iustificatione.

I. DE AMISSA REC- PERATAQVE Gratia.

QVÆSTIO I.

*Fuerintne Protoplastæ conditi cum Dono
supernaturali?*

ANTICHRISTIANISMVS.
LVTHERANI, item & CAL-
VINIANI pertendunt cum Pe-
lagianis, hominem esse con-
ditum cum solis naturalibus
facultatibus, ac originantem Iustitiam ei natu-
ralem fuisse; sicque omni dono supernaturali

caruisse. Vide *Geneal. p. 4. q. 1. & Lutbero-cal. p. 4. quæst. 1.*

CHRISTVS. I. At, Gen. 1. *Creavit Deus hominem ad Imaginem, & Similitudinem suam. Vere IMAGO Dei est natura Intelligentiæ ac Voluntatis: SIMILITUDO vero ad Sapientiam ac Iustitiam refertur; quam, inquit S. Cypr. serm. de bono patient. peccato Adam perdidit; & manifestatur, si luceat in actibus nostris. Quas virtutes, ait S. Ambr. 1. de dignit. hum. condit. c. 2. quanto plus quisque in se ipse habet; tanto propius est Deo, & maiorem sui Conditoris similitudinem gerit.*

2. Gen. 2. *Erant ambo nudi, & non erubescabant. Quia, dicit S. Aug. 1. 14. Civit. c. 17. nondum libido membra illa præter arbitrium commovebat. Nondum ad hominis*

N 3 inobe-

inobedientiam redarguendam suam inobedientiam caro testimonium perhibebat.

3. Hinc, Rom. 7. *Iam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum.* Quippe, Eccl. 7. *Creavit Deus hominem & ECTVM; & secundum se vestiuit eum virtute.* Nunc autem, Eph. 2. *sumus filij irae.*

4. Demum certum est, Sap. 2. quod *Fecit Deus hominem inexterminabilem*; Et tamen ei comminatus est, Gen. 2. *Quacunque die comederis, morte morieris.* Comedit; moritur: Vitaeque mortali luit perditionem vitae spiritualis. Vnde, Rom. 7. *Infelix ego homo, quis me liberabit de Corpore Mortis huius?*

II. Homo, praeter Animi Rectitudinem, accepit etiam in creatione Gratiam gratum facientem: Iuxta Eph. 4. *Renouamini spiritu mentis vestrae; & induite Nouum hominem, qui secundum Deum Creatus est iniustitia & Sanctitate Veritatis.* Qui Renouari iubetur, is fuit aliquando *Novus.* Non igitur sola Caro, sed & Mens fuit vitata.

2. Sic & Col. 3. *Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos Veterem hominem cum actibus suis; & induentes nouum; Eum, qui renouatur in agnitionem, secundum Imaginem eius, qui creauit illam.* Sic enim, 2. Cor. 4. *licet, qui foris est, noster homo corrumpitur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem.*

III. Praeditus gratia gratum faciente, alia non egebat gratia Excitante ad operandum bene, aut ad mala cauenda: adeo sufficiebat vnum supernaturale Donum ad omnia.

1. Luculentè id docui *Luc. 10.* in lapso inter latrones, quem 1. Despoliatur: 2. Dein plagis impositis semiuivum

reliquerunt. *Spoliarunt Originali iustitia superaddita naturae, Quia, Eccl. 17. Deus creauit hominem de terra, & secundum se, id est, ad similitudinem suam, vestiuit illū virtute.* Vulnerati ut a naturā, post debiliorem se. consequenter ex despoliatione relictam. Ita S. Patres recte exposuerunt Basil. Ambr. &c.

2. Adhuc istud, Gen. 3. *Puluis es, & in puluerem reuertiris,* indicat, quid ex naturae conditione sit homo. Ex gratia vero quid? Pl. 8. *Gloria & honore coronauit eum.* &c. Proinde *Quid si homo, quod memoratus eius.* &c. Attamen, Pl. 48. *Homo cum in honore doni supernaturalis esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis,* scilicet de tracta ei stola gloriae merus puluis erat.

3. Rom. 5. *Iudicium ex vno, peccato originali, in damnationem, & expulsionem, è regno: quare hominē fuisse in regno necesse est.*

4. Istud, Gal. 5. *(Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autē aduersus carnem)* naturalis est partium pugna: Hae enim sibi inuicem aduersantur; ut non, quaecumque vultis illi faciat. Itaque conditi primū protoplastae carebant supernaturalitate ista pugna, & supernaturaliter abstinebant se à carnalibus desiderijs, quae militauerunt aduersus animam. 1. Pet. 2.

5. Denique Ego sum *Vnigenitus Dei filius, & haeres naturalis;* iusti sunt filij per adoptionem, ut *natura filij irae;* sed *coheredes Christi:* Inde etiam Ego sum *primogenitus in multis fructibus,* scilicet adoptatis.

QVÆSTIO II.

An peccata sint omnia Aequalia
in se?

II. ANTICHRISTIANISMVS.

Iovinianvs finxit esse Aequalia: PELAGIVS, Mortalia omnia: WICLEFVS, Reprobatorum, Mortalia; Electorum, Venialia.

CALVINVS istis singulis aliquid assentitur: Wicleffo omnia. Vide Genealog. p. 4. q. 2. & Luther. cal. p. 4. q. 2.

CHRISTVS. Ego verò iustos & iniustos iuxta orare docui, Mat. 6. *Dimitte nobis debita nostra.* Prou. 20. *Quis potest dicere: Mundum est cor meum?* Et tamen sunt quidam in Ecclesia iusti, licet non vnde quaque mundi. Itaque macula peccatorum aliqua consistit cum iustitia in electis meis.

Scrutamini Scripturas; quomodo legitis?

I. Quibusdam peccatis constitui iniustos: Ezech. 18. *Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, secundum omnes abominationes, quas operari solet impius; nunquid viuet?*

Sic & Apostolus 1. Cor. 6. *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij. &c. Et hac quidem fuistis; sed Abluti estis baptismo; sed sanctificati estis, sed iustificati estis. &c.*

2. Quædam peccata stant salua cum iustitia iniustis. Nam Eccl. 7. *Non est Homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Prou. 24. *Iustus in die septies cadit.* Pl. 31. *Pro hac, remissione peccatorum orabit ad te omnis Sanctus.* Proinde, 1. Ioa. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.*

Indeliquet: Peccata, quæ mortis reos faciunt, esse mortalia: quæ leuis culpæ, Venialia; vt quæ iustos non reddunt iniustos. Huc omnis S. Patrum, a retro sæculorum, conspirat consensus. Neque obstat illud, 1. Ioa. 3. *Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum, mortale, non facit; quoniam Semen ipsius gratiæ manet in eo, vt iusto; & quæ iustus, non potest peccare mortaliter, & manere iustus: quoniam ex Deo natus est: id est: iustus, quæ iustus, non peccat ad mortem.* Ita S. Aug. tract. 5. in e. Ioa. & Hieron. l. 1. contra Pelag. Hæc contra Iouinian. & Pelagianos novos fabros Æqualitatis omnium peccatorum.

QVÆSTIO III.

An Electorum peccata sint tantum
Venialia?

III. ANTICHRISTIANISMVS.

WICLEFVS & CALVINVS pugnaeiter contendunt; Omnia Reprobatorum peccata, etiam minima, esse mortalia: Electorum, quantumcunque, esse Venialia.

CHRISTVS. At sacra Exempla contrarium euincunt.

I. Adā fuit prædestinatus; quia nunc est beatus: asserensque contrarium Tacianus, est hæresios iustè damnatus. Idem tamen peccauit, Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors.* scil. quam Pater ei comminatus erat, Gen. 2. *Quacunque die comederis ex eo; morte morieris.*

II. Omnes Prophetas meos canonizauit, me teste, beatos: Luc. 13. *Cum videris*

vii 18.

ritis Abraham, Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei. At in hisce & Dauid erat; cui, Act. 13. Deus testimonium perhibens dixit: Inueni Dauid, Filium Iesse, virum secundum cor meum, sc. plenum Fide & Iustitia. Dauid autem iustus peccauit, & dicitur 2. Reg. 12. filius mortis: Fareturque Ps. 5. Tibi soli Peccaui, & malum coram te feci. Resipiscens orat: Cor mundum crea in me, & Spiritum rectum in noua. Et Sp. Sanctum ne auferas à me. Redde mihi letitiam Salutaris. Cor contritum & humiliatum non despicies. Orauit, exorauitque exauditus.

III. Omnes Apostolos meos, præter filium perditionis ipse canonizauit ut hic Amicos meos, isthicque beatos, & vitam eternam habituros. Et verò de beata Petri morte sic ipse illis Ioan. ult. Cum senueris, alius cinget te, & duceat, quò tu non vis: Significans, ait Ioannes, qua morte clarificaturus esset Deum. Et Ioan. 13. Vos mundi estis; sed non omnes. &c. Idè tamè me ter negauit, ac anathematizauit nosse me. Mox respectus respuit, & fuit amarè. Quapropter accepta semel fide ac iustitia, Spirituque S. iustus excidere per tale peccatum potest, quod mortem illius animæ infert.

QVÆSTIO IV.

An non Imputata, ut Inuoluntaria, sine Venialia, fidemque non excludant?

IX. ANTICHRISTIANISMVS.

IYTHERANIS, I. Venialia sunt, quæ non imputantur.

2. Non imputata sunt, quæ cum fide consistunt,

3. Consistunt, quæ prorsus Inuoluntaria sunt.

CHRISTVS. I. At Ego petendam suppliciter Remissionem peccatorum docui; & non vilam Non Imputationem, aut obtectionem, Mat. 6. Dimitte nobis debita nostra. Iuxta Ps. 31. Pro hac Remissione, orabit ad te omnis Sanctus. Cum sint cuique deprecanda pec.; certè antè dici vel Non imputata, vel Condonata, vel Tecta, vel Innoxia non queunt. Cum etiam, Prou. 20. nemo possit dicere, Mundum est cor meum; petenda sane omnibus remissio est peccatorum. Quocirca ex me promisit. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate.

2. Ego Sacerdotium institui ad Remissionem peccatorum mediatam ac ministerialem; non ad immediatam Non imputationem, Condon. Tecturam, &c. Ioan. 2. Accipite Sp. Sanctum, quorum Remiseritis potestate Clauium, vi & efficacia Sacramenti, peccata, Remittuntur eis: non Teguntur &c. Sic Moyses, Aaron, Samuel peccarant; at Ps. 89. Tu propitius fuisti eis; & tamen hic temporali pœnâ Vltiscens in omnes adinventiones eorum.

3. Ego dixi, Ioan. 13. Qui lotus est, in Baptismo non Indiget nisi ut pedes lauet. De me ait S. Aug. hic trac. 56. Quotidie lauat pedes nobis, qui interpellat pro nobis: De hominibus ait: Et quotidie nos opus habere, ut pedes lauemus, in oratione Dominica confitemur, cum dicimus; Dimitte nobis: &c. Sic enim confiteamur pec. &c.

II. Omnia peccata, præter solam Infidelitatem, possunt consistere cum fide, & nihilominus esse mortalissima.

QVÆSTIO V.

An ex Natura sua distinguantur pec. Mortalia & Venialia?

V. ANTICHRISTIANISMVS.

Iovinianvs & Pelagivs negarunt. VVicleevs distinxit, & finxit.

Lutherani item negant ex natura rei peccata differre, seu Mortalia esse omnia; Ex misericordia tamen Dei, non imputantis quantacumque, esse Venialia solum, ob fidem in Misericordiam Dei propter Christum: Proinde omnia pec. Infidelium esse mortalia, quia imputantur.

Calviniani volunt omnia solum Reprobatorum peccata esse Mortalia: Prædestinatorum, Venialia.

CHRISTVS. Atego docui, Veniale ab Mortali distingui, absque respectu ad Prædestinationem, aut Misericordiam Dei, aut statum Renatorum: Offendere tamen Deum, salua amicitia; pœnamque mereri; at remissu facilem.

1. Mat. 5. *Qui, I. Irascitur fratri suo; reus erit Iudicio:*

2. *Qui dixerit Racæ; reus erit Concilio:*

3. *Qui dixerit, Fatue; reus erit gehenna ignis.* Ecce tres gradus peccati eiusdem, quorum vnus altero peior est: quibus totidem respondent & pœnarum gradus. Manifestum contrarium est reum gehennæ: Iracundia non in conuitium erumpens fit rea iudicij, seu Consilij; cum non constet malitia mortalis. Itaque necessario differunt. Esto, Rom. 6. *Sit stipendium peccati mors;* non tamen omnis peccati.

2. Deinde peccata comparavi rebus leuiculis, & alia grandioribus: Matth. 13. *Duces cæci, excolantes culicem; camelum autem*

O

tem

1. Vt Mat. 5. *Qui dixerit fratri suo, fidelis si deli seu infideli Fatue; reus erit gehenna ignis.* Parumne hoc mortale est?

2. Itemque illud: Matt. 23. *Ite maledicti in ignem æternum: O mortem animæ!* Quare? Ob pec. mortalia talia; *Efuriui enim, & non. &c.* Vbi rectè S. Augustin. lib. de fide & oper. c. 15. *Eos in combustio-nem iuros dicit, quorum, Non Fidem, sed bona opera defuisse declarauit.*

3. Apostolus quoque Christianorum peccata enumerans credētium, I. Cor. 6. Ephes. 1. Gal. 5. ait: *Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.*

III. Peccatum voluntarium, ait Aug. 1. de vera relig. c. 14. *vsque adeo est malum; vt nullomodo sit peccatum, si non sit Voluntarium.* Rectè: sic enim ipse docui, Luc. 7. *Pharisæi autem & Legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo.*

2. Clare Apostolus Heb. 10. *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam Veritatis, finaliter, iam non relinquitur pro peccatis Hostia, seu Cruenti Sacrificij reiterandi, seu incruenti, sub iudicium extr. cessaturi: Sed terribilis expectatio iudicij. &c.*

3. Caino dictum: Gen. 4. *Quare iratus es? Nonne, si bene egeris, recipies: si autem male, statim in foribus pec. tuum aderit. Sed Sub Te erit appetitus eius, & tu Dominaberis illius.* Quippe, Eccl. 15. *Deus ab initio reliquit hominem in manu Consilij sui: Addidit mandata; Si volueris mandata seruare, seruabunt te; Nam, Olex 13. Perditio tua Israel ex te tantummodo in me auxilium tuum.*

Plura alia repete ex Luthero-

calu. par. 4. quest. 3.



tem glutientes. At culicem inter & camelum est differentia in natura rei.

3. Lu. 6. *Quid vides fescucam in oculo fratris tui: Trabem a. in oculo tuo non consideras?*

4. Luc. 12. *Non exies inde, donec etiam no- uissimum minutum reddas, id est, aiunt be- ne S. Patres, minuta peccata las. Sic Tert. Orig. Hier. Cypr. &c.*

II. Apostoli consona meis tradunt. 1. Cor. 3. *Si quis super aedificat aurum, ar- gentum, lapides pretiosos; ligna, fenum, stipulam; uniuscuiusque opus manifestum erit, & quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, mer- cedem accipiet: si arserit, detrimentum patie- tur; ipse autem saluus erit; sic tamen quasi per ignem. Hæc recte S. Patres ad differen- tiam peccatorum interpretantur.*

2. S. Iacobus cap. 1. tres motus Con- cupiscentiæ distinguit:

1. Inuoluntarios: *Vnusquisque ten- tatur à concupiscentia sua abstractus, vt ab causa peccati; non ipsum est pecca- tum.*

2. Imperfectè voluntarios: *Concu- pifcentia verò cum coeperit, parit peccatum, sc. Veniale: patet ex tertio.*

3. Perfectè voluntarios: *Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mor- tem, vt Mortale: Nec ea Consummatio est operis, sed etiam animi: Nam, Matt. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam; iam mæchatus est eam in corde suo. Vnde Non concupifces.*

III. Ego denique de nonnullis pec- catis longe mitius censui, quam de mor- tiferis. Vt Matth. 12. *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddet rationem in die iudicij. Oblerthalia vera pronun- ciaui: Ite in ignem æternum. Projicite eum li- gatis man. & ped. in teneb. exter. Discedite à*

me omnes operarij iniquitatis. Sic Eph. 5. Omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis; sicut decet Sanctos. &c. Omnis au- tem immundus. &c. non habet hereditatem in regno Christi.

QVÆSTIO VI.

An Deus predestinavit Adæ, omniumque hominum peccata, vel itaque fieri?

VI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS cum asseclis: *Decretum fuit à Deo ab æterno, vt sua defectione periret Adam. &c. Vide Luthero-cal. p. 4. q. 5. Sic & Zvingliani.*

CHRISTVS. *At Ego, & Scriptura Dei lapsum Protoplastarum adscribi- mus Serpenti, Satanæ, Eux, Adam; Deo nusquam vel verbulo. Ioan. 8. in- quam: Ille homicida fuit ab initio. Sapiens c. 2. Deus creauit hominem inextinguibilem. &c. Inuidiâ autem diaboli mors introi- uit in orbem terrarum. Gen. 3. Serpens de- cepit me. Ibid. Mulier, quam dedisti mihi: so- ciam, dedit mihi de ligno. Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intra- uit: Non autem ac prædestinatore Deo.*

2. *DEVS Adæ peccare prohibuit sub pena mortis: Gen. 2. Præcepitque ei, Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem Scientiæ boni & mali nec comedas. Quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

3. *Deus & vindicauit transgressio- nem; Gen. 3. Quia audisti vocem uxoris tue, & comedisti, &c. maledicta terra in op- ere suo. &c. reuertaris in terram. &c. Electi- que Adam, & collocauit ante Paradisum va- luptatis Cherubim.*

4. Sua-

4. Suapte libera voluntate peccauit homo, non volente Deo. Eccl. 15. Nam *DEVS ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & Præcepta ſua; ſi volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei dabitur illi.*

Itaque (vt ait Calu. Inſt. 1. c. 15. §. 8. Potuit Adam ſtare, ſi vellet; quando non niſi propria voluntate cecidit.

VII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS cum Symmiſtis: Omnium ac ſingulorum ſingula peccata prædeſtinauit ab æterno Deus, vultque fieri. Vide *Luthero-cal. p. 4. quæſt. 6.*

CHRISTVS. At Sap. 14. *Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Quoniam, Pſa. 5. Non Deus Volens iniquitatem tu es. Habac. 1. Mundi ſunt oculi tui, ne videant malum; & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Quin etiam, Ezech. 18 Nunquid voluntatis mee eſt mors impij: adeo non vult culpam, vt nec pœnam velit. Vnde 2. Pet. 3. Deus: neminem vult perire. 1. Theſ. 4. Hac eſt Voluntas Dei, Sanctificatio veſtra; non præuaricatio, pollutio peccati, ac perditio.*

QVÆSTIO VII.

Quid Deus per diabolum, quid per ſe faciat noſtra ad peccata?

VIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS. Deus Impellit diabolum, vt homines ad peccandum inducat. Sic & Zvingliani.

CHRISTVS. At, Eccl. 15. *Nemini mandauit Deus impiè agere; Quod ſi De-*

us incitat diabolum; ergo falſa S. Scriptura: Si diabolus non agit impiè; ergo patronum habet contrarium aſſerentem.

2. Deinde Ego dico, Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium; ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pater eius. Si Deus ei mandat; non loquitur ex proprijs, ſed ex Deo. Vnde à Deo ipſo manat efficacia erroris & mendacij, ait Caluinus. Sicque Deus foret pater mendacij, non diabolus. Quia, ait, Deus clauum tenet; diabolus eſt tantum inſtrumentum. Plura talia blaſphema. Vide in *Luthero caluin. parte 4. quæſt. 7.**

IX. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS ait: Deus occulta vi mouet, & neceſſitat homines ad peccandum; Idque phyſicè, effectiue, & vt principali Agens. Sic & Zvingliani.

CHRISTVS. At Ego docui orare, Mat. 6. *Ne nos inducas in tentationem: Induceret autem, ſi occultè moueret ad peccandum Deus. Iac. 1. Deus Intentator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat: ad Seducendum: licet ad Probandum teneat, noſtrâ, non ſuâ, cauſâ. Quin etiam, 1. Cor. 10. Fidelis Deus eſt qui non patitur vos Tentari ſupra id, quod poteſtis.*

2. Verè etiam Deus apud Ier. 19. teſtatur. *Aedificauerunt Excelfa Baalim; grande nefas! quæ Non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. Itaque ſuapte voluntate fecerunt, nullo motu Dei.*

3. Iuſta Stephani exprobratio eſt, Act. 7. *Vos ſemper ſpiritui S. reſiſtiſtis; Sicut & patres veſtri. Ergon' arcana vi Deus ſuggeſſit eis, vt lapidarent ipſum?*

4. In Eccleſia, 1. Cor. 12. *Diuiſiones*

Gratiarum sunt; idem autem spiritus. Monet verò S. Ioannes in 1. c. 4. Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Vnde id discernetur, si Deus tam ad mala, quam bona occulte moueat ac necessitet? Nam & diabolus inspirat occulte. Interna spiritus Critiria hic iactare, vanum est.

X. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ cum ZVINGLIANIS volunt, Deum operari nobiscum peccata nostra.

CHRISTVS. At Ego sum Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore ipsius: Quem oportuit per omnia vobis assimilari; Absque peccato. Nam, Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. At verò, Sap. 11. Nihil odisti eorum, quæ fecisti, Deus, Non ergo peccatum fecit.

2. Deinde, Iacob dilexisti; Esau autem odio habuisti, sc. non Hominem; sed Peccatorem, ait S. August. li. 1. ad Simplic. q. 1. Non ergo Deus fecit Esau peccatorem; licet inſtū fecerit Iacobum.

QVÆSTIO VIII.

DEVS an simpliciter, & absolute, ac proprie sit AVTOR PECCATORVM?

XI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ & ZVINGLIANI affirmant esse Auctorem Factorum; non tamen peccatorum: Quod illa ex bona Dei voluntate procedant sine bono, ad declarandam tuam Iustitiam in reprobos; Misericordiam in Prædestinatos. Peccata verò promanent ex hominis mala

voluntate, sine malo, ad libidinem explendam. Vide Luthero-cal. p. 4. q. 10.

CHRISTVS. I. At Deus Peccata non fecit. Quia Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat; & erant valde bona. Deut. 31. Deus fidelis, & absque omni iniquitate. Ro. 3. Nunquid iniquus est Deus? Absit: alioquin quomodo indicabit hunc mundum? Sic Ro. 9. 1. Ioan. 3. Peccatum non est in eo.

II. DEVS non vult peccatum; minus fieri decreuit. Pf. 5. Non volens iniquitatem tuas. Ezech. 18. Nunquid voluntas mea est mors impij? 2. Pet. 3. Deus neminem vult perire.

III. DEVS non imperat peccata. Eccl. 15. Nemini mandauit impiè agere. Quin, Ioan. 13. Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem. Nam, Qui diligit, legem impleuit. Veni vocare peccatores ad penitentiam. Et Nolo mortem peccatoris; magis nolo peccatum.

IV. DEVS non compellit ad peccandum. Eccl. 15. Non dicas, per Deum abest. sc. deferendo nos; Quæ enim odit, ne feceris.

2. Non dicas, ille me implanauit, incētando intus ad peccandum.

3. Non enim necessarij sunt ei homines impij, sc. vt suam in eis puniendis declararet iustitiam.

V. Peccatum est proprie solius creaturæ; non ergo Creatoris. Osee 13. Perditio tua ex te Israel; tantummodo in me auxilium tuum. Proinde, 1. Ioan. 3. Qui facit peccatum, ex diabolo est. At verò 1. Ioan. 1. Deus Lux est; & tenebra, peccati, in eo non sunt.

VI. DEVS hortatur homines, vt non obdurent corda in peccato. Pf. 94. Nolite obdurare corda vestra. Quia, Apoc. 3

Ego

Ego sto ad ostium, & pulso; si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum. Ideo, Mat. 11. Venite ad me oēs. Quò min^o obdurat corda peccatorum Deus effectiue; obdurari tamen sic volentibus permitto, & quam respiciunt, noluntque gratiam, subtraho iuste defertis.

QVÆSTIO IX.

Num qua Scripturae in Deum referant peccata Mortalium?

XII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ, & ZVINGLIANI acervant Scripturas ad referenda in Deum peccata hominum.

I. Deus voluit & decrevit peccari. Gen. 45. Non vestro consilio, sed Dei voluntate, huc missus sum. Gen. 50. Nolite timere, num Dei possimus resistere voluntati? Act. 2. Conuenerunt aduersus IESVM; definito consilio, & præsencia Dei traditum; facere, quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Act. 4.

II. Deus creauit impios, vt suam in puniendis iustitiam declaret. Prou. 16. Omnia propter semetipsum operatus est Dominus; Impium quoque ad diem iudicij. Rom. 9. An non habet potestatem singulis facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Exo. 5. Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Vel vt est Rom. 9. In hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam.

III. Deus impellit homines ad mala, vtens eis vt instrumentis. 1. Reg. 24. Addidit irasci furor Domini contra Israel; commouitque Dauid in eis dicens: Vade, numer a Israel. 2. Reg. 16. Dominus proceperat Semei, vt malediceret Dauid. 3. Reg. 22. Decipies, & praualebis. Vade, & fac ita. 3. Reg. 11. 12. rebellio Ieroboam dicitur à Deo fuisse; itemque & illa Iehus. 4. Reg. 9. 10. Iob. 1. Dominus dedit, Dominus abstulit. Isa. 10. Sennacherib dicitur ferrari in manu Domini, virga furoris. Isa. 13. Ecce ego

suscitabo contra vos Medos. Quia Præcepi sanctificationem in Medis. Sic & Iere. 51. &c.

IV. DEVS dicitur excæcare & indurare corda, vt non velint, nec Possint agere benè. Exo. 7. 8. 9. Indurauit cor Pharaonis: Deut. 2. Spiritum Sehon. Iosue 11. Domini sententia fuerat, vt induerentur. Il. 19. Miscuit in eis spiritum vertiginis. Ioan. 12. Excæcauit oculos eorum. Rom. 1. Tradidit eos in reprobum sensum. Rom. 9. Cuius vult miseretur; & quem vult, indurat. &c.

V. DEVS dicitur re ipsa operari peccata & mala. 2. Reg. 12. Ego suscitabo super te malum. &c. Abfolonem Luc. 2. Ecce positus est in ruinam, & resurrectionem. Rom. 9. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Eph. 1. Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.

CHRISTVS. Vera ista sunt omnia; sed sensu non vero obtenduntur.

AD I. In malis operibus sæpe Actio mala est, bona Passio: passionis opera prædestinauit Deus; non actionis: nam in hisce Deus præuidit voluntates malas hominum agentium ea.

AD II. Deus non creat impros, nisi materialiter, id est, eos creat, quos præuidet futuros impios; vt eorum iniustitiã vtatur ad iustitiam suam, & potentiam: sic, vt præuisio impietatis præcedat decretum damnationis; non contrã. Sic vasa in contumeliam ex Deo habent, vt sint vasa; ab materia, vt sint in contumeliam: Oditque ea Deus, non vt suam facturam, sed vt voluntate propria corruptam.

AD III. Modus, quo inclinet Deus ad malum, potest intelligi quadruplex.

1. Impius ac blasphemus; quod impediatur, verè, propriè, per se impellat.
2. Quod Permittit malos agere male: Vt Satanam contra Iob sæuientem.
3. Quod insuper malos deserat exortes gratiæ. Vt Achabum decipi imperauit.

uit; & lumen ei negavit, quo verum à falso discerneret.

4. Quod deserit pios, vt cogantur pati, adstante eis gratia; impiorum verò præsidet voluntatibus, non dans eis corruptionem, sed ordinem: hic eis à Deo, vitium ex ipsismet est; & talibus vitur Deus in bonum maius.

AD IV. 1. Deus causa est excæcationis & indurationis *Negatiuè*, sc. permittendo, deserendo, non miserendo; Non *Positiuè*: seu, (vt Aug. ep. 105.) *Non obdurat impartiendo malitiam; sed non impartiendo misericordiam.*

2. Cæcationi duo insunt; à Deo iusta priuatio luminis; ab homine, affectus prauus; sic & obdurationi. Vnde non Videre à Deo est; non Possè videre, est ab excæcato.

3. Hæc autem impotentia est ex hypothesis, non absoluta; quia posset videre cum gratia Dei; at non potest, ob propriam affectus malitiam: ideo, Ioan. 15. *excusationem non habent de peccato.*

4. Demum, actio excæcandi & obdurandi, non est propriè actio; sed actionis omissio, sc. desertio Dei; Sæpe occasio rerum est, quæ excæcant; vt munera, res concupiscibiles. Atque ex istis fat liquebit sensus Scripturarum quæ contra Dei Bonitatem militare videntur.

QVÆSTIO X.

An & quo peccato peccarint protoplastæ tentati?

XIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI quidam negarunt primos parentes tentari, aut peccare potuisse.

CHRISTVS. Quam Deus mortem comesturis pomum fuit committatus, *Gen. 2.* quamque incurrerunt lege violata, ex clisi & paradiso, & ligno vitæ, & multis subiecti laboribus; eam S. Patres rectè sunt de & corporis, & animæ morte interpretati. Nonn. ipse pomi eius lethalis fuit; sed peccatum, quod animæ prius occidium, dein & corporis, commeruit. Vnde Eccl. 2. *Amul ere inuitium peccati; & per illam morimur omnes.* Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* Rom. 6. *Stipendium peccati mors.* Ro. 8. *Corpus quidem mortuum est propter peccatum.* Plane peccarunt ambo Adam cum Eua, & peccato ad mortem. Nam immortalitas corporis erat eis ex gratia non ex natura; gratiam fugauit peccatum, naturam vitiauit: nil tale potuit naturalis; sed superbia honoris affectati, debique Deo soli.

XIV. ANTICHRISTIANISMVS.

ZVINGLIO CALVINISTÆ Volunt, Deum prædestinasse primorum parentum peccatum & omnia omnium peccata; ideoque ipsius ordinatione ac iussu tentatos esse simul & euos: idque fatali necessitate, quò Dei cognoscitur iustitia, ait Zvinglius; vel, vt Calvinus ait, quòd misericordiæ & iustitiæ aditum, præfacere non posset, nisi prius homo miser, in plucioque dignus euasisset. De quo *suprà* quæ 6. & 9.

CHRISTVS. 1. At ego verè dicit Mat. 18. *Non est voluntas ante Patrem creaturum, vt pereat vnus de pusillis istis: & Cæput, basimque generis humani aditum teritum creasset?*

2. Hoc odium foret. At, Sap. 11. *Diligis omnia que sunt, & nihil odisti eorum,* vt scilicet

fecisti: Nec enim odians aliquid constituisti; aut fecisti. Quia erant omnia bona valde, quae fecisti.

3. Enimvero, Mat. 19. Nemo bonus, absolute & infinite; nisi solus Deus. Et malum ter Optimus tantum creasset, de-creuisset, fecisset.

4. Omnino, Sap. 15. Nemini mandauit Deus imp. è agere; & nemini dedit spatium peccandi. Quia, Pl. 44. Dilexisti iustitiam in protoplastis coronariam; & odisti iniquitatem tum originalem, tum actua-lem. Quocirca, Jac. 2. Nemo, cum tenta-tur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum actuum est: ipse autem neminem tentat.

5. Tamen si præsciuerit tentandum fore, ac lapsurum Adam, labique per-misit; non tamen voluit, quin præmo-nuit caueret; sin' morte moriturum. Ro. 9. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas a-pud Deum? Absit.

Malum poenæ à Deo est; at culpæ ne-quaquam.

XV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINIANI: Protoplastæ se morituros non crederunt: Itaque Infidelitas radix defectionis fuit. Hinc ambitio & super-bia.

CHRISTVS. I. At verè, Eccl. 10. Initium superbia hominis, apostatare à Deo; quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor eius. &c. Initium omnis peccati Superbia. Ecce initium & actuum hominis, & omnis peccati superbia. Ideo Tob. 4. Superbi-am nunquam in tuo sensu, aut verbo domina-ri permitas; in ipsa enim initium sumpsit om-nis perditio. Nil hic de superbia Ange-li, sed hominis. Rom. 5. Sicut per inobedi-

entiam vnus hominis peccatores constitui sunt multi; ita per obedientiam Vnius iustè constituentur. Nolle subijci ad obedi-entiam superbia est, & quasi scelus ariolandi.

II. Verū tamen est: post superbiam, lapsos in Infidelitatem fuisse; vt S. Pa-trum consensus recte docet: Atque in talem Eua quidem, seu quod crederet mentitum ex inuidencia Deum in com-minatione mortis: seu, quod Adæ non crederet asserenti, fuisse à Deo prohi-bitum esum de ligno. Adam verò in tri-bus errauit; quod crederet peccatum esse veniale, præuaricari mandatum: Non se moriturum: futurumque se Deo similem, subiectum nulli. Vnde 1. Tim. 2. Vir nō est seductus, sc. immediatè ab ser-pente, sed mediatè & occasionaliter ab Eua; Ex huius amore nimio; Ex ipsa ex-perientia; Viso eam post esum non mor-tuam; Ex verbo serpentis ei relato.

QVÆSTIO XI.

An peccatum Originale propriè sit peccatum, an meronymicè.

XVI. ANTICHRISTIANISMVS.

ZWINGLIANI & ANABAPTISTÆ negant peccatum; aiunt meronymicè esse peccatum, vt pote morbum ex peccato Adæ; sed inculpa-bilem, ac indamnabilem. Sic & Pelagius. Vide Lutbero-6. p. 4. q. 14.

CHRISTVS. At ego dixi, Ioan. 3. Qui non credit in Filium, ira Dei manet super eum; Non, Veniet, ait Aug. l. 6. in Iulia. ca. 12. sed Manet, quia iam ante erat per-pec. or. Et Baptista Ioan. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit tñ à mundo peccatum illud mundi.

II. Apo-

II. Apostolus verò luculentè: Rom. 5. *Sicut per unum hominē peccatum in hunc mundum intravit; & per peccatum mors: & ita in omnibus hominibus mors pertransiit. In quo omnes peccauerunt.* Hic peccatum nō ponitur vt effectus, sed vt causa; mors verò vt effectus. Neque peccatum hic significat metonymice pœnam peccati, morbum, seu concupiscentiam infrenem: quia nimis coactum hoc & fictum est.

Nec Imitatione intravit: Quia innumeri nil cognouerunt de pec. Adæ. De in *Sicut peccatum vt causa; sic & mors intravit:* at hæc generatione, non imitatione intravit. Ad hæc, *per unum hominem;* si imitatione, ergo *per Angelum* dixisse oportuit; vt qui primus peccauit. Postea, *per peccatum mors:* at hæc generatione, non imitatione intravit: ergo & iliud. Adde, *Pertransiit in omnes:* non substitit in vno, aut aliquibus. Demum in quo homine vno omnes homines peccauerunt propriè, & vere. Hoc ibidem sequentia declarant, quæ docent, ante legem datam non fuisse cognitum peccatum, nec reputatum; & tamen reuera extitisse: nam *ragnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos, qui peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ.* Proinde ibid. *Iudiciū ex vno in Condemnationem; gratia autem ex multis delatis in Iustificationem.*

III. Job. 14. ex versione LXX. *Nemo mundus à sorde; nec infans.* Vnde Pl. 50. *Ecce in iniquitatibus cōceptus sum;* Vna enim originalis est fons omnia. Ideo Rom. 3. *Omnes peccauerunt,* originaliter in vno Capite; & *egent gloria Dei.* Sic & 1. Cor. 15. & 2. Cor. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt.* Gal. 3. *Conclu-*

sit Scriptura omnia sub peccato, vt remissio per Christum daretur credentibus. Eph. 2. *Erasmus & nos sily irascunt & cateri,* sc. naturâ, id est, natiuitate, seu ratione materiæ nostræ peccabilis.

SVASIONES è Scripturis oppositas vide in Lutheroc. p. 4. q. 14.

QVÆSTIO XII.

Qualis Origo sit humanarum Animarum, & peccati Orig. Tradus?

XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

GNOSTICI, Manichæi, Priscillianistæ cum Stoicis aiebant, Animas esse particulas substantiæ Dei; ac Inspirari à Deo, Non Creati: Non traduci ex parentibus.

CHRISTVS. A animæ hominum sunt mutabiles & violabiles: non Deus. Quia Mal. 3. *Ego Deus, & non mutor.* Iac. 1. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Pl. 101. *Tua, idem ipse es, & anni tui non deficient.* Atque rametis Gen. 2. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vite,* non ideo is spiritus animæ erat de substantia Dei: nam ex hac solus Spiritus Sanctus procedit.

XVII. ANTICHRISTIANISMVS.

ORIGENISTÆ, cū Platonici: Animæ hominum, simul cum Angelis creatæ, quod fastidissent cœlestia, amore terrestrium, in carcerem corporum compinguntur.

CHRISTVS. At tunc Deus feliciter egisset cum impijs occisis, infeliciter cum iustis feruatis; vt cum Lot in incendio, cum Noe in diluuiio, &c.

2. Ego beatam corporum resurrectionē male procurasē; mortē bene Satanæ.

3. Non

3. Non iste forent benedictiones Dei, Gen. 1.9. *Crescite, & multiplicamini.* Gen. 17. *Patrem multarum gentium constitui te, faciamque te in gentem magnam.* Deut. 1. *Addat Deus ad hunc numerum multa millia.*

4. Per resurrectionem Lazari male fecissem amico.

5. Multæ Scripturæ Sacræ forent falsæ: Vt Rom. 5. *Regnavit mors etiam in eos, qui non peccaverunt: &c.*

XVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

APOLLINARIIS. Luciferiani. Tertull. Animæ, vt corpora, gignuntur à parentibus.

CHRISTVS. At in creatione diximus de Animantibus: Gen 1. *Producant aqua reptile animæ viuentis, & volatile super terram. &c.* Producat terra animam viuentem in genere suo & reptilia & bestias. De Homine verò ait: *Formauit Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum vite.* Itaque brutæ animæ sunt materiales; spiritales vero humanæ; *Et factus est homo in animam viuentem:* Non igitur spiraculum illud erat gratia Sp. Sancti.

2 Pl. 32. *Deus fingit singulatim corda eorum.* Eccl. vlt. *Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Isa. 57. *Flatum omnem ego feci.*

XIX. ANTICHRISTIANISMVS.

1. LUTHERANIS Peccatum orig. subiectatur in corpore etiam toto.

2. ZVINGLIANIS certò non est in filiis fidelium; probabiliter nec in infidelium: Imò pec. orig. nihil est.

3. CALVINIANIS non est in liberis fidelium, sed in solis reprobis.

CHRISTVS. At Ego idcirco esse baptismi necessitatem, tum Medij, tum

Præcepti, docui, ad abluendum pe. or. i quod isthoc omnibus inhæreret, inde ab Adamo. Proinde, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Sp. Sancto, non potest intrare in regnum cælorum.*

2. Docuit idem Apostolus. Ephes. 2. *Eramus & nos naturâ filij ira, sicut & ceteri:* At loquitur de Israelitis, de se, Gal. 2. *naturâ Iudæo, non ex gentibus peccatore.*

3. Dauid clarè Pl. 50. *Ecce in iniquitatib. conceptus sum; & verè tamen prædestinatus fidelium erat filius.* Suprà plura quæst. 11.

QVÆSTIO XII.

Peccatum Originale an sit Substantia? Peccatum Actuale? Concupiscentia?

XX. ANTICHRISTIANISMVS.

ILLYRICVS, ex Luthero pec. or vult esse substantiam animæ, & imaginem Dei transformatam in imaginem diaboli substantialiter. Sic plures Lutherani.

CHRISTVS. Peccatum est priuatio & defectus; non substantia, seu natura. Quia, cum Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso factum est Nihil,* sc. peccatum: idcirco necesse est quod 1. Tim. 4. *Omnis creatura Dei bona est.* Peccatum verò est malum.

Vnde Paulus, Rom. 7. *Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Non enim quod volo bonum, sed quod odi malum, hoc facio. Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me malum.* Ecce pec. or. habitat in homine, non est homo: minus est illud ipsa mens: & Caro est pars hominis; nam distinguitur contra mentem:

P

tém:

rem: vt ibid. *Mente serui legi Dei, carne autē legi peccati.* Quò minus peccatum orig. est mens ipsa.

Deinde diabolus est pater peccati, *Ioan. 8.* quod si peccatricem mentem transformat, sanè & pater foret mentis, id est conditor, seu formator.

XXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI multi: Peccatum, aiunt, originale est Actuale. vt incredulitas, desperatio. &c. Sic Lutherus, Melanch. Kemnit &c.

CHRISTVS. At infantes, cum liberum mentis vsu non habeant; nec peccatum actuale habere possunt: *Nesciunt enim, quid faciunt:* Et tamen pecc. habent originale: Hoc igitur eis Actuale esse nequit. Vt Iacob & Esau, *Rom. 9.* *Cum nondum nati fuissent, nec aliquid boni egissent, aut mali: Iacob dilexi. &c.* Sic & *Deut. 1.* *Filij tui, qui hodie ignorant dexteram boni & maui,* id est, nullum actuale peccatum habent. Tales, *Ione 4.* fuerunt in Ninive ultra 12000. hominum, qui ignorabant, quid esset inter dexteram & sinistram, id est, infantes, ait S. Hier. erant.

XXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI communiter & pertinaciter aiunt; Concupiscentiam innatam, in sua natura, esse, per quemanere continuum peccatum: omnia que hinc & opera hominum esse inquinata: Sed à Deo non imputari renatis.

CHRISTVS. At Vetus, Nouumq; Test. reclamation: docet enim tollenda, Tollique peccatum, non Tegi, præsertim in baptismo. *Exo. 32.* *Qui auferi iniquitates & peccata.* *Pl. 50.* *Dele iniquitatem meam.* *Ma. 1.* *Si fuerint peccata vestra vt cocci-*

num, quasi nix alba erunt. *Isa. 27.* *Dimittetur iniquitas Iacob, vt auferatur peccatum eius.*

2. *De me Ioan. 1.* *Agnus Dei, qui TOLLIT peccata mundi: qui, Rom. 5.* *in mundum intrauit.*

3. *Iac. 1.* *Vnusquisque tentatur à Concupiscentia sua abstractus & illestus: Tentari non est peccare. At Deinde Concupiscentia cum conceperit, delectatione, vel etiam consensu, parit peccatum, cordis seu cogitationis. Demum Peccatum verò cum consummatum fuerit opere ipso actuale, generat mortem.*

4. *Rom. 7.* *Nunc autem non ego operor illud: sed quod habet in me peccatum: quasi dicat, motus concupiscentiæ non est meum opus: ideoque nec mihi imputatur.*

*Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum: vbi Caro accipitur solum pro altera parte, non pro homine toto: Alioquin non vere diceret: non Ego operor: Non bene dictum corrigeret & exponeret illud: in me, id est, in carne mea, quasi dicat sola, non in mente per delectationem vel contentum. Atq; ita passim distinguit idem mentem contra carnem. *Mente serui legi Dei, carne legi peccati. Qui foris est noster homo licet corrumpatur, is, qui intus, renouatur. Gen. 6.* *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Et Ego, Ioan. 3.* *Quod natum est ex carne, caro est. Luc. 16.* *Caro & Sanguis n. n. reuelauit tibi.**

5. *Nihil damnationis est in ijs, Rom. 8.* *qui sunt in Christo Iesu, id est, iustificatis, licet sentiant concupiscentiam.*

Idque non, quod eius Reatus sit in baptismo solus remissus; sed quod peccatum

catum ipsum sit deletum. Nam reatus & peccatum sunt inseparabilia; & peccatum est fundamentum reatus: quocirca & hic, illo manente manet: & *codicis est Deo impius, & impietas eius*, Sap. 14.

QVÆSTIO XIV.

Qua sit pœna peccati orig. in decedentibus sine baptismo?

XXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS cum lequacibus fingunt Fide-
lium proles, absque baptismo mortuos, Sal-
uari ex pacto.

ZVINGLIVS hoc certum asserit. Probabile
verò, & Infidelium proles saluari; vi Redem-
ptionis.

CHRISTVS. At iam damnati
sunt.

1. Quia Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit
ex aqua & Sp. Sancto, non potest introire in
regnum Dei.*

2. Ioan. 3. *Qui incredulus est Filio, non
videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.*
Item *ira exaltari oportet Fil. hom. ut om.
qui credit. &c.*

Notauit rectè S. Aug. ser. 14. de verb.
Apost. *Non dicit, Ira Dei v. niel super eos:
sed manet; adeo necesse est liberari ab ira
per baptismum.*

Vnde Ephes. 2. inquit, *Eramus & nos
filij natura filij iræ.* Quia, Rom. 5. *Per vni-
us auctum omnes homines in condemnatio-
nem.* Sic irato Deo quis beatus erit, nisi
amicus ipsius? Omnino, Apoc. 20. *qui
non est inuentus in libro vite scriptus,
missus est in stagnum i-
gnis.*

II. DE GRATIA ET LIB. ARBITRIO. QVÆSTIO XV.

*An gratia Iustificans sit permanens qualitas
in anima?*

XXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO - CALVINISTÆ Imputationem
solam iustitiæ Christi statuunt, vt qui acce-
ptione gratuita simus iusti.

CHRISTVS. At ego dixi, Ioan. 4.
*Aqua gratiæ, quam ego dabo ei, fiet in eo fons
aqua salientis in vitam æternam.* Qui fons
est Sp. Sanctus inhabitans per gratiam.
Nam, Ioan. 7. *Qui credit in me, flumina de
ventre eius fluent aqua viue: subiunxitque
protinus; Huc autem dixit de Spiritu, quem
accepturi erant credentes in eum.* Sicque S.
Patres illa exponunt de gratia inhabi-
tante, & creata.

2. Idem docet meus, Rom. 5. *Sicut per
inobedientiam vnius hominis peccatores con-
stituti sunt multi sc. non imputatiuè, sed
inhærente nobis iniustitia orig. Ita per
obedientiam vnius hominis iusti con-
stituentur multi: non imputatiuè, sed
realiter.*

3. Ideo Gratia dicitur diffundi, effun-
di: vt Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cor-
dibus nostris per Sp. Sanctum, qui datus est
nobis: non imputata solum.* Sicut reali-
ter Mat. 15. *De corde exeunt cogitationes ma-
le, non imputatiuè.*

4. Gratia comparatur rebus perma-
nentibus; vt pignori, Vnctioni, sigillo,
femini. 2. Cor. 1. *Qui Vnxit nos Deus, & Si-
gnauit nos, & dedit Pignus Spiritus in cordi-
bus nostris.* 1. Ioan. 2. Vnctionem, quam
accepistis ab eo, maneat in vobis. 1. Ioa.

P 2

3. Qui

3. *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia Semen eius, gratia, manet in eo.*

QVÆSTIO XVI.

In quo sita sit Efficacia Gratia?

XXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTIS omnis gratia est Efficax; Sufficiens nulla: eò quod moti à Deo, debeant; non moti, non possint, agere bene.

PELAGIANIS solum lib. arbitrium est sufficiens ad salutem operandam; gratiâ opus nullâ. Vide Lutero. cal. p. 4. q. 29. 30.

CHRISTVS. At Ego Dixi: Matth. 23. *Ierusalem. &c. quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & Noluiti?* Quo docui, gratiam eos Sufficientem habuisse; nō tamen Efficacem; quia Noluerunt.

2. Par querelâ Protomartyris, Act.

7. *Vos semper Spiritui S. resistitis:* quasi dicat, hic sufficiens vobis datus est; sed per vos nolentes non erat Efficax.

3. Sic Il. 5. *Expectaui ut faceret vinas;* poterat enim per sufficientiam gratiæ; & *fecit labruscas,* per Inefficaciâ eiusdē.

4. Rom. 2. *Ignoras, quia benignitas Dei ad penitentiam te adducit?* quia sufficiens gratiam dederat. Ideo, Apoc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso; si quis aperuerit mihi intrabo ad eum.* Pullat sufficiens; si vis, fac Efficacem.

5. Fieri autem posse efficacem sic docui. Ioan. 6. *Omnis, qui audit à Patre, per sufficientiam, & dicit;* per efficaciam, *venit ad me de facto.* Vnde Rom. 8. *Quos vocauit, hos & iustificauit:* istud sufficiens, hoc efficaciter.

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

EFFICACEM reddere gratiam est in potestate hominis vt Sufficienti consentiat: Sicque Efficacia gratiæ consistit in voluntate humana.

CHRISTVS. At ego contrâ dico, Ioan. 6. *Omnis, qui audit à Patre, per inspirationem internam Dei, venit ad me, per Doctoris Dei suasionem, non per studium discipuli.* Quia Il. 54. *est scriptum in prophetis; Erunt omnes doctibiles Dei, theodidacti.* Planè, Pl. 93. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine.*

2. Disertè quoque 1. Cor. 4. *Quis te discernit, sc. fidelem ab infideli?* Errorem prædictus diceret, Liberum arbitrium. At *quid habes, in libero arbitrio, quod non accepisti, à Deo?* Libertas tua est, sed Dei est bonitas persuadens arbitrio, dans & *Velle, & Perficere.*

3. Si voluntas consentiendo gratiam sufficientem reddat Efficacem, iam eversa erit Prædestinatio Diuina. Rom. 8. *Quos enim prædestinasti, hos & vocasti, sc. sufficenter: sed quem ad modum? Ecce Omnia cooperantur in bonum his, qui SECVNDVM PROPOSITVM Vocati sunt Sancti:* scilicet, non secundum voluntatem Vocati.

XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ. Voluntas homini in iustificatione nihil omnino agit; sed solus omnia Deus, à quo illa agitur.

CHRISTVS. At contra David orabat, Psal. 69. *Deus in adiutorium meum intende.* Psal. 26. *Adiutor meus esto, ne derelinquas me.* Nomen, ait Augustin. term. 13. de

13. de verb. Apost. *Adiutoris præscribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis.*

2. Contra meum, 1. Cor. 15. *Gratia eius in me vacua non fuit; sed abundantius illis omnibus LABORAVI: Non Ego autem; sed Gratia Dei mecum. Ac per hæc, ait Aug. l. de grat. & lib. arb. c. 5. nec gratia Dei sola; nec ipse solus; sed gratia Dei cum illo.*

3. Ideo monet, 2. Cor. 6. *Ne in vacuum Dei gratiam recipiatis. Nam, Rom. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Atque ita ait Phil. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat.*

XXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ Negant esse in potestate hominis, Gratia consentire, vel refragari: adeo cogit gratia voluntatem: & quis resistat ei?

CHRISTVS. At ego, Matth. 23. *Quoties volui congregare filios tuos; & Nolui.*

Hoc verò resistere est gratia. Apoc. 3. *Ego sto ad ostium voluntatis humanæ, & pulsos; Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. Aperire ianuam est voluntatis.*

4. Vere Sanctus Stephanus, Act. 7. *Vos semper Spiritui Sancto resististis.*

Quæ circa, Psal. 94. *Hodie st vocemini audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

QVÆSTIO XVII.

An SUFFICIENS Auxilium detur omnibus ad salutem?

XXX. ANTICHRISTIANISMVS.

PLAGIANI fingebant, solis liberi arbitrij viribus quemque salutem consequi posse; nec opus vlla gratia præueniente.

CHRISTVS. At ego etiam ijs sufficiens præbeo, quos præuideo non credituros. Ideo dixi, Mat. 11. *Si in Tyro & Sidone hæc facta fuissent; in cinere & cilicio penitentiam egissent.*

Ego dixi, Mat. 13. *Vobis, etiam Iudæ, datum est nosse mysterium regni Dei; ceteris autem non est datum 2. Thel. 3. Non omnium est fides. Nam, Rom. 9. Cuius vult, miseretur; quem vult, indurat.*

XXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ: Solis prædestinatis, non reprobis datur auxilium sufficiens ad salutem consequendam. Quia ipse Omnis gratia est Efficax, & determinans voluntatem.

CHRISTVS. I. At ego dixi, Mat. 5. *Deus solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos gratiam suam, exponit S. Ambr. serm. 8. in Psal. 118. Dixi, Ioan. 1. Lux vera illuminat omnem hominē luce gratia ait Chryl. Quia, 2. Tim. 2. Vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 2. Pet. 3. Non vult aliquis perire; sed Omnes ad penitentiam venire. Ps. 18. Non est, qui se abscondat à calore eius. Sap. 11. Misereris omnium, quia potes. &c.*

II. Sufficiens auxilium ad resurgendum à peccato non ad: sit omnibus temper & ubique. Sic ipse docui, Ioan. 12. *Propter ea nō poterant credere, quia iterum dixit Isaias; excavit oculos eorum, sc. stante cæcitate non poterant. Idem recte asseritur 2. Tim. 2. Ne quando Deus det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, & resistant à diaboli lequeis.*

III. Ad deuitanda tamen peccata sufficiens auxilium omnibus, semper, & vbiq; adest, mediatè, vel immediatè. Iaco iusti orari, Mat. 6. *Et ne nos inducas in tentationem.* Proinde, Eccl. 15. *Ne dicas per Deum Absit.* Quia Oseæ 13. *Perditio tua ex te: tantummodo in me auxilium tuum.* Vnde Aug. l. de nat. & grat. c. 43. *Admonet nos Deus facere, quod possumus, & petere, quod non possumus.* Idem l. de grat. & lib. ar. c. 16. *Ideo quædã iubet, quæ non possumus, ut sciamus, quid ab illo petere debeamus.*

QVÆSTIO XVIII.

An vlla sit CAUSA PRAEDESTINATIONIS in nobis?

XXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ *Evdokia*, seu merum gratuitum Dei beneplacitum causam Electionis impellentem bene constituunt; sed malè explicant, malè defendunt: Nimirum sic placuisse Deo ante præuisum peccatum origin. & etiam post præuisum peccat. origin. & actualia.

CHRISTVS; Ego quinque hac in redocui.

I. Aliqui sunt Electi. Mat. 20. *Multi sunt vocati; pauci verò electi.* Mat. 24. *Congregabunt Electos eius à quatuor ventis.* Ro. 8. *Quis accusabit aduersus Electos Dei?* Eph. 1. *Elegit nos IN IPSO ante mundi constitutionem.*

II. Sunt Electi ad regnum. Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex; quoniam complacuit Patri dare vobis regnum.* Rom. 10. *Reliquiae, secundum Electionem gratia saluae factæ sunt.*

III. Electi ad regnum infallibiliter

saluabuntur. Mat. 24. *Propter electos breuiabuntur dies illi.* Ioan. 6. *Hæc est voluntas Patris; ut omne, quod dedit mihi; non perdam sed resuscitem in nouissimo die.* Ioan. 10. *Ne mo rapiet eas de manu mea.* Ego & Pater vnum sumus. Rom. 9. *Quos prædestinauit, hos & vocauit, sc. secundum propositum; Et quos, ita vocauit, hos iustificauit; Et quos ita iustificauit, hos magnificauit.*

IV. Electio prædicta, est facta ex mera Dei Misericordia. Lu. 12. *Complacuit Patri dare vobis regnum, gratuito.* Quia Ioan. 15. *NON OS Me elegistis; sed EGO elegi vos; & posui vos, ut catis, & fructum offeratis, & fructus vester maneat, quasi dicat. Non elegi vos, quasi viderim me eligendum fore à vobis, vos fructificaturos, aut per seueraturos; non: sed elegi vos ut faciam vos fructificare, me sequi, & perseuerare.* Clarius Rom. 11. *Reliqui mihi adhuc 7000. virorum, qui non curauerunt genus ante Baal. Sic ergo in hoc tempore reliquæ SECUNDVM ELECTIONEM GRATIAE saluae factæ sunt.*

Clarissimè Eph. 1. *Elegit nos in Ipso ante mundi constitutionem, sc. te, semus sancti & immaculati. Et, Prædestinauit nos in adoptionem filiorum SECUNDVM PROPOSITVM VOLUNTATIS SVAE, in laudem gloria GRATIAE suæ.*

Addit: *IN QVO nos FORTE vocati sumus, prædestinati secundum Propositum eius; quasi dicat. Vocatio, respectu hominum dici potest Fortuita; quia ipsi in seipsi facta est; at respectu Dei nõ est fors, sed destinata, electio secundum propositum.*

V. Electio eadem est non solum gratuita; sed etiam absque vlla præuisione operum. Rom. 9. *Cum nondum nati essent,*

aut aliquid boni vel mali egissent: (Vi secundum Electionem Propositum Dei maneret) non ex operibus; sed ex Vocante dictum est ei, &c. *Iacob dilexi; Esau autem odio habui.* Ro. 11. Si gratia; iam non ex operibus: Alioqui gratia iam non est gratia.

Verum in hisce conveniunt nobiscum Calviniani: discrepant Pelagiani. Liquet in meo *Luthero-cal.* p. 4. q. 32.

QVÆSTIO XIX.

*An detur ex parte hominis causa Re-
probationis?*

XXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

ALVINISTÆ perniciter Negant; esseque parem causam ac eandem tum Electionis, tum Reprobationis contendunt tam Positiuæ, quam negatiuæ.

CHRISTVS. Ego vero *veni vocare peccatores; & nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & viuat:* ceu supra pluribus manifestum: nihilominus, quia vocaui, & noluisse; ego quoque ridebo in interitu vestro, sed distinctè.

I. Reprobationis Negatiuæ causa est sola Dei voluntas; id est, Prior actus reprobationis est quo non vult quosdam saluare.

1. *Et quis est qui dicat ei, quare sic facis?* Adeo Iudicia Dei abyssus multa.

2. Quia verè, Rom. 9. *Antequam aliquid boni vel mali egissent, Non ex operibus, sed ex Vocante dictum est ei, quia maior seruet minori.* Et *Iacob dilexi; Esau autem odio habui,* scil. in præscientia mea Dei. Nec *Esau odio habui* ob peccatum orig. quia & *Iacob in eadem fuit,* quoad pec. orig. damnationem.

Sed hæc reprobatio dicitur Negati-

ua, qua vnum libero ab or. pec. & alterum non libero: quia sic volo: *Miserebor, cuius miserebor:* Rom. 9. *An non habet potestatem figulus luti.* &c? Proinde Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quæ voces licet positiuum quid sonant; negatiuè tamen capiendæ sunt: sc. quæ Deus non vult aliquos saluari Voluntate Antecedente: de qua hic sola agitur. Et in hac Deus fecit vasa contumeliæ ex massa generis humani, qualia massæ huius natura conditioque requiritur ex se, sc. vasa iræ & odij. Quibus sic in ea conditione relictis, in qua inuenit; non facit iniuriam; sed voluntate sua Antecedente se negatiuè habet: ceu verè exponit *S. Aug. ep. 106.*

II. Reprobationis Positiuæ, id est, Damnationis causa est in solis hominibus reprobis ob tua cuiusque peccata.

1. Idcirco me dicturum prædixi, Mat. 24. *Ne maledicti in ignem æternum.* Qua de causa? *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare.*

2. Vnde & Rom. 2. *Ira & indignatio in omnem animam operantis malum.*

3. Debet homo Deum habere Autorem operum bonorum; tamen sine horum præuisione Deus eum prædestinauit, quia voluit & potuit: at habere Deum nequit Autorem malorum operum; ideo cum horum præuisione eum iuste reprobauit Deus positiuè ex causa peccatorum reprobi.

QVÆSTIO XX.

*An Decretum Dei immutabile tollat liberum
arbitrium; necesse sitque tam ad bona,
quam ad mala?*

XXXIV.

III. Ad deuitanda tamen peccata sufficiens auxilium omnibus, semper, & vbiq; adest, mediatè, vel immediatè. Iaco iusti orari, Mat. 6. *Et ne nos inducas in tentationem.* Proinde, Eccl. 15. *Ne dicas per Deum Absit.* Quia Oseæ 13. *Perditio tua ex te: tantummodo in me auxilium tuum.* Vnde Aug. l. de nat. & grat. c. 43. *Admonet nos Deus facere, quod possumus, & petere, quod non possumus.* Idem l. de grat. & lib. ar. c. 16. *Ideo quædã iubet, quæ non possumus, ut sciamus, quid ab illo petere debeamus.*

QVÆSTIO XVIII.

An vlla sit CAUSA PRAEDESTINATIONIS in nobis?

XXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ *Evdokia*, seu merum gratuitum Dei beneplacitum causam Electionis impellentem bene constituunt; sed malè explicant, malè defendunt: Nimirum sic placuisse Deo ante præuisum peccatum origin. & etiam post præuisum peccat. origin. & actualia.

CHRISTVS; Ego quinque hac in redocui.

I. Aliqui sunt Electi. Mat. 20. *Multi sunt vocati; pauci verò electi.* Mat. 24. *Congregabunt Electos eius à quatuor ventis.* Ro. 8. *Quis accusabit aduersus Electos Dei?* Eph. 1. *Elegit nos IN IPSO ante mundi constitutionem.*

II. Sunt Electi ad regnum. Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex; quoniam complacuit Patri dare vobis regnum.* Rom. 10. *Reliquiae, secundum Electionem gratia saluae factæ sunt.*

III. Electi ad regnum infallibiliter

saluabuntur. Mat. 24. *Propter electos breuiabuntur dies illi.* Ioan. 6. *Hæc est voluntas Patris; ut omne, quod dedit mihi; non perdam sed resuscitem in nouissimo die.* Ioan. 10. *Ne mo rapiet eas de manu mea.* Ego & Pater vnum sumus. Rom. 9. *Quos prædestinauit, hos & vocauit, sc. secundum propositum; Et quos, ita vocauit, hos iustificauit; Et quos ita iustificauit, hos magnificauit.*

IV. Electio prædicta, est facta ex mera Dei Misericordia. Lu. 12. *Complacuit Patri dare vobis regnum, gratuito.* Quia Ioan. 15. *NON OS Me elegistis; sed EGO elegi vos; & posui vos, ut catis, & fructum offeratis, & fructus vester maneat, quasi dicat. Non elegi vos, quasi viderim me eligendum fore à vobis, vos fructificaturos, aut per seueraturos; non: sed elegi vos ut faciam vos fructificare, me sequi, & perseuerare.* Clarius Rom. 11. *Reliqui mihi adhuc 7000. virorum, qui non curauerunt genus ante Baal. Sic ergo in hoc tempore reliquæ SECUNDVM ELECTIONEM GRATIAE saluae factæ sunt.*

Clarissimè Eph. 1. *Elegit nos in Ipso ante mundi constitutionem, sc. te, semus sancti & immaculati. Et, Prædestinauit nos in adoptionem filiorum SECUNDVM PROPOSITVM VOLUNTATIS SVAE, in laudem gloria GRATIAE suæ.*

Addit: *IN QVO nos FORTE vocati sumus, prædestinati secundum Propositum eius; quasi dicat. Vocatio, respectu hominum dici potest Fortuita; quia ipsi in seipsi facta est; at respectu Dei nõ est fors, sed destinata, electio secundum propositum.*

V. Electio eadem est non solum gratuita; sed etiam absque vlla præuisione operum. Rom. 9. *Cum nondum nati essent,*

aut aliquid boni vel mali egissent: (Vi secundum Electionem Propositum Dei maneret) non ex operibus; sed ex Vocante dictum est ei, &c. *Iacob dilexi; Esau autem odio habui.* Ro. 11. Si gratia; iam non ex operibus: Alioqui gratia iam non est gratia.

Verum in hisce conueniunt nobiscum Calviniani: discrepant Pelagiani. Liquet in meo *Luthero-cal.* p. 4. q. 32.

QVÆSTIO XIX.

An detur ex parte hominis causa Re-
probationis?

XXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

ALVINISTÆ peruicaciter Negant; esseque parem causam ac eandem tum Electionis, tum Reprobationis contendunt tam Positiuæ, quam negatiuæ.

CHRISTVS. Ego vero *veni vocare peccatores; & nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & uiuat:* ceu supra pluribus manifestum: nihilominus, quia vocaui, & noluisse; ego quoque ridebo in interitu vestro, sed distinctè.

I. Reprobationis Negatiuæ causa est sola Dei voluntas; id est, Prior actus reprobationis est quo non vult quosdam saluare.

1. *Et quis est qui dicat ei, quare sic facis?* Adeo Iudicia Dei abyssus multa.

2. Quia verè, Rom. 9. *Antequam aliquid boni vel mali egissent, Non ex operibus, sed ex Vocante dictum est ei, quia maior seruet minori.* Et *Iacob dilexi; Esau autem odio habui,* scilicet in præscientia mea Dei. Nec *Esau odio habui* ob peccatum orig. quia & *Iacob in eadem fuit,* quoad pec. orig. damnationem.

Sed hæc reprobatio dicitur Negati-

ua, qua vnum libero ab or. pec. & alterum non libero: quia sic volo: *Miserebor, cuius miserebor:* Rom. 9. *An non habet potestatem figulus luti.* &c? Proinde Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quæ voces licet positiuum quid sonant; negatiuè tamen capiendæ sunt: sc. quæ Deus non vult aliquos saluari Voluntate Antecedente: de qua hic sola agitur. Et in hac Deus fecit vasa contumeliæ ex massa generis humani, qualia massæ huius natura conditioque requiritur ex se, sc. vasa iræ & odij. Quibus sic in ea conditione relictis, in qua inuenit; non facit iniuriam; sed voluntate sua Antecedente se negatiuè habet: ceu verè exponit *S. Aug. ep. 106.*

II. Reprobationis Positiuæ, id est, Damnationis causa est in solis hominibus reprobis ob tua cuiusque peccata.

1. Idcirco me dicturum prædixi, Mat. 24. *Ne maledicti in ignem æternum.* Qua de causa? *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare.*

2. Vnde & Rom. 2. *Ira & indignatio in omnem animam operantis malum.*

3. Debet homo Deum habere Autorem operum bonorum; tamen sine horum præuisione Deus eum prædestinauit, quia voluit & potuit: at habere Deum nequit Autorem malorum operum; ideo cum horum præuisione eum iuste reprobauit Deus positiuè ex causa peccatorum reprobi.

QVÆSTIO XX.

An Decretum Dei immutabile tollat liberum
arbitrium; necesse sitque tam ad bona,
quam ad mala?

XXXIV.

XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINI & CALVINISTARVM effata ac
Maximæ sunt plures.

1. Liberum arb. est extinctum & amissum
per pec. orig.

CHRISTVS. At ego dixi, Matth.
19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*
Mat. 23. *Volui congregare filios tuos, & No-
luisti.* Apoc. 3. *Ecce sto ad ostium, & pulso; si
quis aperuerit mihi, intrabo.*

2. Plenum talibus vetus est Test. Vt
Num. 30. *In arbitrio viri erit, siue faciat siue
non faciat.* Deut. 30. *Proposui vobis vitam
& mortem. Elige vitam, ut viuas.* Ios. 24.
*Eligite quod placet, cui potissimum seruire de-
beatis.* 2. Reg. 24. *Trium tibi datur optio; eli-
ge vnum ex his.* Eccl. 31. *Qui potuit transgre-
di, & non est transgressus; & facere mala, &
non fecit.*

XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LIBER. arb. vires naturales tolluntur per pe.
actualia.

Ita CALVINISTÆ.

CHRISTVS. At præter iam dicta,
testantur exempla peccantium actuali-
liter, & tamen libertatem arbitrij ter-
uantium saluam. Hinc Caino dictum
Gen. 3. *Sub te erit appetitus eius, & tu domi-
naberis illius.* Dauidi post peccata dicitur,
Trium tibi datur optio: elige. &c. 2.
Reg. 24.

XXXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ. Gratia sufficiens necessitat a-
nimam liberumque arbitrium.

CHRISTVS. At ego ipse adhibui,
adhiberique curo Monita, Præcepta,

Confilia, Minas, Incepciones, Lauda-
tiones, Præmia, pœnasque; tanquam ad
homines liberi arbitrij; quo vocanti, sa-
na suadenti ac iubenti pareant; si velint.
Hinc Mat. 23. *Quoties volui congregare fi-
lios tuos.* &c. Isa. 50. *Vocauit, & non erat, qui
audiret.* Ier. 7. *Vocauit vos, & non respondi-
stis.* Zach. 1. Ios. 2. Ezech. 18. *Conuertimini,
& agite pœnitentiam.* Sic excitatis si li-
berum est sequi; ergo gratia excitans nõ
tollit lib. arbitrium: Si non est liberum;
ergo vanæ sunt minæ, pœnæ, incepcatio-
nes.

Manet interim istud Ioan. 6. *Nemo po-
test venire ad me, nisi Pater meus tra xerit e-
um:* Trahit enim non vi cogendo; sed a-
more, affectuque illiciendo.

QVÆSTIO XXI.

*An arbitrij libertas sit ab & Coactione
& Necessitate? Idque etiam in
Deo?*

XXXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ volunt per solam
libertatem à coactione; non illam à neces-
sitate; constitui liberum arbitrium. Vide Luth-
ro. c. p. 4. q. 37.

CHRISTVS. Ad liberum Arbi-
trium requiritur Libertas vt aqu: tum
à Coactione, tum à Necessitate.

1. Vnde Eccl. 15. *Deus dereliquit homi-
nem in manu consilij sui: adiecit mandata: Si
Volueris ea seruare, conseruabunt te. Apposuit
tibi ignem & aquam. &c. Ante hominem vi-
ta & mors, bonum & malum; quod placet ei,
dabitur illi.* Hæc verò libertas arbitrij est
& à Coactione & à Necessitate: Itemq;
est inter Contradictoria: velle & non
velle

velle; & inter Contraria, Eligere & Refpuere. Sic Eccl. 31. *Erit illi gloria aeterna, qui potuit transgredi, & non est transgressus; & facere mala, & non fecit.* Ita. 66. *Iudæi, quæ nolui elegerunt.* Hæc verò illicita est libertatis licentia. Sic, Iere. 3. *Fecisti mala, & potuisti, sc. liberè; et si non licitè.*

2. Ego dixi, Mat. 16. *Si quis VULT venire post me: non cogo, non necessito.* Ibid. *Si VIS ad vitam ingredi, serua mandata.* Mat. 14. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum; Aut facite arborem malam &c. quasi dicat, liberum stat vobis utrumque.*

3. Sic & Apostolus. Rom. 6. *Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio.*

2. Cor. 8. *Non solum facere, sed & Velle cepisti anno priorè; nunc & factò perficite: Vt, que admodum promptus est animus Voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis, tum ex natura, tum ex gratia, Non quod, ait 2. Cor. 3. Sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed Sufficientia nostra ex Deo est.* Phil. 2. *Deus est enim, qui operatur in nobis Velle & Perficere, pro bona voluntate.*

4. Idque sine vi coactionis seu necessitatis.

Vnde Gen. 4. *Nonne, si bene egeris, recipies: Si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit Appetitus tuus; at tu Dominaberis illius, in utramlibet partem.* Luc. 7. *Pharisæi autem & Legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsis; non in vi alia cuiusquam, non baptizati ab eo.*

XXXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ volunt Deum necessariò agere, quæcunque agit.

CHRISTVS. At Ego inquam Mat. 3. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ; tamen nunquam fecerit: non igitur omnia fecit, quæ potuit; plura supersunt.*

Item Mat. 19. *Facilius est camelum per foramen acus transi. quam diuitem. &c. Quanquam apud homines hæc impossibile est: apud Deum omnia possibilia sunt.*

2. Et tamen verè Psaltes, 113. *Omnia, quæcunque voluit, fecit, finita infinitus; proinde infinities plura potest.* Verum, Eph. 1. *Qui operatur omnia secundum Consilium voluntatis suæ, sc. per Cognitionem & Voluntatem suam.*

3. Deus potest facere, quæ non facit; & potest non facere, quæ facit, ut habens Omnipotentiam liberam ac voluntariam, Ita Dan. 3. *Potens est Deus nos de manibus tuis liberare, ô Rex: Quod si noluerit. &c.* Sic & Hester 13. *Non est qui possit resistere tue voluntati: Si decreueris liberare nos, continuo liberabimur.* Et fecit. Sap. 11. *Non erat impossibilis manus tua immittere illis multitudinè virorum, aut audaces leones. &c.* Et non fecit. Ibid. *Misereris omnium, quia omnia potes: dissimulans peccata hominum propter penitentiam: punire potest, si vellet: ergo liber.*

Denique mea vox hæc, Mat. 26. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam XII. legiones Angelorum? Non feci tamen.* Mea hæc, Mar 14. *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt.*

QVÆSTIO XXII.

An lumine naturæ solius cognosci possit, esse Deum, & vnum?

XXXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

Q

LVTHERO-

LVTHERANI plerique, CALVINIANI omnes pernegant.

CHRISTVS. At ego affirmo. 1. Nā Iob. 36. *Omnes homines vident Eum; sed vnusquisque inuenerit procul, in creaturis cōmunia quædam de Creatore cognoscētes.* Vnde recta est ratiocinatio Sap. 13. *Si tantum potuerunt scire, vt possent estimare Sæculum; quomodo huius Dominum non facilius inuenerunt?* Idque naturaliter.

2. Testes mihi sunt Apostoli. Act. 17. *Querere Deum, si forte atrectent eum, aut inueniant: quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum.* Tam sc. esse facilem Dei notitiam hinc docent S. Patres, Chry. Oecumenius, &c. Rom. 2. *Veritatem Dei in iustitia detinent. Quia quod notum est Dei, manifestum est illis: Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius per ea, quæ facta sunt, intellectu conspiciuntur; sempiterna quoque eius virtus & Diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent Deum; non sicut Deum glorificarunt.* Ecce notitiam Dei nō per Reuelationem, sed per species rerum: Et Deum liberè agere cognouerunt; ideo arguuntur quod gratias non egerunt,

QVÆSTIO XXIII.

An homo sit liber à arbitrij in Naturalibus & Ciuilibus actionibus?

XL. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS & Melancthon principio negarunt hæretice; demum retractarunt, & in hoc resipuerunt.

CALVINVS verò & Calvinistæ pernegant.

CHRISTVS. Integræ classes Scri-

pturarum militant aduersum istud commentum.

1. Multæ Scripturæ tribuunt homini post lapsum, liberam diuersarum rerum electionem. Vt Num. 30. Ios. 24. 2. Reg. 24. 3. Reg. 3. Dan. 13. (*Hæc suprâ quæst. 21. reddidimus.*)

2. Multæ docent, hominem aliqua posse facere, quæ non facit; & facere, quæ potuisset non fecisset: Vt 3. Reg. 3. *Quia postulasti verbum hoc, & non diuitias, &c.* Eccl. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus.* 1. Cor. 9. *Non sum liber; non sum Apostolus?* sc. vt potuerim circumducere fororem, accipere sumptus ab Ecclesijs. Act. 5. *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?*

3. Multæ conditionem includunt, & simul virtute liberam oppositorum optionem. Vt II. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis.* Mat. 19. *Si vultis ad vitam ingredi, serua mandata.* Ibid. *Si vult perfectus esse, vade, vende omnia.* &c. Luc. 9. *Si quis vult venire post me, &c.*

4. Multæ reprehendunt eum interrogatione: quasi dicat potuisses non fecisse. Vt Gen. 3. *Quare hoc fecisti?* dicitur homini: At bestia, *Quia hoc fecisti.* Gen. 4. *Quare iratus es? Quare concidit vultus tuus?* Ouicula non diceret; quare fugis lupum: quia non potest non fugere.

5. Eccl. 15. *Deus creauit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui; Saluâ prouidentia Dei: cui nil pugnat libertas arbitrij. Cum hac igitur creatus homo stetit rectus ante lapsum; persistitque cum eadem & post lapsum integrè liber, sed cætera non rectus. Atque ob hanc libertatem tantò noscitur admixibilior prouidentia Dei directrix & conseruatrix homi-*

hominis liberi sic, ut nil tamē ab illa ne-
cessitetur.

6. Multæ docent, hominem multa
facere contra Dei voluntatem. Ut Prou.
Vocavi, & remissis. Isa. 5. Expectavi ut face-
ret vinas, & fecit labruscas. Mat. 23. Quoties
volui congregare nos. &c. & nolistis. Act. 5.
Vos semper Spiritui S. resististis.

7. Multæ continent præcepta, con-
silia, exhortationes, laudes, præmia, pœ-
nas, minas, expostulationes: Quæ om-
nia clamant libertatem arbitrij ab & co-
actione & inprimis Necessitate.

QVÆSTIO XXIV.

An aliquod Verum morale possit solis natura
viribus cognosci?

XL. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ affirmant, omnia & singula
vera moralia posse solis naturæ viribus,
hoc est, cum Generali auxilio Dei cognosci;
nilque opus speciali ad vllum.

CHRISTVS. Non omne verum
morale, sed duntaxat Aliquod, potest
cum Generali auxilio naturaliter co-
gnosci: i'ud nimirum, quod ex se non
iustificat, nec meritorium est ad bea-
tam vitam. At omne pertinens ad salu-
tem, eget speciali gratia Dei.

1. Patent ista ex prædictis ad assertio-
nem liberi arbitrij. Vnde Psal. 4. *Multi
dicunt, quis ostendit nobis Bona*, moralia
quædam? *Signatum est naturaliter super
nos omnes & singulos lumen rationis præ-
dicæ vultus tui, intellectus.* Ita S. Cyril-
lus Item Pl. 57. *Si verè utique iustitiam lo-
quimini, recta iudicate filij hominum, impres-
sa cordibus omnium.* Plana hæc.

2. Planius Rom. 1. *Cum Deum cognouif-
sent, non sicut Deum glorificauerunt.* Rom.

2. *Cum Gentes, nondum Christiani facti,
quæ legem non habent, Test. veteris aut No-
ui, NATVRALITER ea, quæ legis sunt, FA-
CIUNT; eiusmodi legem, Iudaicam aut
Christianam, non habentes, ipsi sibi sunt
lex, qui ostendunt OPVS legis naturaliter
scriptum in cordibus suis; testimonium illud
reddente conscientia ipsorum.* Vnde iusta
querela Iudæ: *Quæcumque naturaliter, tanquã
muta animalia norunt, in his corrumpun-
tur.*

3. Denique Pharaonis cor induravit Do-
minus, 1. speciali auxilio destituit; ni-
hilominus tamen hoc verum morale in
particulari cognouit, dicens: Exod. 9.
*Peccavi: Dominus iustus, ego & populus me-
us impij.*

QVÆSTIO XXV.

An possit homo velle aliquid BONVM
Morale viribus lib. arbitrij
solis?

XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI pene nihil
tribuunt viribus naturæ; Fidei omnia soli:
Pelagiani contra, omnia viribus liberi arbitrij;
gratiæ auxilio nihil.

CHRISTVS. Omnia præcepta
Moralia, quoad operum substantiam,
longiore tempore, obseruare nemo po-
test solis fretus naturæ viribus.

1. Nam obseruationem Legis tribuit
Scriptura Gratia: Vt Ezech. 36. *Spiritum
meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in
præceptis meis ambuletis.* Rom. 8. *Quod im-
possibile erat legi, scil. obseruari totam; in*

Q 2 quo

quod 10 infirmabatur per carnem, Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati & de peccato damnauit peccatum, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Atque ut sciatur loqui de Moralibus præceptis, exemplum subiicit, *Non concupisces.*

2. Apostolus idem diuinam legem Moralem & Naturalem vocat. 1. Cor. 15. Virtutem peccati, Romanorum 8. Legem peccati, mortis: 2. Corin. 15. literam occidentem; quia dum agenda docet, infirmæ naturæ vires nõ præbet sed nos præuaricatores constituit reos peccati & mortis: A quo, ait Rom. 8. nos liberauit Spiritus vitæ per Christum, 1. Cor. 15. qui dedit nobis victoriam. Itaque recte ex hoc, 2. Cor. 3. *Litera occidit; Spiritus autem viuificat:* euicit contra Pelagianos S. Augustinus lib. de spir. & lit. solius naturæ viribus legem adimpleri non posse.

3. Rom. 2. *Factores legis iustificabuntur,* scilicet per gratiam; Et tamen, Gal. 2. *Si ex lege vel naturæ viribus, esset iustitia, Christus gratis mortuus esset.* Ergo factores legis opitulante gratiâ, non solâ naturâ, iustificabuntur: scilicet obseruando legem, quoad Substantiam operis, id est; ne peccetur; etsi non quoad Modum perfectè.

4. Inter omnia mandata sunt aliqua, quæ absque gratia seruari non possunt: ut istud Continentiæ: Sapient. 8. *Ut sciui, quoniam aliter esse non possem continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum; adij Dominum, & deprecatus sum.*

Quin 1. Cor. 7. *Quisque donum suum habet ex Deo: unus quidem sic, alius autem sic.*

omn

Item mandatum dilectionis Dei est morale & naturale; item & hoc, *Non concupisces:* & tamen neutrum absque gratia speciali potest obseruari quoad operis substantiam minus quoad Modum.

5. Integra legis obseruatio certum est signum perfectæ charitatis: Ioan. 14. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me.* 1. Ioannis 2. *Qui seruat verba eius, in hoc charitas Dei perfecta est.*

Et cap. 5. *Hæc est charitas Dei; ut mandata eius custodiamus.* Ioannis 14. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat.*

At charitas Dei non potest naturæ viribus acquiri; sed infunditur: Rom. 5. Ergo nec obseruatio legis fit per vires solùm naturales.

QVÆSTIO XXVI.

An possit homo tentationem vincere, aut bonum Morale perficere cum, vel sine speciali auxilio Dei?

XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

PELAGIANI: esse Hieron. aiebant posse. Vide *Lathero-cal p. 4. q. 44.*

CHRISTVS. Quoad tentationes vincendas veras dixi: *Mat. 1. 26. Orate pro auxilio gratiæ, ne intretis in tentationem.*

Docui etiam orari: *Matth. 6. Et ne nos inducas in tentationem.*

2. Addit Apostolus, 1. Cor. 10. *id est; Deus, qui non patietur vos tentari supra*

id

id quod potestis. Si non patitur; ergo suâ gratiâ conferuat, nosque vallat.

Si non supra posse; ergo indicat possetentationes incidere, quæ superent naturæ vires.

3. Clarè Sapiens. 8. Nemo potest continens, nisi det Deus. Quò minus vincitentatio contra continentiam potest grauior, nisi det Deus.

4. Vnde Psaltes, 27. In te eripiar à tentatione. 26. Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Pl. 117. Impulsus, euerfus sum, ut caderem; & Dominus suscepit me.

XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI volūt, Opera omnia infidelium esse peccata; etiam ea, quæ cum speciali fiunt auxilio Dei: Idque negat, esse Pelagianismum.

CHRISTVS. Veritas dicit: Etiam sine fide ab infidelibus, & cum Dei auxilio speciali posse opera aliqua moralia bona fieri; itemque etiam sine speciali gratia Dei.

1. Ideo dixi Mat. 5. Si saluaueritis fratres vestros: autum; quod morale bonum est; quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti, &c. quafi dicat maiora facere condecet.

At in eo gentiles non peccant, sed bene agunt sine fide, & gratia; sed Rom. 2. Naturaliter, quæ legis sunt, faciunt.

2. Exod. 1. Quia timuerunt obstetrices Ægyptiæ Deum, cauentes infanticidia quod bonum; ideo edificauit illis domos: sc. remunerans eis opus bonum.

Sic Ezech. 29. Nabuchodonosori merces non est reddita, neque exercitui eius de Tyro, p. seruitute, qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea, ecce dedi Nabuchodonosor Regem

Babylonis, &c. diripies spolia, & eris mersus exercitui illius, Sic & Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime; non obstante, quod sine fide, sine gratia Dei sis ethnicus.

QVÆSTIO XXVII.

An homo liberi sit arbitrij in MORALIBVS?

XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI certatim ac CALVINIANI præfractè negant.

CHRISTVS. At ego affirmo constanter totâ Scriptura.

1. Ex ea, quæ Præcepta continet; vt Decalogum, & alia Exod. 20. At frustra præcipitur eis, qui non possunt non deficere; aut non possunt necessitantur destituti libero arbitrio.

2. Ex ea, quæ continet Promissa Conditionata: Vt Isaia 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis. Si nolueritis, gladius deuorabit vos. Amos 5. Querite bonitatem, & non malitiam; & riuertis. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

3. Ex ea, quæ docet, per hominem steterisse, quo minus bene ageret, & peccata vitaret.

Vt Num. 14. Gladio corruetis, eo quod nolueritis acquiescere Domino. Deut. 30. Mandatum quod Ego præcipio tibi hodie, non supra te est. Isa. 5. Quid potui vinea mea facere, & non feci? Mat. 23. Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Act. 7. Vos semper restitistis Spiritui Sancto.

Q 3

4. Ex

4. Ex ea, quæ dicit Deum quasi recedere exploratum, quò studia vergant hominum: Vt Deut. 8. *Adduxit te Dominus XL. annis per desertum, ut affligeret te, & tentaret, & nota fierent, quæ in animo tuo verfabantur.* Ibid. c. 13. *Tentat vos Dominus, ut videat, si diligatis eum.* At frustra exploraret homines Deus, nisi liberi essent arbitrij.

5. Gen. 4. *Si bene egeris, recipies; sin male, statim in foribus peccatum aderit. Sed sub te erit app. eius, s. c. peccati; & tu dominaberis illius actionis tuæ per arbitrium.* Eccl. 15. *Deus reliquit hominem in manu consilij sui. &c.*

6. Deut. 30. *Proposui vitam & mortem. &c. Elige ergo vitam, ut viuas.* Ios. 4. *Optio vobis datur, cui potissimum seruire debeatis.* Eccl. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus.* 1. Cor. 7. *Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem; sed potestatem habens suæ Voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruire Virginem suam; bene facit.* 2. Cor. 9. *Vnusquisque prout destinauit in corde suo; non ex tristitia aut necessitate: hilarem enim datorem diligit Dominus.*

QVÆSTIO XXVIII.

An homo post lapsum, sit liberi arb. in rebus SV. ERNATVR ALIBVS?

XLVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI negant; sed à Deo cogi ac saluari volunt voluntates electorum. Vide *Luthero-caluin. p. 4. q. 47.*

CHRISTVS. 1. Ego verò in pijs occupatos dixi operarios, & edificatores,

plantatores, cooperatores: aguntur aliquid; non passiuè aguntur. Mat. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Talis erat qui dixit, 1. Cor. 3. *Ego plantavi, Apollo rigauit; Deus autem dedit incrementum.* Ibid. *Vnusquisque autem mercedem accipiet secundum suum laborem.* Dei enim sumus Coadiutores: *ἰδιον πόνον, proprium laborem.* Sic Mar. ult. *Prædicauerunt ubique, Domino cooperante: & confirmante sermonem sequentibus signis.*

2. Scripturæ imperant, suadent opera pietatis & conuersionem, ut hominibus liberi arbitrij: alioquin suadere coactis stultum est. Vt Zach. 1. *Ioel. 2. Conuertimini ad me. &c. II. 1. Lauamini, mūdite stote.* Ios. 6. *Operamini nō cibū, qui perit; sed qui permanet in vitam æternam.* Ibid. *Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Respondi: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Hinc Phil. 2. *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.* Deus enim est, qui operatur in vobis.

3. Scripturæ docent, homines à Deo iuuari; ut qui non nihil agāt. Pl. 26. *Adiutor meus esto, ne derelinquas me.* Pl. 69. *Deus in adiutorium meum intende.* Rom. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. &c. postulat pro nobis gemitibus inenar.* 1. Cor. 15. *Plus omnibus laboraui; non autem ego, sed gratia Dei mecum.* De quo Aug. 1. de grat. & lib. arb. c. 15. *Nec gratia Dei sola; nec ipse solus; sed gratia Dei cum illo.*

4. Denique Scripturæ docent vocatos posse non venire. Vt Prou. 11. *Vocaui, & renuistis.* Mat. 23. *Volui tuos congregare, & noluisti.* Act. 7. *Vos semper Spiritui Sancto resististis.* Apoc. 3. *Ego sto ad ostiū, & pulso; si quis aperuerit mihi, intrabo ad eū. &c.* Quæ omnia lib. arbitrium testantur.

QVÆ.

QVÆSTIO XXIX.

Num quæ sint humana Dispositiones ad Iustificationem?

XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ communiter negant omnem in & ex homine dispositionem propriam, ad Iustificationem à peccatis: sed hominem volunt simpliciter passiuè agi à Deo & cogi.

CHRISTVS. I. At Ego prædicauit adultis, Mat. 3. *Parate viam Domini; Pœnitentiam agite.* Quippe, Prou. 16. *Hominis est præparare animam.* Quocirca, 1. Reg. 7. *Præparate corda vestra Domino.* Atque hæc adulti rationes competes valent, ac debent. In infantibus, ratiōnisque carentibus vtu, sat est aliena fides.

II. Sic tamen hominis est præparare animam, vt ipsa illa præparatio gratia indigeat præueniente, qua cum homo Actiuè concurret, non passiuè. *Agite, inquam, pœnitentiam.* Mat. 3. *Facite,* Mat. 7. *arborem bonam, & fructum eius.* Ezech. 18. *Facite vobis cor nouum.* Quocirca principalior est autor iustificationis DEVS, mouens liberum arb. Proinde nemo potest infallibiliter cognoscere suæ sufficientiam dispositionis: Mereri verò multò minus.

QVÆSTIO XXX.

Quid sit Fides iustificans? An fiducia?
An Notitia?

XLVIII. ANTICHRISTIANI. MVS.

LVTHERANI, & iuxta CALVINIANI pertinent Fidem iustificantem esse FIDUCIAM specialis misericordiæ de remissis sibi peccatis: Ideoq; obiectum Fidei esse Scripturæ quidem omnem, at propriè solum Promissiones in eadem factas. Luthero-caluin. parte 4. quæst. 53. 54.

CHRISTVS. At longè secus Apostolus meum vas electionis, Hebr. 11. *Fides est sperandarum substantiarum rerum, vt Græci legunt; seu, vt Latini vertunt, est sperantium fundamentum.* Vnde fidei spes innititur: *Argumentū, conuincens intellectum, non Apparentium;* quales sunt res REVELATÆ; siue ex sint Historicæ relationes & doctrinæ; siue Miracula, seu Promissiones, siue Mandata aut Consilia: *Qualia ibidem c. 10. & 11. commemorat Apostolus; Vt de Historica Fide; Per eam intelligimus aptata esse secula: De Miraculorum fide; Per eam Sancti vicerunt regna, obturauerunt ora leonum: De promissis: Per eam adepti sunt repromissiones in Christo Iesu.*

II. Fidem facere trifidam Historicam, Miraculorum, & Promissionum; hancque Promissionum solam iustificare, commentum est profanum. Nam Vna fides est, ceu DEVS vnus, & vna Veritas reuelans ac reuelata, quæ omnia ista, aliaque plura complectitur. Crede re igitur S. Scripturæ Historiam, Miracula, Promissâ; hæc inquam singula saluant; non quæ de singulis fides sit singularis, sed omnium vna. Id quod in Luthero cal. p. 4. q. 52.

XLIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ, Fides est fiducia, & Notitia.

CHRE-

CHRISTVS, Fides nō est FIDV CIA.

1. Quia substantiam rerum sperandarum futura facit præsentia: at repræsentrare est intellectus. Argumentum quoque est conuictio intellectus. Fide intelligimus. &c. at hoc est intellectus.

2. Idem patet Rom. 4. in fide Abraham. Eph. 3. In Christo habemus fiduciam, & accessum in confidentia PER FIDEM eius. Itaque spes acquirit multam fiduciam in Fide, 1. Tim. 3.

3. Hinc Mat. 9. *Confite filia*, iam nunc spem concipe; quia prodroma fides tua te saluam fecit. Vide *Luthero-caluin. par. 4. quest. 54.*

II. Fides non est NOTITIA, sed est Assensus in rem Incognitam.

1. Quia est argumentum non apparentium, quasi dicat, Fidei est, obscura credere; non, facere ea perspicua. Facit fides quod argumentum; sed alio modo.

Nam argumenta conuincunt intellectum ad assentiendum per Euidentiā rei, causas, & proprietates: at Fides cedendo Autoritati reuelantis.

2. Isa. 7. *Nisi credideritis, non intelligetis*: itaq; fides est via ad intelligentiam. Vnde Philosophus, *Discentem oportet credere.*

3. In 1. Cor. 13. Notitiam mysteriorum distinguit à fide: *Si habuerō omnem scientiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem fidem. &c.* Itē 1. Cor. 12. *Alij datur sermo Sap. alij scientia, alij Fides.*

4. In 2. Cor. 10. ait se per Euangelij prædicationem in captiuitatem redigere omnem intellectum in obsequium Christi: at captiuitate tali nil opus vbi est notitia. Ideo *Obedientia fidei prædicatur, quæ non est notitia.*

QVÆSTIO XXXI.

Ecquod Fidei iustificantis Obiectum?

L. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ contendunt obiectum fidei Specialis præcipuum esse Promissiones euangelicas; subque hoc & cetera contineri. *Luthero-c.p. 4. q. 55.*

CHRISTVS. 1. *Ego sum Via, Veritas reuelans & reuelata; & vita* in nō solę promissiones; quæ sunt pars minima Reuelationis. At Veritati fidem requiro parem & adæquatam sic, vt, veluti Reuelatio est fidei formalis ratio; sic & OMNIA Reuelata sint vnum formale obiectum fidei.

2. Fides erat iustificans, quam ego & exigebam, & miraculis confirmabam, & prædicabam. Nam Luc. 19. *Veni saluum facere quod perierat.* Ioan. 3. *Vt omnis, qui credit in eum, non percat.* Atqui cecis Mat. 9. dixi: *Creditis quia hoc possum facere vobis?* Illis, *Vtique Domine, inquam; Secundum fidem vestram fiat vobis.* Hic de fide solius Omnipotentia quærebatur. Petri fides, *Matth. 16.* erat de Diuinitate mea: Centurionis, *Luc. 7.* de e vtr: quæ Marthæ, *Ioan. 11.* de Diuinitate: *Quia tuus filius Dei.* Thomæ item, *Ioan. 20.* &c.

3. Fides est iustificans licet non respiciat specialem misericordiam: Vt Voluntatem; Mar. 1. *Si vis, potes me mundare.* Volo. Phariseus confidens se iustum, *Lu. 18.* habuit fidem specialem; Publicanus hac caruit; hic tamen *præ illo descendit iustificatus.* Mar. vlt. *Qui baptizatus fuerit saluus erit. Signa autem eos, qui crediderint*
hæ

hac sequentur. &c. En si dem iustifican-
tem; non tamen specialem.

4. Horum similia docent Apostoli.
Act. 1. 4. 10. 13. 17. referuntur conciones
Petri, & Pauli de fide; at nil ibi de spe-
ciali. Philippus, Act. 8. ad Eunuchum i-
dem de fide disserit, sed generati. Item
Rom. 1. de fide Abraham multa; nil de spe-
ciali. Sic Rom. 10. de fide generatim. &c.
Item 1. Cor. 13. & 15. fides prædicatur, &
alubriat nusquam specialis.

QVÆSTIO XXXII.

An, & Quomodo, SOLA Fides iu-
stificet?

LI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI affirmant, quo-
ad rem ipsam: At quoad MODVM dissenti-
unt.

LUTHERANI Rigidi. seu Saxonici, seu VVirten-
bergenfes. aiunt Fidem iustificare per modum causæ
formalis. ALII MOLLES seu Electorales seu Flacciani
id negant. Voluntque tantum Relatiue iustificare.

2. Item RIGIDI: Fidem ita solam iustificare, vt a-
liarum virtutum Præsentiam ac meritum excludat:

MOLLES, & CALVINIANI præsentiam eor-
um necessariam asserunt, nec à fide separari
posse.

CHRISTVS. Fides non sola iusti-
ficat, id est, disponit ad gratiam iustifi-
cantem.

I. Quia Sacra Scriptura tribuit et-
iam alijs virtutibus vim iustifi-
candi.

Vt. TIMOR Domini expellit peccatum;
Eccl. 1. Est principium salutis.

2. CARITAS, Luc. 7. Remittuntur ei
peccata multa; quoniam dilexit multum.

3. Mat. 3. POENITENTIAM agite.

4. SPES: Mat. 9. Confide fili, remittun-
tur tibi peccata tua.

5. FIDES, Gal. 5. per Dilectionem opera-
tur.

6. Desiderium Sacramenti suscipi-
endi.

7. Propositum emendationis vitæ.
Luc. 3. Dirigite viam Domini, rectas facite
semitas vestras. Mat. vlt. Docentes eos serua-
re omnia.

II. SOLA Fides nec Voce, nec Re est
in Scriptura. Non in hoc, Roman. 3.
Arbitror hominem iustificari per fidem, sine
operibus legis. Nam hoc si excludit.

1. Omnia opera; ergo & fidem; Actus
enim fidei est Opus; Ioan. 6. Hoc est opus
Dei, vt Credatis.

2. Si omnem Legem excludit; ergo
& legem fidei. Vnde Rom. 3. Exclusa est
gloratio tua per legem fidei.

3. Si aliquod genus operum & legis
excludit: ergo non SOLA FIDES iustifi-
cat.

III. Fides non iustificat, solum RE-
LATIVE per modum instrumenti;
sed per modum Causæ, dignitatis, ac
meriti.

1. Fides est causa. Quia Rom. 3. di-
citur: hominem iustificari PER Fidem.
Rom. 5. Iustificati EX fide. Passim in Scri-
ptura Ex, & Per significant causam.

2. Fides est principium iustificatio-
nis Rom. 4. Credenti in eum, qui iustificat
impium, reputatur fides ad iustitiam. Act.
15. Fide purificans corda eorum, tcil. à pec-
catis.

3. Per fidem impetratur remissio pec-
catorum; non tantum relatiue respicit
eam, fides & apprehendit. Ideo dixi Lu.

7. Fides tua te saluam fecit à peccatis.

R

Mat.

Mat. 15. *O mulier, magna est fides tua.* Mar. 7. *PROPTER hunc sermonem vades exijt daemonium à filia tua.*

QVÆSTIO XXXIII.

An iustitia nobis inherens sit formalis causa iustificationis perfectæ?

LII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI, & CALVINIANI pernegant pugnaciter.

CHRISTVS. At verò longè verissimè Apostolus 1. Rom. 4. docet, iustificari esse, iustum constitui per obedientiam Christi; quæ est, *perfecta iustitia*; diciturque *Abundantia gratiæ*; & maius Donum Dei, quam fuerit peccatum Adæ; quod perfectam iustitiam in nobis efficit. Rom. 8. *Quem autem Deus iustificat, quis est qui condemnet?* Nec iustificare est annunciare iustum; sed facere, iudicialiter pronunciare iustum; quod Dei solius est. Neque hoc forèsi modo, extrinsecè, non imputando; sed diuino modo, intrinsecè iustificationem efficiendo.

2. Item Rom. 3. *Iustificati gratis*: Efficiente liberalitate Dei, *per gratiam ipsius*, ab eo donatam & infusam, vt causam formalem: *Per redemptionem quæ est in Christo IESV*, Meritorie: *Quem proposuit propitiatorem per Fidem in Sanguine eius*; Dilpositiue per fidem. En causas iustificationis. Vbi *Gratis* significat externum fauorem Dei; *Per gratiam*, effectû fauoris, *Per causam formalem*. Nam benuelle Dei & ipsum Benefacere.

3. Item 1. Cor. 7. *Abluti estis, Sanctificati, iustificati estis in nomine Domini.* &c.

4. Tit. 3. *Vt iustificati gratiâ ipsius, here-*

des simus, secundum spem vitæ et.

Quia Spirit. Sanctum effudit in nos abundanter per IESVM, &c. Vide plura *Luthero-calv.* p. 4. q. 62.

5. Rom. 8. *Sicut portauimus imaginem Terreni; ita portemus & imaginem Cælestis*; qui Ego sum, at non per imputationem iustus, sed per inhabitationem iustitiæ increatæ. Rectius enim denominamur ex eo quod sumus; quam quod putamur. Et qui re ipsa sunt iniusti, & solum imputatiue iusti; i. diabo, quam Christo, sunt similiores. In quibus igitur fuit inherens iniustitia, in ijs iustificatis est inherens iustitia.

6. Rom. 6. *Qui mortuus est, iustificatus est à peccato.* 1. Pet. 4. *Qui passus est in carne, desijt à peccatis.*

At verè passus & mortuus resurrexerit, non imputatiue: Sic & nos per baptismum verè, non putatiue morimur, & resurgimus. &c.

QVÆSTIO XXXIV.

Causa Formalis iustificationis sitne Remissio peccatorum, et Imputatio iniustitiæ Christi?

LIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI causam ponunt præcipuam in Non Imputatione peccatorum, & Imputatione iniustitiæ Christi.

CALVINIANI, præcipuam asserunt causam esse in Remissione peccatorum, siue Non imputatione, inclusa iniustitiæ Christi Imputatione. Quæ prioris termini variatio non adest sententiæ variationem: itaque consentiunt.

CHRISTVS. Neque ego agnosco, neque sciuit docuitue meus Apostolus seu Non imputationem, seu Imputationem.

nem. Verum ita de me dequere statuit. Rom. 4. *Qui traditus est propter delicta nostra.* Hæc pars prior est iustificationis, Remissio peccatorum; Altera, *Et resurrexit propter iustificationem nostram.* Istis præparatoria præeunt fides, spes, charitas, timor. &c. Nam 1. Cor. 15. *Si non resurrexissim, inanis esset fides vestra.* Nunc autem, Rom. 5. *Sicut peccatum regnavit in mortem: ita & gratia regnat per Iustitiam in vitam æternam.* Vide in *Luthero calu. p. 4. q. 65. 64. de inseparabilitate Remissionis & Renouationis.*

LIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ. Imputatio Iustitiæ Christi est forma Iustificationis Christianæ.

CHRISTVS. At neque Prophetica, neque Euangelica, nec Apostolica Scriptura vel nouit vnquam imputationem iustitiæ meæ; At Redemptionis ac Meritorum meorum imputatio constat.

At vt huius multa est, sic nulla istius necessitas assignari potest, nisi ficta.

I. Non quod post iustificationem inhæreant, æquè ac prius, peccata; sed tantum sint TECTA. Quia TOLLI peccata docent Scripturæ Veteris Test. 1. Par. 2. *Obsecro Domine, aufer iniquitatem serui tui.* Ila. 44. *Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua.* Ezech. 36. *Mundabimini ab inquinata.* Pl. 5. *Mundabor & super niuem dealabor.* Pl. 102. *Quantum distat ortus ab occidente, longè fecerit iniquitates à nobis.* Pl. 9. *Queretur peccatum illius, & non inuenietur.*

2. Ipse me, Ioan. 1. *Ecce Agnus Dei, qui*

tollit peccata mundi. Act. 3. *Conuertimini vt deleantur peccata vestra.* Heb. 9. *Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata.* 1. Cor. 6. *Abluti estis.* &c. Eph. 5. *Eratis aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino.*

3. Rom. 5. *Sicut per inobedientiam Adami peccatores constituti sunt multi; ita per obedientiam Christi iusti constituuntur multi.* At verè, non imputatiuè sunt peccatores constituti: Ergo similiter iusti. Quin imò ibid. *Maior est Christi gratia, quam Adami peccatum.*

II. Imputatio non est ideo necessaria, quod nostra inhærens iustitia non sit tum perfecta vt simpliciter iustificet. Quia iustitia inhærens sita est in fide, spe, charitate, iuxta Scripturas: At ista hic esse perfecta queunt: ergo & iustitia.

De fide: Quia nò possit hic esse perfecta; sthuc non erit, sicque nunquam: nam 1. Cor. 13. *fides desinet.* 1. Iac. 1. *Probatio vestra fidei multo pretiosior auro.* Eunuchus, Act. 8. *credidit ex toto corde: ergo perfectè.* Abraham, Rom. 4. *non infirmatus fide contra spem in spem credidit.* Heb. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna.* 1. Ioan. 5. *hæc est victoria, que vincit mundum, fides nostra.*

De Spe, Heb. 6. esse debere dicitur *tantum anchora firma.* De Caritate, Ioan. 15. *Maiorem hac dilectione nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* At hoc S. Martyres fecerunt. 1. Ioan. 2. *Qui seruat verbum eius, in hoc verè caritas Dei perfecta est.* Et, c. 5. *mandata eius graua non sunt.* Hinc plurima perfectorum exempla in scripturis.

* *
R 2

QVÆ

QVÆSTIO XXXV.

An certitudine fidei quis certus esse possit ac debeat se esse iustificatum?

LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ Affirmant posse, debereque credi.

CHRISTVS. Verè Sapiens: Prou.

20. *Quis potest dicere, min^o debet de se credere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato. Ideo orabat Ps 5. Cor mundum creauit in me Deus.*

2. *Eccl. 9. Sunt iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei. Et tamen nescit homo; vtrum odio, vel amore dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.*

3. *Eccl. 5. De propitiato peccato nolite esse sine metu; neque adicias peccatum super peccatum, & ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur. De his in Lutero caluin. parte 4. q. 66.*

4. *Iob. 9. Non reprehendit me, cor meum in vita mea. &c. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et tamen, Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.*

5. *Dauid Ps. 18. Delicta quis intelligit? Ab oculis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.*

6. *Paulus 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, Vbi horum certitudo iustificationis?*

7. *Quid, quod passim Scripturæ Vel Conditiones requirant ad iustificationem: Deut. 4. 2. Paral. 6. Isa. 1. Ioan. 13. Vos amici eritis, si feceritis, quæ ego precipio*

vobis. Luc. 13. Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Act. 8. Si credis in toto corde, licet.

2. *Vel Scripturæ indicant incertum esse, an, qui penitet, consequatur remissionem. Vt Dan. 4. Forſan ignoscat Deus delictis tuis. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde. &c. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus. Idem Ionæ 3. Act. 8. Penitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittat tibi.*

3. *Vel Scripturæ admonent, ne finis inuicem securi quasi certi de adeptâ iustitia. Vnde Prou. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus. 2. Cor. 10. Non enim, qui se ipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat: at habens certitudinem fidei de sua iustitia posset se verè commendare. Verum secus Phil. 2. Cum metu & tremore salutem operamini. 1. Pet. 1. In timore, in obuius vestri tempore cõuersamini. 2. Pet. 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocatiõnem & electiõnem factatis, id est, iustificationem, Rom. 8. Nam quos vocauit, & iustificauit. Quod si iustificationis certitudo ex bonis operibus pendet; nõ igitur ex sola fide. At certa, illorum certitudo est coniecturali.*

QVÆSTIO XXXVI.

An certitudine si lei homo certus esse possit, ac debeat, se esse Prædestinatum.

LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ affirmant adeo, vt negent esse fidelem, qui id non credat, perinde vt credit Christum esse, & Deum esse.

CHRISTVS. I. Ego verò docui, salutem ex conditione operum dependere. Mat. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus,*

plus, quam Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Rom. 8. Quod si filij & haeredes: si tamen compatimur. 2. Tim. 2. Si commorui sumus: & conuiuemus &c. Nō coronabitur, Nisi qui legitime certauerit.

H. Paulus mysterium Prædestinationis refert inter arcanissima: Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia Deus, & inuestigabiles viae eius? Et Quis nouit sensum Domini, aut quis Consiliarius eius fuit?

III. Apostoli docent fideles ad timorem. Rom. 11. Fide stas; noli alium sapere: sed time. 1. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. Phil. 2. Cum timore & tremore salutem vestram operamini. Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius forte accipiat coronam tuam.

IV. Docui in parabola seminis, Lu. 8. multos ad tempus credere, & in tempore tentationis recedere. 1. Tim. 4. Discedent quidam à fide. Ibid. c. 4. Quidam errauerunt à fide. Instantias haereticorum dilutas repete ex Luthero. cal. p. 4. quest. 67. Quare tamen si fidem habens certus est de sua iustitia; cum sola fides non iustificet. Nec certus est de perseverantia; cum fides amitti possit: Nec certus de prædestinatione; cum fides communis sit reprobis & prædestinatis.

QVÆSTIO XXXVII.

Fides & Iustitia an sint propria solorum electorum, amittique possint?

LVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI plerique volunt, & bene Electos posse labi: At tamen fieri posse negant. Martyr & Kemnitius, quin ante vitæ finem respiciant. &c. Vide Luthero. cal. p. 4. q. 68.

CALVINIANI, Esse propriam asserunt; amittique posse negant: Et ideo dirè ab Lutheranis impugnantur.

CHRISTVS. At Ego docui esse multos, Luc. 8. qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Hisce perseverantia deest: non fidei semen, quod cum gaudio susceperant.

2. Dixi, Ioan. 15. Omnem palmitem in me, ergo viuente in fide & iustitia, sed non ferentem fructum, tollet eum. At palmites nascuntur è vite, non inseruntur: sic fideles in Christo renati, sunt viui; infrugiferi arefcunt: ideo colligent eos & in igne mittunt. 3. Dixi, Mat. 24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: at frige facti nō perseverabūt.

4. Quocirca, Ezech. 18. Cum auerteris se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem morietur in illo. Ideo 1. Cor. 9. Castigo corpus meum. &c. ne forte, cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. Hoc non metuunt presumptuosi Calvinistæ. Idcirco, Gal. 5. Euacuati estis, qui in Lege iustificamini, in fœdere Abrahamæ, à gratia excidistis, quam in baptismo accepistis. 5. Atq; ita 1. Tim. 1. Quidam circa fidem naufragarunt. Et. c. 4. In nouissimis diebus discedent quidam à fide. Et iam, c. 6. Quidam errauerunt à fide. Et verò Heb. 6. Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro pecc. &c. Quia Impossibile est, i. difficile in mō, eos, qui prolapsi sunt, renouari ad pœn. 6. Sese tamen renouarunt prolapsi Adam, Dauid, Petrus, &c. Non renouati sunt lapsi prius Lucifer, Saul, Salomon, Simon Magus, Iudas. Itaque tū reprobi fidem iustitiamque recepisse possunt, & tamen perdere; tum electi receptam perdere, perditamque recuperare valent.

QVÆSTIO XXXVIII.

An homo post iustificationem maneat peccator? Sintque iusti omnes pares?

LVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ affirmant post iustificationem homines manere peccatores, manentibus peccatis in eis, licet tectis per imputatiuam iustitiam.

CHRISTVS. At ego inquam, Mat. 23. tales esse *similes sepulcris dealbatis, quæ intus plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* Similes Virginibus fatuis oleo iustitiæ carentibus, Mat. 25. Similes lupis rapacibus intus; foris licet in vestimentis ouium veniant. Mat. 7.

2. Aliter de me Vas meum electionis Rom. 8. *Prædestinavit nos conformes fieri imaginis Filij sui: ut si ipse Primogenitus in multis fratribus.* Istis verò quid difformis: Aliter Psaltes 50. *Asperges me, & mundabor: &c. Cor mundum crea in me Deus.* Sic, 1. Cor. 6. *Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis.* Sic, Eph. 1. *elegit vos, ut essetis sancti & immaculati in conspectu Dei.*

LIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERANI Iouinianissantes affirmant iustos inter se pares esse. Vide in *Luthero cal par. 4. q. 69. Et in Genial. p. 4. q. 15.*

CHRISTVS. At si verum, quod, Mat. 11. *Non surrexit maior Ioanne Baptistæ iam ceteros ei impares fuisse necesse est: Ut & Centurioni, De quo Mat. 8. non inueni tantam fidem in Israel.* Clare Luc. 7. *Remittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui minus dimittitur, minus diligit,*

Inde, Mat. 13. *Terra alia efferebat fructum tricesimum, sexagesimum, aliaque centesimum.*

2. Pariter & in *domo patris mei mansiones multe sunt: Ioan. 14. Quia 1. Cor. 15. Alia claritas solis, alia lune. &c. & stella differet à stella. &c.* Ita & iusti cum in terris, tum & in cælis. Plura in *Luthero-caluinista.*

LX. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERO-CALVINIANI negant iustos crescere in iustitia; ideoque pares esse; licet in virtutibus fide, sp., caritate crescant.

CHRISTVS. Ego docui *Caritatem* auge scire; ut *Ioan. 17. Dilige me & plures:* Ioan. 15. *Maiorem dilectionem enim enim habet, ut animam suam ponat, vis pro amica suis.* Huc consonant passim *Apostoli.* *Iustitia est ipsa caritas: ut docui Mat. 22. Nisi abundauerit iustitia vestra plus, &c.* id est, caritas: nam Scribas arguebam, quod diligenter solum diligentes se; at ego iusti quoque inimicos diligere, eisque heri bene. Sic, 2. Cor. 9. *Deus auget in remota si uigum iustitiæ vestrae uobis inhaerentis; non meæ Christi, quæ exaugere nequit.* Itaque *Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens præcedit, & crescit usque ad perfectum diem.* Proinde *Apoc. 17. Qui iustus est, iustificetur adhuc; & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.*

QVÆSTIO XXXIX.

An Discrimen Legis & Euangelij probet Operum bonorum necessitatem?

LXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LYTHERANI, CALVINIANI, cæceterique *Sectarii* volunt posse hominem saluari, et

ri, etsi nulla opera bona operetur, aut Dei mandata seruet. Quidam eorum volunt necessitatem Præsentia; at non Efficientia. Plerique triplex discrimen legis & Euangelij fingunt, vt opera bona eliminent.

1. Vetus Test. esse legem operum: Nouum esse lætum duntaxat Nuncium; proinde nec Christum esse Legislatorem: Præceptaque Noui Test. pertinere ad Vetus.

2. Legem esse cum conditione operum: Euangelium verò gratuitum cum promissionibus absolutis, non conditionatis operum.

3. Legem terrere, minari; Euangelium consolari solum. Vide *Luthero-cal. par. 4. quest. 71. 72.*

CHRISTVS. Narrauerunt mihi iniquas fabulationes.

I. LEGES propriè pertinent ad Euangelium; iuxta prophetias, Isa. 2. *De Sion exibit Lex.* Leu. 33. *Ego dicor Iudex, Legisfer, Dominus.*

2. Deinde, Ego *Mat. 5.* Legem Moysis confirmavi, explicavi, perfecì: *Nisi abundauerit in fructu vestra plus.* &c. Ideo dixi ibid. *Ego autem dico vobis, vt Legisfer. Non veni soluere legem; sed adimplere.* Idcirco, *Mat. 7.* *Eram docens sicut potestatem habens; non sicut Scriba,* ex sola scientia; sed ex Autoritatis excellentia. Quin ita conclusi: *Si quis ergo sulerit vnum de mandatis istis minimis, Moralibus sc. & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum.*

II. MINAE item pertinent ad Euangelium.

I. Ipse enim talia: *Mat. 5.* *Qui dixerit fratri suo fatues, reus erit gehennæ ignis.* *Mat. 7.* *Omnis arbor que non facit fructum boni, excidetur, & in ignem mittetur.* Similium plena omnia.

FIN GVNT quidam ista ad vetus Test. referenda.

AT ita plerique sermones mei spectarent eodem, & Noui Test. pars potior foret Vetus. Idem de Apostolicis scriptis, dictisque statuendum esset. Id quod est Lucem appellare tenebras. Euangelium tamen, licet terreat, lætum nuncium dicitur ob nunciatum saluatorem, remissionem peccatorum, cælum referatum, Sp. sanctum missum, qui est caritatis & timoris, sed filialis ac casti.

III. PROMISSIONES Euangelij sunt CONDITIONALES. Vnde dixi, *Nisi abundauerit.* &c. *Mat. 9.* *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Vide hic *Luthero-cal. p. 4. q. 72.* *Luc. 10.* *Domine; quid faciendo vitam æternam possidebo?* &c. *Hoc fac, & viues.* Hæc conditionata promissio est; non absoluta; non ironica; vt fingunt. Plena talium conditionum scriptura est. *Mat. vlt.* *Qui crediderit, saluº erit.* Nec pluribus opus in re liquida.

QVÆSTIO XL.

An Libertas Christiana probet operum bonorum necessitatem ad salutem?

LXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta contendunt Christianos esse exleges; opera bona esse fructus & signa fidei; tamen indifferentia esse oportere, vt nec præcepta, Nec prohibita; quæque nec damnare, nec iustificare valeant; si eque facienda, vt quæ sint à Deo acceptanda; non vt examinanda; &c. Vide *Luthero-cal. p. 4. q. 74.*

CHRISTVS. I. At iam liquet Me verum Legislatorem; p̄dictum, & esse; & Euan-

Euangelium propriè legem.

2. Deinde vere præcepta fanciui, *Ioan. 3. de baptismo: Ioan. 6. de Eucharistia. Mat. 5. de Cõiugio & repudio. De quo 1. Cor. 7. Præcipio non ego, sed Dominus. De præcepto dilectionis, Mat. 22.*

3. Legem Moralem Moyſis comprobauit, *Mat. 5. 6. 7. 19. Mar. 10. Luc. 18. ad probans Decalogum. Et non eam per Euangelium abrogauit. Nam Matth. 5. Non ueni soluere legem, sed adimplere Moralem.*

4. Idcirco uenturus sum Iudex; ut reddam unicuique iuxta opera eius. *Mat. 24. Act. 10. 17. Rom. 2. 4. &c.*

II. VERA LIBERTAS CHRISTIANA est in tribus.

I. Libertas à peccato & morte: Ideo *Ioan. 8. Si uos Filii liberi aut, uerè liberi eritis. Qui autem facit peccatum, seruus est peccati. Ita & Rom. 6. & 7. Quod si permaneret peccatum in homine iustificato, sed non imputatum, non esset uerè liberatus; nec ego uerè essem Redemptor.*

II. Libertas à iugo ceremonialium & iudicialium. *Act. 15. Quid tentatis imponere iugum. &c. Gal. 4. Quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa? &c. Gal. 5. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Heb. 7. Translato enim Sacraotio, necesse est, ut & Legis translatio fiat.*

III. Libertas à dominio Legis naturalis, id est, à seruili timore. *Quia Rom. 6. Non estis sub lege, sed sub gratia. 2. Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Gal. 5. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. 1. Tim. 1. Iusto non est posita lex, sed iniustus & non subditus. Aug. in Ps. 1. Aliud est esse hominem sub lege, aliud esse in lege. Illud serui, hoc liberi est, qui agit, non agitur. Cum igitur promissio vitæ sit conditionalis, pla-*

ne conditionem obseruari necesse est, Atque ita seruire Deo, est in libertate Christiana regnare.

QVÆSTIO XLI.

An necessitas operum ad salutem doceatur ex Nouo Testamento?

LXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI perinde ac CALVINIANI solam Præsentiam necessitatem affirmant, id est, necessaria esse, ut fides sit uia, uera & fructuosa: Fidem uero solam habere relationem, ad salutem, non opera, quasi hæc essent merita, causa, conditiones.

CHRISTVS. 1. At ego uenturus Iudex ex Dei gratuita misericordia, per mea Merita, Electis suæ beatificationis causam quadantenus sum ita pronunciaturus, *Mat. 25. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Cur? & surui enim, & ad dñm mihi manducare.*

2. His consonant Apostoli mei, *Heb. 10. Patientia uobis necessaria est; Cur? & uoluntatem Dei, reportetis promissionem. 1. Tim. 2. Mulier. &c. saluabitur per filiorum generationem; si permanserit in fide: Sola? Non, sed & dilectione, & iustificatione cum sobrietate. Phil. 2. Cum metu & tremore salutem uestram operamini. 2. Cor. 7. Tristitia, que secundum Deum est, penitentiam ad salutem stabilem operatur. Rom. 8. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. 2. Cor. 4. Id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostre, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Rom. 8. Existimo enim quia non sunt condigne pæssiones huius temp-*

temporis ad futuram gloriam. Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiam; ore autem fit confessio ad salutem.* Nimirum ipse dixi, Matth. 10. *Qui me confessus fuerit, confitebor ego eum coram Patre meo.* Iacob. 1. *Qui perspexerit in lege perfectam libertatis & permanserit in ea, non Auditor obliuiofactus, sed factor operis, hic beatus in FACTO suo erit.* Iac. 2. *Quid prodest, si fidem quis dicat se habere; opera autem non habeat; nunquid poterit fides saluare eum?*

3. Atque ad istam de operum ad salutem necessitate veritatem Euangelicam & Apostolicam accessit eiusdem continuata Traditio,

QVÆSTIO XLII.

An Lex Diuina sit possibilis obseruatu?

LXIII ANTICHRISTIANISMVS.

LVIHERANI æque ac CALVINIANI adeo negant impletu possibilem; ut iustorum quoque opera reprobationem mereri comminiscantur. Vide *Luthero-cal. p. 4. q. 76.*

CHRISTVS. I. At sapius docet Scriptura, quod 1. Ioan. 5. *Mandata eius graua non sunt.* Et ego, Mat. 11. *Iugum meum suauis est, & onus meum leue.* Quò possibile magis.

Neque ideo suauis, & non graue; ut No- uatores fingunt, quòd renatis non imputetur præuicatio; ut quos liberarim a maledicto legis; *Gal. 3.* Et nihil eis sit damnationis, qui sunt in Christo; *Rom. 8.* Non, inquam ideo: Quia illa Non imputatio Vel tollit Obligationem legis; tunc facit ut lex sit non lex; sicq; fallum esset hoc, lex mea est iugum suauis: Vel tollit reatum ex præuicacione con-

tractum, quem contrahi permittit ut seruatu impossibilis; tunc esset iugum durissimum. At contra docuit *Ezech. 36.* *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis:* Et si ego fideles liceraui a maledicto legis im- portabilis antè, nunc facilis facta.

II. Docui Ioan. 14. *Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Rom. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Nam, *Gal. 5.* *Omnis lex in vno sermone impletur; Diliges proximum tuum.* &c. At omnes debent, & possunt diligere proximum: ergo & legem obseruare. Vnde Ioan. 3. *In hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis; si dilectionem habueritis ad inuicem.* Quin imò *Ioan. 15.* *Vos amici mei eritis si feceritis, quia ego præcipio vobis; Sin' amici non eritis.*

DICENT, dilectionem hic esse inchoatam solum; non perfectam; ideo non diligi sicut oportet.

Verum est, Nihil hinc absolutè perfectum est; est tamen secundum quid perfecta dilectio, eaque possibilis ad sufficientiam legis. Vnde datur hinc perfectio aliqua: Ideo *Matth. 5.* *Estote perfecti.* *Mar. 19.* *Si vis perfectus esse.* *Phil. 3.* *Quicumque perfecti sumus.* Itaque 1. *Ioan. 5.* *Qui seruat verbum eius, vere in hoc caritas Dei perfecta est.* Quare, *Gen. 17.* *Ambula coram me, & esto perfectus.*

III. Quidam seruarunt madata; præsertim illud, *Diliges:* & hoc, *Non concupisces.* Vt *Dauid Psa. 118.* *In toto corde meo exquisiui te.* 3. *Reg. 14.* *Dauid custodiuit mandata mea & secutus est me in toto corde suo, faciès, quòd placitum esset.* *Act. 13.* *Vir secundum cor meum, qui omnes meas voluntates faciet.*

S

Et

Et vero ego de Apostolis sum Patri restatus: Ioan. 17. *Sermonem meum serua- uerunt. Et de Zacharia & coniuge, Luc. 1. Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus, sine querela. Illud, Non concupisces: Voluntati præcipitur; non Sensui, utpote legis incapaci. Vnde Rom. 7. Si quod nolo facio, concupisco sci. inuitus iam non ego operor illud voluntate.*

QVÆSTIO XLIII.

An opera iustorum bona, sint peccata: & nihil iustificent?

LXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ esse peccata asse- runt præfractè,

CHRISTVS. At opera iusta esse iniusta nego.

1. Quia Mat. 6. *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: Luc. 11. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Oculi intentio est, corpus lucidum est opus bonum. Proinde Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.*

2. Iob. 1. *in Omnibus his non peccauit labijs suis: vir simplex & rectus, & recedens à malo. Pl. 7. Iudica me Domine secundum iustitiam meam. &c. 1. Cor. 3. Si cuius opus manserit, quod super edificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit: detrimendum patietur. En operum differentiam.*

3. Iacob. 3. *In multis offendimus omnes: At si omnia opera iustorum sint peccata, iam in omnibus offenderetur. Vnde Iac. 2. Si legem perficitis regalem: Diliges proximum, &c. benefacis.*

4. Quoties ego, vetusq; Scriptura de- terremus homines ne peccent? Suade- mus tibi bona operentur? Et opera bona essent peccata mala?

5. Demum opera dixi absolutè bona, Mat. 5. *Videant opera vestra bona. 1. Tim. 6. Diuitibus præcipe non superbe sapere, diuites fieri in operibus bonis. Tit. 3. Curent operibus bonis præesse, qui credunt Deo.*

LXV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant opera bo- na iustificare amplius.

CHRISTVS. At ego dixi, Ioan. 14. *Qui diligit me, quod nemo potest, nisi iustificatione prima iustificatus, sermonem seruet, ad iustificationem secundam ampliolem, & Pater meus diliget eum.*

2. Sic è contra, Apoc. vlt. *Qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc. Sic Deus, 2. Cor. 9. multiplicabit semen, & auget incrementa frugum iustitie vestrae. 2. Cor. 7. Emendemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Domini.*

3. Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: sic exhibete ea seruire iustitie in sanctificatione, non vltiore.*

4. Denique Et ct. 18. *Non impediaris orare semper, & ne uerearis usque ad mortem iustificari.*

QVÆSTIO XLIV.

An opera iustorum sint eterna vita meritoria?

LXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINIANI pernegant in meo Luthero-cal. p. 4. q. 81.

CHRI-

CHRISTVS. Afirmant Scripturæ:

1. Quæ vitam æternam appellant mercedem. Mat. 5. *Merces vestra copiosa est in cælis. Quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Mat. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem;* illam, quæ debetur operibus, non solum promissioni; quia huius impletæ conditio est opus. Nec ideo datur filijs, quia filij sunt; sed operibus quoque ipsis Infantibus datur iure hæreditatis; at adultis etiam iure mercedis.

2. Datur merces in mensura. Mat. 16. *Reddet unicuique secundum opera sua.* Lu. 6. *Eadem mensurâ, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* 1. Cor. 3. *Vnusquisque mercedem recipiet secundum laborem suum:* Nec solum præmium, sed ipsam vitam æternam his, qui per patientiam boni operis querunt gloriam & incorruptionem. Nam addit, *Qui seminât in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Et verò præter hanc quid isthic est præmij? Neque vita æterna datur fidei soli, & operibus ceu fidei signis ac fructibus, ut fingitur; quia malè tunc diceret Scriptura *secundum opera sua.*

3. Ratio, cur detur æterna vita sunt opera. Ut Mat. 25. *Venite, possidete paratû vobis regnum.* Esuriui ENIM; & dedistis mihi &c. Apoc. 7. *Hi sunt, qui venerunt ex magna trib. &c. IDEO sunt ante Thronum Dei.* Ob opera datur; non ob prædestinationem eorum ad vitam. Sicut promissit Deus Abraham multiplicationem seminis; at eam voluit ipsum promereri operibus: Isaacum voluit precibus impetrare filios.

4. Scripturæ docent, præmium operibus reddi ex iustitia. 2. Thef. 2. *Iustum est apud Deum retribuere tribulationem his, qui vos tribulant; & vobis, qui tribulamini, re-*

quem nobiscum. 2. Tim. 4. *Reposita est mihi corona IUSTITIÆ.* &c. Heb. 6. *Non est iniustus Deus, ut obliuiscatur operis vestri.* 1. Cor. 9. *Vnus accipit brauium.* Plura vide in Lutbero-cal. p. 4. q. 81.

QVÆSTIO XLV

Num que fiducia sit in meritis collocandis sit- que fas eorum intuitu, operari?

LXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ. Nulla in meritis ponenda fiducia est.

CHRISTVS. Præcipua in Deo; aliqua in meritis spes proprijs est. Nam Tob. 4. *Fiducia magna erit coram Deo elemosyna omnibus facientibus eam.* Job. 11. *Si non manserit in tabernaculo suo iniustitia, tunc habebis fiduciam proposita spe.* 1. Tim. 3. *Qui bene ministraverit, gradum bonum acquirat, & multam fiduciam.* &c. 1. Ioan. 3. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Vide plura in Luthero-cal. p. 4. q. 82.

LXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ. Nefas est, mercedis intuitu operari bene.

CHRISTVS. Fas est; sed nec tantum, nec præcipuè primæ sint Deo.

1. Sic monui, Mat. 4. *Penitentiam agite, appropinquat ENIM regnum cælorum.* Sic & Baptista Mat. 3.

2. Sic iussi, Mat. 6. *Primum querite regnû Dei.* Lu. 16. *Facite vobis amicos. &c. ut recipiant vos in æterna tabernacula.*

3. Sic exempla docent: Dauidis, Pla. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes PROPTER retributionem.* Eccl. 18. *Ne verearis usque ad mortem iustificari; Quoniã merces Dei manet in æternum.*

S 2

4. Sic

4. Sic monent Apostoli. i. Cor. 9. *Sic eurrise, ut comprehendatis.* Col. 3. *Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: scientes, quod à Domino accipietis retributionem.*

Iustificandi vim quoque: nam, Luc. 18. *Publicanus oratione facta descendit iustificatus.*

QVÆSTIO XLVI.

An oratio sit necessaria & utilis, ut Pater, Hora, Cantus?

LXIX. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANVS Monhemius solus ait, Deum id petentibus dare, quod vltro daturus erat.

LUTHERO-CALVINISTÆ negant orationē esse Satisfactoriam, aut Meritoriam; Impetratoriam esse cōcedunt, sed non remissionis peccatorum, & iustificationis.

CHRISTVS. At ego dico, Luc. 18. *OPORTEET semper orare, & nunquam desicere.* Hęc necessitas est. Mar. 3. *Videte, vigilate, & orate.* Mar. 14. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Ideo docui orare, Mat. 5. *Pater noster, qui. &c.*

2. Sic necesse est ad rectē viuendum: Nam Ioan. 15. *Sine me nihil potestis.* Omni no Deus dixit, *ut disperderet eos: si non Moyses electus eius steteret in confractione eius.* Pl. 105. Deinde Mat. 17. *Hoc genus demoniorum non eicitur, nisi in oratione & ieiunio.* Quō Augustini vox verior est, term. 1. de S. Steph. *Si S. Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet.* Ita Isaac sciebat suam seminis futuram benedictionem, Gen. 25. & tamen orabat pro Rebecca fecunditate. Helias, 3. Reg. 18. orabat pro pluuia, quam præciebat. Tobias, c. 6. Saram futuram suam sciebat; orabat tamen ut à dæmonio seruarietur.

Quæ singula docent orationis & Necessitatem, & Utilitatem, & Meritum;

LXX. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINIANI quidam Orationis Dominicæ petitiones esse volunt duntaxat sex, duas vltimas in vnam contrahentes. In quinta verò petitisolum panem corporalem.

CHRISTVS. Istud Nouare est: verè primi expositores. Orationis meæ septenas docuere petitiones. Aug. Ansel. &c. Alij exponunt eam, de numero nō solliciti. Et ipse apud Matthæum octo, apud Lucam quatuor tradidi beatitudines: Sic alios & alio tempore docui orare apud Matthæum & alios apud Lucam.

LXXI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO CALVINISTÆ septem Horas canonicas è medio tollunt, & infectantur.

CHRISTVS. At ego, *quotidie docens in templo,* Horarum apud Iudæos vsum; inde ab Dauide institutore obseruatum, nunquam coargui: Neque Dauidem perstrinxi, Horarias suas preces sæpius in Psalmis commemorantem. Vide meum *Luthero cal. p. 4. quæst. 86.*

2. Esdras, Daniel cæterique earum obseruatores meritā in scripturis ferunt laudem.

3. Eisdem quoque Apostoli mei sanctè sunt imitati. *Act. 23.*

4. Et verò sancta est in Horarum cultu ratio & intentio.

DE Cantu Horarum. Officiorumque Diuinorum, par ratio est, iustitia, & laus.

2. Ha-

2. Haberque exempla Angelorum,
 Davidis.
 3. Turbæ accinentis mihi *Osanna*.
 4. Meum dicentis hymnum Cœna
 facta.
 5. Et Præceptum Apostolicum, *Col.*
 3. cum S. Traditione Ecclesiæ.

QVÆSTIO XLVII.

*Ieiunium an qua secum trahat culpanda ac
 reformanda?*

LXXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERO-CALVINISTÆ negant rem-
 pus cœnæ statum obseruandum esse.

II. Ab villo nos cibo posse inquinari ad pec-
 caum.

III. Delectum igitur ciborum negant cole-
 randum.

IV. Eoque minus lege diuina, vel in genere
 præceptum esse.

V. Ecclesiastica autem lege id iniungi con-
 scientiis posse pernegant.

VI. Aut Dei esse cultum meritorium seu sa-
 tisfactorium. Vide *Luthero-c. p. 4. qq. 88. 89. 90.
 91. 92. 93.*

CHRISTVS. I. Statum soluendi
 ieiunij tempus rite ab Ecclesia est indi-
 ctum; cum exemplo sit ei Judaica Eccle-
 siæ ieiunium, non solui nisi vespero fero
 consuetum. *Dein* Natura ipsa rerum sua-
 rum ortus, occasusque obseruat statis
 temporibus recurrentes: sic & animalia
 cœli, terrarum, vndarumque: *fecit* nam-
 que *Deus omnia in numero, pondere & men-
 sura.*

Quò rectius Ecclesia: *Matth. 18*
quam qui non audierit, sit tibi sicut ethi-
opi.

II. Dixi: *Luc. 11. Ecce, omnia munda sunt
 vobis.*

2. Et Petro immunditiam animal-
 um excusanti; *Act. 11. Quod Deus puriffi-
 cavit, tu commune ne dixeris.* Adcò, *Tir. 1.
 Omnia munda mundis.*

3. *Mat. 7. Sic & vos imprudentes istis?
 Non intelligitis; quia omne extrinsecus in-
 troiens in hominem, non potest eum coinqui-
 nare: quia non intrat in cor eius.* Sic & *Mat.
 15.*

III. Ciborū delectus ita temporarij
 ieiunij ritui ac instituto est necessarius;
 sicut omni tēpore vitæ ac victus Tōpe-
 rantia. Id celebrati per Scripturam re-
 iunatores sat testantur vt *Daniel, c. 10.*
Baptista, Mat. 3. Timotheus in 1. c. 5. Ne-
 que vsquam Scriptura dicit eos, qui iei-
 unarunt, denique carnes comedisse.

IV. Lege diuina ipse præcepti iei-
 unium in genere & vniuersè:

1. *Mat. 6. Cùm ieiunas, unge caput.* Mo-
 dum ieiunandi trado sic, vt præcepti ne-
 cessitatem præsuppositam voluerim
 subaudiri.

2. Isto, *Mat. 9. Cùm auferetur ab eis spon-
 sus, TVNC IEIUNABVNT,* & prædixi
 futurum; & Præcepti vt legislator.

3. Quò rectius & constantius vnanimis
 omnium S. Patrum huc conuenit con-
 sensus.

4. Veteris Test. præceptum, ex natu-
 ræ acceptum Curia, in vsum inuasit
 communem; vt exemplorum & multi-
 tudo, & magnitudo, & certitudo id dis-
 putari non sinat.

V. Ecclesiæ lex sacri ieiunij, ad tem-
 pus definiti, cum ciborum delectu, obl-
 gat in conscientia; pro iure omnis iustæ
 legis.

1. Hinc Apostolicum Conc. *Act. 1.* iuste interdixit usum sanguinis & suffocati idque ad tempus; eò quod Iudæi ab his abhorrebant, Gentes sunt iussi ab ijs abstinerere; quò facilius coalescerent fideles. *Ida.* verum erat præceptum: nam *idco, Act. 15. Paulus perambulabat Syriam & Ciliciam, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum.* Istud secuta & imitata sunt Concilia complura, quorum in media congregatione ego fui.

2. *Ionadab, Jer. 35.* licite posteris vini potum interdixit. *Hestera, c. 9.* cum *Marchæo,* cunctis Iudæis ieiunium solenne imposuerunt; idemque gens ea perpetuum iussit. *Zach. 4.* Magistratus constituit ieiunia quarti, quinti, septimi, decimique mensis; quæ ante nunquam fuerant. Velle autem ista *Titusiano Chylas* arguere, nimium hagiomachia scelere non caret.

VI. Utilitas ieiunij est tam multiplex, quam efficax. I. Carnem subigit spiritui domitam. Hinc, *1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo,* scilicet ieiunio, ait *Chryl. Ambr. &c.*

II. Animam disponit ad orationem: Ita *Moyles, Exo. 34.* se ad Colloquium cum Deo parabat. *Helias, 3. Reg. 19.* ut Deum videret in *Horeb:* *Daniel* ut reuelationes acciperet.

III. Præstat gratum Deo *CVLTVM,* quatenus ad eius honorem suscipitur ex obedientia Ecclesiæ. Inde laudauit *S. Ananiam, Luc. 2.* quæ coluit Deum ieiunijs & orationibus, *κατεύχετο;* idque voluntariè, non ex præcepto.

IV. Satisfacit Deo. *1. Reg. 7.* Israelitæ ieiunijs à placato Numine etiam *Viduarum* contra hostes abstulerunt. *Achab, 3. Reg. 21.* irâ Dei ex occiso *Naboth* fregit, vicitque ieiunio. Item Iudæi, *Essther 4. Iudith, 4. Niniuitæ, I. el. 2.*

V. Meretur beneficia Dei. *1. Sic, 1. Reg. 1. Anna h. lina,* ait Hieronymus, inanem cibo ventrem filij meruit implere. *Dauid, 2. Reg. 12.* agro filio studuit vitam impetrare.

Sara, Tob. 3. demonio liberatur. *Eccl. Mat. 17.* Est genus demoniorum, quod non exiit, nisi ieiunio & oratione. 2. Quare, *Mat. 6. Cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans. Et Puer tuus, qui videt in absconditis, REDDET TIBI.* E contra ibid. Exterminant hypocritæ facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, qui acciperunt mercedem suam. Quæ merces primariò quidem est donum; quia ex Dei gratia fit ieiunium; at secundariò est quoque debitum: ob promissionem.

ANTICHRISTI QVADRIPERTITI LVTHE- RO. CALVINIANI

F I N I S.

Sit Lauæ TRINVNO, & Diuis: Fructusq; Labori.
Gloria sit CHRISTO: Confusioq; Antagonista.

GENEA


RVM,
tur ex
S. An
& o-
tariè,

melitz
Vidto
chab,
n fre-
Eßha

i. Reg
i, ina
mpie-
ni vi

r. Et,
a est
uare,
m, &
us u-
diti,
ermit-
n hi-
uare
es pu
& Dei
d est
n.

EA-



GENEALOGIA LVTHERO-CALVI- NISTICÆ

I. THEOMACHIAE. II. ECCLESIOMACHIAE.
III. MYSTERIOMACHIAE. IV. CHARITOMACHIAE.

Per Partes quaternas

Inde ab suis retro Maioribus
HÆRESIARCHIS
deriuata ac demonstrata

A V T O R E

F. IOANNE ANDREA COPPENSTEIN MANDALENSI,
*Ordinis Prædicatorum Theologo, Parocho
Heidelberge.*

PARS I.

THEOMACHIA
LVTHERO-CALVINISMI
GENEALOGISTICA.

Superiorum permiffu

ANNO M. DC. XXV.

TERTULLIANVS

Lib. de Præscriptionibus aduersus hæreticos.

SI Hæretici sunt; Christiani esse non possunt, non in CHRISTO habendo, quod de sua Electione sectati, Hæreticorum nomen admittunt.

S. ATHANASIVS

In Orat. 2, contra Arianos.

Nunquam populus ab Episcopis suis, sed à Domino, in quem creditum fuit, Nomen accepit. Certè non ab Apostolis; sed à CHRISTO CHRISTIANI & sumus, & nuncupamur, Illi qui aliunde Originem sue Fidei deducunt; merito Autorum suorum cognomen; ut ad quos pertineant; præferunt.

IEREMIAS Thren. 2.

Prophetæ tui viderunt tibi Falsa & Stulta; nos aperiebant tibi iniquitatem tuam; ut te ad penitentiam prouocarent, Ezech. 13, Prophetæ liniebant parietem.

THEOMACHIA

ADTIBELIARD

Supra

ANNO MDCXXX

ÆQVO



ÆQVO LECTORI,

F
A V E.



OMNIS seu Tiruli rationem etsi loquatur Opus; præloquar tamen ipse tribus.

Georgius Scherer alias ioco serio ac perutili confarcinavit Lutherocentonem des *Luthers Bettelmantel*: quem Lutherani infeliciter excusserunt. Ego hic Lutherocaluinistarum Centonem institui confarcinare: verū vt ab instituto, sic & ab titulo omnem abesse iocum volui Titulumque libello serium præcipi, **GENEALOGIA LUTHERO-CALVINISTICA.**

LUTHERO-CALVINISMI quidem à me redditam rationem est quod repetas ex præfatione mei Lutherocaluinistæ. Vnius hic duntaxat Monitor sum: Vtrosque *Lutheranos* perinde ac *Caluinistas*; vt deament, ac tantum non deperiant suum isti *Lutherum* hi *Caluinum*; ipsi tamen eorum Sectatores ab eis appellari *Lutheranos* ac *Caluinistas* perægrè audiunt; quòd nominis ipsa nouitas doctrinæ clamet nouitatem; hocque ipso

de hæresi notatam. Qua causa inde ab origine sua nupera, arripuerunt, inuaserrunt auidè; vlturparunt, iactarunt gloriose nomina, ab sæcularibus Sectæ nouæ Principibus, *Protestantium*: Ab Ministrorū suorū Confessione Augustana, *Cōfessionistarum*: Ab Professione iactabunda omnium, *Euangelicorum*.

In hæc Nomina pars irrepsit, pars irruerunt Calvinistæ; præsertim arte ac Vnione initâ cum Lutheranis mutuâ: Nisi quòd vno *Reformatorum* vocabulo ab istis volunt in nonnullis internosci.

1. Quam tamen ex hoc vatinianis, planèque viperinis, verè Satanicis, inter sese odijs dissideant, tum ipsis est notissimum; tum nemini non notum, Deo laus.

2. In quot verò quantisq; Fidei questionibus aduersum S. Rom. Ecclesiam coniurati conspirent; meus *Luthero-caluinista* docet.

3. Quam ex diametro etiam contraria CHRISTO dogmatizent; meus

T 2

Anti-

*Antichristus Lutherocaluinismi demon-
strat.*

4. Quam impudenter effrontes Me-
dacijs ac Calumnijs, (cōiuitia nil mora-
mur) Romano-catholicos certatim o-
nerare nil erubescant; meus *Mendax
Antipapista* paucis indicat.

5. Eccunde autem suarum repetant
hæresium originem; isthæc mea *GE-
NEALOGIA* inde eam ab singularum
deducit Hæresiarchis pricis; olimque
sæpius conlemnatis.

Et hic est ipse *SCOPVS*, in quem col-
limat hoc Opus.

Porro, quod omnis illa seu Hæresi-
archarum, seu Hæreticorum progenies
& Genealogia vno ex Patre *DIABOLO*
est, quisuit mendax & homicida ab initio;
notum est seipso.

Id tamen à S. Chrystomo graphi-
cè descriptū, ex ipsius hom. 48. Op. Im-
perf. in c. 24. Matt. huc subijciam. Tem-
pore Apostolorum, inquit, tantummodo se-
minata sunt hæreses; Tempore autem Regis
Christiani germinauerunt: Nostris autem
temporibus maturuerunt, & prauauerunt.

Et infrà de scissionibus sectatorum,
& Vnionem Romanocatholicorū ita: De-
structa turre Babel sitij Noe dispersi sunt, & in
tot partes diuisi: Et super singulas quasque
Gentes *PRAEPOSITI SUNT ANGELI
MALIGNI*: sola autem gens Iudæa facta
est in portione Dei. Deut. 32. Quando diui-
debat Altissimus gentes: & vsque, Iacob fu-
niculus hereditatis eius. Applicat ita. Quan-
do ergo Ecclesia ex mistis voluntatibus erat
repleta: Sicut Retia, que dicuntur in Euange-
lio repleta de piscibus mixtis: necesse erat, vt
purgaretur Ecclesia: vt boni quidem pisces mit-
terentur in vasis, mali autem proijcerentur

foras. Ideo concessa est *DIABOLO* Errori
seminandi licentia: & sic dispersa sunt per plu-
rimas hæreses, Vnusquisque secundum propo-
situm suum. Remansit autem *VNA FIDES*
tantum apud Deum.

Vnde, sicut tunc, cum omnes homines ef-
sent *Vna Gens & Lingua*, diuisi sunt per plu-
rimas Gentes: Ita & modo, cū esset totus popu-
lus Christianus *Vna Ecclesia*, & *Vna Fides*
diuisi sunt per multas hæreses.

Et sicut tunc omnes Gentes facta sunt sub
principatu *PRINCIPVM MALIGNORVM*.
Sic modo Omnes hæreses facta sunt *SVB DIA-
MONVM PRINCIPATV*: *Vna* autem sub
Principatu *CHRISTI* remansit. De qua dicit
propter Ecclesiam: *Vna* est Columba mea, Per-
fecta mea. Verè Chrystomicus Sed Gentes
sua hæreticorum altius repetit idem
hom. 8. in 2. ad Tim. 4. Si quis, ait, nunc
indignetur quod hæretici sint; consideret eos
primordijs Fidei erupisse, *DIABOLO* semper
Veritati mendacium clam inferere molente.
1. Promiserat initio Deus primis hominibus
bona: accessit *DIABOLVS* promittens itidem
bona, & qui rebus nihil poterat, verbis pro-
mittit ingentia. Huiusmodi quippe Seductores
sunt.

2. Postea fuerunt *Moyse & Magi*; Pre-
pheta & Pseudoprophetae. *Apostoli & Pseudo-
apostoli*. *Christus & Antichristus*. Prius igitur
atque ab ipsis cunabulis mundi, & *Apostolo-
rum* temporibus ista contigerunt. Nunquam
igitur fuit, quin *Mendacium Veritati* later-
ter sese infereret: non mirum ergo, quod nunc
quoque ista sint, cum dixerit *Apostolus*, 2.
Tim. 4. quod in nouissimis temporibus instu-
bunt tempora periculosa.

Denique Exitum ecce omnium, Fi-
nis interitus. Vnde S. Ambrosius l. de fide
Orth. contra Arianos. to. 4. Nihil perni-
ciosius

cius hereticis esse potest, quod, quibus multa nobiscum paria sunt, vno tamen verbo, quasi veneni guttâ, meram illam ac simplicem idem Dominica, & exinde Apostolica Traditionis insciant. &c. Nihil tam cogit in mortem, quam sub obtentu Fidei, Fidem violare. Vt enim eypsum aquâ permixtum, lac colore mentitur: ita hic per Verisimilem Confessionem Traditio inimica suggeritur.

S. Hieron. lib. 4. in Jerem. c. 23. Cum

semel se tradiderint falsi doctores mendacis, atque periurii & mortibus deceptorum; non pedetentim nec considerato gradu sed precipites currunt ad interitum & suum, & eorum, quos deceperint. &c. Hinc corpora curant cum cœlestia desperant, vt docet ibidem S. Hieronymus Luculente. Sed nos prolixiore missa Præfatione, rem propositum que adoriamur cum Deo

DOCERE

Per Inductionem singularum Controuersiarum; Lutherocaluinistas innouare veterum Hæreses Hæresiarcharum, olim condemnatissimas; ab eadem S. Rom. Ecclesia; quam Nouatores hodieque per anathematizatas, olim hæreses impugnant.

E CONTRA:

Lutherocaluinistæ pariter doceant, absque figmento & fuco; S. Rom. Ecclesiam hodie tenere, aut vnquam tenuisse sententiam; quam cum vlllo priscorum Hæresiarcha contigerit Oecumenicè anathematizari.

Gloria nostra hæc est:

Testimonium Conscientiæ nostræ:

Et Vox Ecclesiæ Testantis vt SIC,

Cui me, meaque omnia voueo: & Obedienter submitto.

ITA VIVO.

T 3

Par-

Partium quaternarum

Genealogiæ Lutherocaluinisticae singularum singulares

CENSURÆ,

APPROBATIONES,

&

LICENTIA PROVINCIALIS

Eadem,

quæ suprà in Luthero-Caluinista.

Part 3

SYNO-



SYNOPSIS QVÆSTIONVM

GENEALOGIÆ LV-
THERO-CALVINISTICÆ
QVADRIPERTITÆ,

PARS I.

THEOMACHIA,

De Ecclesia Triumphante.

Prefatio de Protogenealogia seu Patriarchia Lu-
thero-caluiniana.

- I. *Q*uæ sint Canonici S. Scripturae libri. Variant.
II. *Q*uod commune sit hereticis odium Sacrarum Traditionum? Est.

II. DE CHRISTO DEO.

- III. *Q*ualis sit Luthero-caluinistis S. S. Trinitas, & Christi Diuinitas. Monstrum.
IV. An Luthero-caluinista sint Tritheista? Sunt.
V. An que sit in Diuinis Personarum Inaequalitas Ariana? Aiunt.
VI. An Dei Filius sit gradu minor à Patre distinctus quàm Deus. Aiunt.
VII. An Christus, quàm Deus, sit impassibilis, Immortalis, Impeccabilis? Aiunt.
VIII. Caluiniana in Diuinis Distinctio an sit indistincta athea, aut othea, anti-thea? Est.

III. DE CHRISTO HOMINE.

- IX. An Luthero-caluiniani sint Nestoriani, duarum assertores Personarum? Sunt.
X. An Lutherani sint Eutychiani, duarum negatores Naturarum? Sunt.

XI. Num

- XI. Num quæ laboravit ignorantia Christus? Aiunt.
 XII. An Christus sit verus Deus? An verus Homo, Idemque adorandus? Negant.
 XIII. An B. V. Maria verè Mater Christi facta permanferit Virgo? Negant.
 XIV. Quo fit cultus genere veneranda Maria? Negant.

IV. DE CHRISTO PASSO. &c.

- XV. An Christus verè sit in Corpore vero passus? Negant.
 XVI. Quæ in Passione Dominica fuit Christi Anima conditio, Infelicem aiunt.
 XVII. An Christus è Limbo Patres eduxerit in cælum sub aram. Aiunt.
 XVIII. Quatenus IESVS CHRISTVS Mediator sit Dei & hominum? Fingunt.
 XIX. Qualis, & qualiter resurrexerit IESVS? Nugantur.

V. DE SANCTORVM CVLTV.

- XX. An Sancti in cælis degant cum Christo Beati: & unde censeantur beati. Negant.
 XXI. An, & qualis Cultus ac Inuocatio Sanctis debeat? Negant vllum.
 XXII. Quis honor est debitus Reliquijs Sanctorum? Negant vllum.
 XXIII. Quo temporum successu processit ICONOMACHIA? Vario.
 XXIV. An omnis Sacrarum Imaginum Cultus sit illicitus? Aiunt.
 XXV. An CRVCI Dominica debeat Adoratio? Negant.
 XXVI. An Deus & Sancti rectè colantur TEMPLIS? Negant.
 XXVII. An tolerabilis sit Templorum ORNATVS? Negant.
 XXVIII. An BENEDICTARVM rerum vsus in Dei Cultu sit Christianus? Negant.
 XXIX. Peregrinationes ac Vota num licitè fiant Sanctis? Negant.
 XXX. An Christo & Sanctis sint Dies Festi concelebrandi? Negant.

VI. DE PVRGATORIO.

- XXXI. Num quod sit nusquam Purgatorium? Negant.

PARS II.

ECCLESIOMACHIA Luthérocalu-
nistica,

De Ecclesia Militante.

- I. An B. Petrus Rome vixerit, Episcopusque sit ibidem mortuus? Negant.

II. An

- II. An, & quo iure succedat Episcopus Romanus Petro in Pontificatu. Negant vilo.
 III. A quo possit induci Papa? Aiunt posse.
 IV. Sine Papa In iudicio coercitur, ut possit condere Leges, conscientias obligare? &c. Negant.
 V. An Papa sit adhuc Episcopus, num Antichristus? Aiunt Antichristus.
 VI. An peccator es parus & magni, ad est, Perfecti, & imperfecti sint in Ecclesia? Negant.
 VII. An soli Prædestinati sint in Ecclesia? Aiunt.
 VIII. An Vtilis Ecclesia possit Desicere. Aiunt.
 IX. Parne sit, differre Clericos ab Laicis?
 X. Sint ne distincti Episcopi & Presbyteri? Negant.
 XI. Cælitatus recte sit iure Apostolico S. Ordinibus annexus? Negant.
 XII. An Clerici Decimas & temporalia iure possideant? Negant.
 XIII. An Clerici sint liberi à iugo secularis Potestatis?
 XIV. Quam proprium hereticis odium in Monachos?
 XV. An sint Consilia Evangelica, differantque à Præceptis? Negant.
 XVI. An Laborare Monachis sit necesse, & Mendicare nefas. Aiunt.
 XVII. An damnati ab Ecclesia heretici iuste à Magistratu seculari plectantur?

PARS III. SACRAMENTARIA.

MYSTERIOMACHIA Lutherocalu- nistica.

I. De Sacramentis in genere.

- I. An Res & Verba Sacramentorum mutare liceat? Aiunt.
 II. An Sacramenta conferant gratiam ex Opere operato? Negant.
 III. An, & quale quid sit Character Sacramentalis? Negant.

II. DE BAPTISMO.

- IV. Que Materia & Forma debita sit Baptismi? Variant.
 V. An, & quatenus sit ad salutem necessarius Baptismus? Variant.
 VI. An baptizandi sint infantes? Negant necesse.
 VII. An baptismus verè tollat peccata? Negant.
 VIII. An baptismus reddat homines impeccabiles?
 IX. Baptisma Christi & Ioannis Baptismus an idem sit Sacramentum? Aiunt.

III. DE CONFIRMATIONE & EVCHARISTIA.

- X. An sit aliquid Sacramentum Confirmationis? Negant.

V

XI. Quis

- XI. *Quis Confirmationis sit Minister?* Fir gunt.
 XII. *An Realis præsentia Christi sit in Eucharistia testibus Figuris?* Negant.
 XIII. *Equi Errores circa EXISTENTIÆ modum Corporis Christi in Eucharistia?* Variant.
 XIV. *Quæ debita Eucharistia Materia?* Variant.
 XV. *Æqua sit Consecrationis Forma, quæ sit Minister?* Variant.
 XVI. *An in Vtralibet specie Christus insit Totus, sic ut sub Vna communicare fas sit?* Negant.
 XVII. *An pro defunctis rite sacrificetur?* Negant.

IV. DE POENITENTIA, EXTREMA VNCTIONE & Ordine.

- XVIII. *An poenitentia sit propriè dictum Sacramentum?* Negant.
 XIX. *An Contritio possit haberi sine speciali auxilio Dei?* Affingunt.
 XX. *An Confessio sit de iure diuino necessaria?* Negant.
 XXI. *Vnctio infirmorum an sit propriè dictum Sacramentum?* Negant.
 XXII. *An Ordinatio sit vere Sacramentum?* Negant.

V. DE MATRIMONIO,

- XXIII. *An matrimonium sit vere Sacramentum?* Negant.
 XXIV. *An Fidelium Matrim. Consummatum sit solubile quoad Vinculum?* Aiunt.

PARS IV.

CHARITOMACHIA Luthero-caluinistica,

De Gratia & Iustificatione.

- I. *An Adam fuerit cum aliquo Dono supernaturali conditus?* Negant.
 II. *An homo potuisset mori, si non peccasset; Idque naturaliter, an supernaturaliter?* Variant.
 III. *An omnia peccata sint Aequalia, aut Mortalia?* Pelagianismus hic.
 IV. *An iustorum solorum peccata quæcumque sint tantum venialia?* Aiunt.
 V. *An DEVS dici possit Autor peccati?* Aiunt.
 VI. *An sit aliquod peccatum originale?* Variant.
 VII. *Qualis origo sit Animarum humanarum?* Docemus.
 VIII. *Decedentium sine Baptismo Pæna an sit mors æterna?* Aiunt.
 IX. *An Sufficiens auxilium detur omnibus ad salutem?* Negant.
 X. *An vlla in nobis insit causa Prædestinationis?* Aiunt C.
 XI. *An Deus sit libere arbitrij?* Negant C.

- XII. *An homo sit liberi arbitrij in actionibus naturalibus & civilibus?* Negant C.
 XIII. *An possit solis natura viribus cognosci Verum Morale, & bonum Morale agi?* Aiunt C.
 XIV. *An possit Credi, an & Appeti aliquid ad salutem pertinens?* Aiunt Pelag.
 XV. *An Fides & Iustitia possint amitti; sintque iusti inter se pares?* Hoc aiunt, illud
 Negant L.
 XVI. *Oratio num necessaria sit & utilis?* Negant partim L. C
 XVII. *An Hora Canonica, & Cantus Ecclesiasticus sic, ut sunt, tolerari queant?* Negant
 L. C.
 XVIII. *Ad ieiunium an requiratur ciborum delectus, possitque praecepti conscientijs?* Negant
 L. C.
 XIX. *An ieiunium sit Dei cultus Meritorius, & Satisfactorius?* Negant L. C.

CENSURÆ,

APPROBATIONES,


&

FACULTAS PROVINCIALIS

Eadem, quæ suprâ in Luthero-Cal-
 uinista.

V 2

COP.





COPPENSTEINII

PARS I.

GENEALOGIÆ LUTHERO-CALVINISTI-

CÆ, DICTÆ

THEOMACHIA,

seu Contra

Ecclesiam Triumphantem Archihæretica Rebellio.

PRAEFATIO TITVLARIS

De Protogenealogia, seu Patriarchia Luthero-Caluiniana.

I. **D**IABOLVS, Archihæreticum Pater ac mendaciorum, inde ab creatione sui *in Veritate non stetit:* ideoque rebellis Deo in abyſtum eſt religatus. Inde ſalutis humanæ inu diſ exijt ſpiritus mendax in ore ſerpentis; dein multorum pſeudoprophetarum; demum

V 3

demum ipsum SALVATOREM ipse Tentator adortus, nequicquam eicthnas innexuit. Domino tamen cœlos supergresso, sedenteque ad Dexteram Patris, continuo nonnullos sibi deuotos ad infanda hæresium dogmata instigauit. Atque sicut Sp. Sanctus Fideles Christi duxit in omnem Veritatem; ita fatanicus hæreticos in omnem Falsitatem.

II. SIMON MAGVS, teste *Cæs. Baron. Ann. tom. I. anno 35.* ex Samaria oriundus, ab S. Philippo baptizatus, adeo se in ipsam dæmonis familiaritatem deuouit atque disciplinam; Vt Petrus vito diceret, *Act. 8. Cor tuum non est rectum coram Deo. &c. in felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse.* Et S. Ignatius epist. ad Trallianos, *Primogenitum Satanae* appellat. De eius præstigijs *Baron. to. I. anno 68.* In cæteris verò docebant SIMONIANI, teste *S. Ignatio epist. ad Smyrnen.* Et Sacrificium, & Sacramentum Altaris nihili esse; neque veram Christi Carnem ac Humanitatem illi inesse posse.

III. BERENGARIVS, annis abhinc 550. Archidiaconus in Italia, Sacramentorum Patriarcha, Corporis Domini in Eucharistia veritatem abnegabat; at ab diabolo eductus.

Ecce enim cum ad Sancti Fulberti morituri cubile alios inter venisset, is inter mortuis vocibus, digito in eum intento, dixit: *Berengarium educite, video in eius humero Diabolum: qui in aures eius hæresim dictam inspiraret: teste Guil. Bibliothecario. Sexcentos, ut aiunt, veterum prætereo.*

IV. LUTHERVS I. de Missa priuata to. 7. fatetur: *Media nocte Satan contra me disputauit de diuersis fidei punctis sic, ut superatus ab eo atque conuictus debuerim illi assentiri. In tantas enim angustias animam adigere nouit, ut in momento possit e corpore expelli: ut e. pertus ipse sepius ad extrema deueni.*

Idem in mensalibus sermon. par. 2. pag. 23. edit. 2. Francof. *Diabolus me sepius in desperationem coniecit tantam, ut nescirem, an vel Deus esset vsquam; sicque funditus de Deo desperarem.*

2. Ista omnium nomine Lutheranorum fatetur Olsnicensis superintendens Balduinus in Apologia aduersus Serarium, *Lutheri, ait, cū diabolo disputatam Veram fuisse fateor: eam à Lu. hero scriptam, non ioco, sed serio; non hyperbolice, sed proprie & historice, non nego.*

3. Accedit & Calvinistarum asseueratio; vt *Dauidis Paræi Heidelbergensis in catechisticarum prælectionum lib. 5. ca. 7. pag. 257.*

In isto Papiastico Enthymemate; Lutherus seipso teste, ex atro spiritu diaboli dicit rationes, cur damnanda sit Missa priuata, & Sacerdotum Chrisma: Ergo diaboli discipulus est:

In isto, inquam, antecedens negare non possunt Lutherani.

V. CALVINVS autem Lutheri discipulus est: Ergo & Satanae.

1. Lutheri enim libros audivissimè lectitauit.

Biturigibus quoque Melchiorè Volmarium Lutheranum diligentissimè audi-

audiuit, vt vix ab eius latere diuelleretur.

Quodque *melio*rem docuisset fidem, *melio*remque Christianum fecisset, ait Beza, non *Melior*, sed *Melior* vocari solet.

2. Vltro quoque dant Calviniani, *Caluinum, seque ipsos Lutheri discipulos esse*. Et in libro contra Concordiam, à Calimirianis Neostadij edito. cap. 6. pag. 206, & 241.

Sacramentarios, liberos è corpore suo genitos; licet Absolones; vocat Lutherus, epist. ad Hausmannum. Et verum fit de ijs illud Ioannis, ait Olsnicensis, Ex Lutheri schola proderunt; sed non erant ex ea.

3. Deinde Calvinus Diaboli grauissimis de rebus dogmata ab Luthero accepit; quare vtriusque vere discipulus fuit.

Dogmata verò sunt. 1. Missam esse impiam ac detestabilem.

2. Sacramentorum formas esse Conciones; non concepta verba præctica.

3. Sacerdotum consecrationem esse nihili.

4. Sanctorum inuocationem esse idolatriam.

5. Fidem specialem cum prædicatione cuiuslibet esse necessariam.

6. Christianos omnes ad illius vsque noctis tempus apostatas à Christo extitisse.

7. Christianorum fidem fide Turcarum ac Dæmonum nechilo fuisse meliorem.

8. Ecclesiam totam tot retro sæculis in errorum tenebris iacuisse. Aliaque talia diabolo annuit Lutherus; & cum

hoc consensit Calvinus in singulis; etsi deinde in nonnullis deficiuerit. vt in præsentix Dominici Corporis Sacramento; cuius Absentiam dæmon illo in nocturno gymnasio insinuauit: Quo in errore Magistrum superauit Calvinus, mentem diaboli percipiens perfectius.

Et tamen errorem duntaxat insinuauit Lutherus lib. de captiuitat. Babyl. &c. teste Bell. l. 1. de Sac. Euch. cap. 1. At propagauit, Confirmauitque Calvinus.

VI. ZVINGLIUS eodem in errore, cum Berengario, Sathanæ discipulus fuit.

De hoc diximus. Ille de se ita confitetur, tomo 2. in libro Subsidium de Eucharistia dicto: *Cum Aprilis tredecima lux appeteret, visus sum mihi in somno, multo cum tadio denuò contendere cum aduersario Scriba; sicque obmutuisse, vt, quod verum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui non possem.*

Nam antè Tiguri anno 1525. die 12. Aprilis, cum in senatu in Præsentiam Dominicam inueheretur, bonus Reip. Actuarius eum compulit vsquam doceret è Scriptura, istud Est fumi pro significat.

Hic ille æstuarè, obmutescere, & cõfundi. Pergit Zvinglius: *Ibi visus est monitor adesse; Ater fuerit, an Albus, nihil memini; qui dicebat: Quin, ignaue, respondes ei, quod Exo. 12. scribitur: Est enim Phasè, hoc est Transitus Domini. Protinus vt hoc phantasma visum est, simul expergesio, & è lecto exilio.*

Atqui CALVINIANIS hunc Diabolum Magistrum obiectant Lutherani Smidelinus & Schlüsselburgius.

Per-

Perge age nunc Caluine, lib. Instruct. de Libert. c. 14. Libertinis obiecare, quod Deum in diabolum transformet: cum tute ad diaboli magisterium transieris ipse.

Hinc de effectu testatur Lutherus in Postilla Ienensi anno 1559. conci. 2. Dom. 1. Aduentus. *Ex hac doctrina mundus indies vsque deterior euadit. Iam homines sunt obsessi septem diabolis, cum antea solum ab unico tenerentur. Diabolus inuolat iam turmatim in homines; ut sub clara luce Euangelij seipsis fiant auariores, callidiores, audaciores, ac deteriores, quam unquam fuerint sub Papatu.* Vide & To. 1. Witt. fol. 170. Et verum est testimonium eius. Atque hec vniuersim de Protogenealogia Luthero-caluiniana. Porro propius ad rem.

QVÆSTIO I.

Qui sint Canonici S. Scripturæ Libri?

I. HÆRESIARCHIA. Simoniani, & Basilidiani, sub annum 35. Marcionitæ sub annum 146. apud Irenæum l. 5. c. 20. 22. 19. Manichæi sub annum 276. apud Epi. h. hære. 66. Bogomiles sub annum 118. apud Euthymium Panoplia par. 2. tit. 23. l. 1. Albigenses, sub annum 120. teste S. Antonino p. 4. tit. 11. c. 7. hi Vetus Testamentum respuebant, vt a Malo Deo dictatum.

ANABAPTISTÆ, in Colloquio Franckendalensi, Vetus Test. haud aliter ad fidem valere censuerunt, quam quatenus cum Nouo concordat.

PAPISTA. 1. At hi Nouatores in hæresiarcharum olim damnatorum anathema inuadunt scientes; Christo aduersarij, Luc. ult. *Neesse est impleri omnia, que scripta sunt in Lege Moysi & Prophetis, & Psalmis de me.* Apostolo contrarij Ro. 1. Gal. 4. Hebr. 1.

2. Contraque ipsos pugnarunt Epiphanius, Augustinus, Petrus Cluniacensis.

II. HÆRESIARCHIA. Hebræi in Talmud. Ord. 4. c. 3. librum Iob exauctorant: quod Iobum extitisse unquam negent. Alii cum commentariis illustrant Rabini, sed sæpius reprehendunt, vt qui verbis & corde peccatit, Dei providentiam abnegant, & resurrectionem; ideoque iustas pœnas excedunt.

LUTHERVS in Conuivialibus tit. de Patriarchis. Proph. non credit sic gesta omnia, sicut in libro Iob enarratur: esseq; hic ceu fabulæ argumentum, ad exercitiū plurimæ patientiæ proponendum.

PAPISTA. At de Iobi encomio. Ezechiel, c. 14. *Si fisterit Noe, Daniel & Iob ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas.* Iob. 2. Iacob. 5. & c.

III. HÆRESIARCHIA. Quidam apud Philastrii in Catal. hære. 132. repudiabant Ecclesiasten, velut fœneiam exfirmato Salomone concriptam. Sic & Cantica Cant.

LUTHERVS in Conuivial. serm. ait, Ecclesiasten videri sibi ocreis & calcaribus destitutum requitare tantum in fœccis; ceu soletet ipse, cum adhuc esset in cœnobio.

PAPISTA. Ecclesiastes verò omnishone satis, sobrietati que magister est, & fluxarum despectum rerum condocet; seuerus epulonum ac volupratorum Aristarchus: Neq; pauca è vulgi dicit opinione, non sua. Vere igitur, c. 2. affirmat, *Sapientia quoque perseuerat mecum.* Ideo Nondum amore mulieres deperiit, cum Ecclesiasten conscripsit. Castallio, teste Beza, censit Cantica impunæ esse libidinis, ac filix Pharaonis erotica.

IV. HÆRESIARCHIA. MOPSVESTAN. In Hebræis Baruch propheta non repetitur.

Hinc cum reiciunt CALVINVS Instit. 3. c. 20. §. 8. KEMNITIVS Lutheranus in exam. Trid. sess. 4.

PAPISTA. 1. At & THEODORVS MOPSVESTANVS olim omnes Prophetas despuebat, teste Syn. v. Coll. 4.

2. Deinde, Reclamarunt ijs S. Patres
Cypri. Hilar. Cyril. Clemens Alex. Euseb.
Etc.

V. HÆRESIARCH. IVDÆI, ait S Hieron. pra-
fat. in Dan. reiciebant c. 3. Danielis & c. 14. Itemque
Porphyrius.

KEMNITIVS, cum Lutheranis, in Exam. Trid.
sess. 4. similiter: Item & Anabaptista.

Erasmus quoque cum Paganis & Iudæis hi-
storiam Susannæ subannat, & exhibat, Contra
S. Patres & Concilia. iidem cum iisdem im-
piis, ac Magdeburgenses etiam Tobiz, Iudith,
Sapientia, Ecclesiastici, Machabæorum libros
è S. Canone proscribunt. Vide *Luthero-cal. p. 1.*
q. 11. Bonos quidem & sanctos libros eos con-
cedunt, at infallibilis esse veritatis sic, vt ex iis
firmare queant argumenta, negant.

PAPISTA. Jugularunt istos cum
hisce, sanctosq; libros definierunt, an-
no 397. Concil. III. Carthag. *Can. 47.*
& Trident. *sess. 4.* Item & S. Patres. Est
autem figmentum Kemnitij, quosdam
esse libros sacros; & non tamen infalli-
bilis Veritatis. Nam quomodo Veri
norma forent?

VI. HÆRESIARCH. Faustus Manichæus, sub
anum 490. teste *Aug. l. 32. contra Faustum. ca. 2. & l.*
33. c. 1. Evangelia, dixit esse ab aliis conficta, itemque
Epistolas: nil scripsisse Apostolos.

Alji, vt Echnici, & sub annum 356.
Iulianus; esse ab Apostolis scripta, at errare saepe,
pugnareque secum.

Cum hisce sensit Otto Brunfeld. Lutheranus, te-
ste *Cochlæo l. de Ser. & Eccl. c. 1. & 4.*

LVTHERVVS in praefat. ad Nouum Test. lat.
S. Ioannis Euangelium, eius 1. Epistola, & Pauli ad Ro-
manos Galatas, Ephesios, prima Petri, hi libri tibi o-
stendunt IESVM, docentque omnia sciri necessaria; &
beatus es, etsi alium librum nunquam legas aut audias.
Abolenda opinio est tantum esse quatuor Euangelia:
Ioannis Euangelium est vnicum, pulcrum, verum. *To.*
2. Ienen. fol. 318. Omnia quæ Apostoli scripserunt v-
num sunt Euangelium: proinde non rectum est, quod 4.
Euangelista numerentur.

CALVINVS in *Luc. 16.* differens Christus duras &
longe petitas adhibet similitudines; quæ in *Luc. 22. v.*

13. non ex omni parte quadrant; in *Mat. 7. vers. 12.*
Superuacuas illuminationes. Nec, in *Ioan. 1. satis aptas*
proposito. Saepè; Mat. 9. v. 5. Parum solide ratiocinatur.
Item in *Mat. 18. Verba Prophetarum in alienum sen-*
sum deflectit. Item in *Mat. 12. v. 25. Parum solide re-*
futat aduersarios.

Item in *Luc. 7. v. 29. Euangelij Christi gloriam*
valde obscurat, quod Discipulos sibi ille non nisi ex qui-
quilijs & fece populi colligere potuit.

PAPISTA. 1. At ista refutant S. Pa-
tres; in primis *Irenæus l. 3. c. 11. Tert. l. 4. in*
Marcionem. &c. Et quatuor Animalia vi-
sa Ezechieli, & Ioanni.

2. Deinde Falleretur & falleret Pau-
lus ad *Colos. affirmans in Christo esse the-*
sauros omnes scientia & sapientie Dei. Desi-
puissent, qui *Mat. 7. Luc. 2. Ioa. 7. dice-*
bant: Nunquam sic homo locutus est. Quis ta-
lia peripateticum contra Aristotelem
effutire pateretur? An non h. e. cū Iulia-
no, Luciano, Porphyrio veteres philoso-
phos Christo anteponebant: quod, quam
Christus; longè solidius sua dogmata
confirmassent?

Quanto Alcoranus de Christo ho-
norificentius? Vide *Theuet. l. 6. c. 5. Vade*
age, garrè Erasme in annot. ad c. 2. & 27.
Mat. Non esse metuendum, ne totius
Scripturæ corruat autoritas, si leuis er-
ror in ea deprehendatur: præsertim cum
Euangelistas interdum memoria lapsos
dicit Aug. l. 3. de Consen. Euang. c. 7. Sed
 fingit hoc Erasmus.

VII. HÆRESIARCH. Inimici veræ fidei, ait
Aug. l. 2. de adulterinis coniugijs, ex nonnullis codicibus
eraterunt historiam de Adultera, Ioan. 8.

ERASMVVS in *annot. ad Ioa. 8.* Negat esse histori-
am, sed parabolam meram: Negatque certè o-
lim fidei fuisse. Vide in *Luthero-cal. p. 1. q. 1. plura*
alia,

PAPISTA. 1. At eam agnoscunt
grauissimi S. Patres Græci ac Latini:
X Panno-

Pannonius, Athanasius, Chryf. Hier. Ambros. &c.

2. Pariter idem Erasmus in 1. Ioan. ca. ult. illa verba; *Tres sunt, qui testimonium dant.* &c. ait in dubio fuisse olim; esseque oportere pertendit.

AT S. Patres eadem Canonica agnoscunt, ac venerantur.

VIII. HÆRESIARCH. Marcion sub annum 146. teste Hieron. *prafat ad Titum*; & Arius, teste Theodoro in *praf. ad Hebr.* Epistolam ad Hebræos neque Pauli esse; neque Sacram fingebant.

LUTHERANI similiter. Vide in nostro *Luthero-cal. p. 1. q. 1. §. 2.*

CALVINISTÆ verò esse quidem Apostolicam perrendunt; *Eccius tamen sit, addubitant.* Ita Cal. Infit. impress. anno 1554. c. 8. §. 216. & c. 10. §. 83. Ministri in Cōfessione oblata Pissiaci art. 3.

PAPISTA. Reclamat & condemnat istud omnis retrò veneranda Antiquitas Christiana, apud *Bell. l. 1. de Verbo Dei c. 17.*

IV. HÆRESIARCH. Pelagius sub annum 410. Manichæi, similesque hæretici, (queritur S. Hieron. *l. contra Pelag.*) vt fauorem sibi plebis conciliarent; scientiam Legis ac Scripturæ quibusuis, adeoque ipsi etiam mulierculis tribuerunt.

LUTHERO-CALVINISTÆ iubent et quoscunque scrutari, & iudicare Scripturas.

PAPISTA. Istud explicari tractaui, & refutaui in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 4.*

2. Et verò S. Patres docent, non aliunde tot hæreses ac schismata esse profeminata; quam quod Scriptura quibusuis esset prostituta, vt legerent, iudicarent, & ad sua quisque commenta accommodaret. CONTRA Iacob. 3. *Nolite plures Magistri fieri. &c.*

QVÆSTIO II.

An commune sit hæreticis odium S. Traditionum?

HÆRESIARCH. Ex horum, Traditiones reiciuentium, consensu pertinace, omnibus retrò sacculis, docemus Orthodoxi eas minime repudiandas

esse; Sed iuxta omnium S. Patrum consensum, custodiendas. Ecce aliquam tibi Inductionem.

1. *Valentiniani sub annum 146. & Marcionista sunt aspernati Traditiones, teste Irenæo l. 3. c. 2. Tertull. l. de prescript.*

2. *Donatista sub annum 306. è folis Scripturis pugnabant; S. Aug. l. de Vanitate Eccl. c. 19. &c. per Traditiones obfisteat.*

3. *Ariani sub annum 317. nil, nisi scriptum, audiebant; omne Traditum respuentes: teste Hilario l. contra Constantium, Epiph. hæresi 69. 73.*

4. *Ariani sub annum 357. idem, ait Epiph. hæresi 73.*

5. *De Eunomianis sub annum 360. idem. Basilii. l. de Sp. Sancto. c. 27.*

6. *De Nestorio, Eurycheto, Dioscoro. &c. Basilii. Cyr. in Synodo VII. act. 1.*

7. *De Apostolicis idem, S. Bern. hom. 66. in Cant.*

8. *De VVileff sub annum 1380. testatur Tho. Wadentis l. 1. de hæ. in antiqua fidei. &c. Et sic dicatur Ergo. &c.*

LUTHERANI & CALVINISTÆ, minores istorum sequaces sunt gnauiter. Vide in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 5.*

PAPISTA. 1. Sicut hodierni Nouatores hæresin suã de contemnendis Traditionibus acceperunt per manus Tradentium Archihæreticorum præcorum.

Ita & nos à S. Patribus accepimus & dicimus, Eadem de Traditionibus, omnium cum honore venerandis. 2. Mos omnium Gentium fuit, Traditionibus stare.

De Iudæis, extra Scriptam legem, traditionum obseruantibus, testatur *Orig. hom. 5. Num. & Com. in Ro. 3. Hilar. in Psal. 2. Euseb. l. 7. hist. c. 28. &c. De Rebus, vt Athenis; Pericles diuisit ius in Scriptum, & non scriptum. Arist. l. 3. polit. c. 11. Statuit regendam ciuitatem partim optimis legibus; partim arbitrio optimi viri, Et huc vocat *Ius animatum*. lib. 5. de morib. ca. 4.*

Lacedæmonijs Lycurgus nullam dare scriptam voluit legem; ait *Plutar.* sed solis vti Traditionibus; quò essent in agendo, quam legendo diligentiores.

Romanis placuisse traditiones, patet ex *Cic. l. 1. de legibus*, De Gallorum Druidibus seu

sapientibus.

fapientibus idem testatur *Cas. l. 6. de bello Gallico. &c. 3.* Denique in Iure Ciuili, *L. Diuturna ff. de Legib.* Et in Iure Canonico, *dist. 1. Can. Consuetudo:* tribuitur eadē Legi scriptæ, & Consuetudini non scriptæ autoritas. Itaque Traditiones sunt legis quæ naturalis. Vide *Bell. l. 4. c. 8. de Verb. Dei.*

Regulas denique huc subicere, quibus Traditiones veræ cognoscuntur, est preterea. *1. Quod vniuersa Ecclesia, vt fidei dogma se nec scriptur. inuenitur: id Traditum esse nec. ff. est. Quia Ecclesia, vt columna & firmamentum veritatis, 1. Tim. 3, errare non potest. Nec enim Mat. 16, Porta inferi prævalent aduersus eam.*

II. Reg. Quod vniuersa seruat Ecclesia, & id constituere nemo potuit, nisi Deus: neque tamen vsquam scriptum est: id ab Christo & Apostolis Traditum, dici necesse est. Aug. epist. 118. Insulentissima insania est existimare, Non rectè fieri, quod ab vniuersa Ecclesia fit. Tale est Baptisma paruulorum actu non credentium: quod nec Lutherani, nec Calvinistæ, nec Catholici ex Scripturis contra Anabaptistas in Colloq. Frankent. potuerunt. Et idem Synodus Generalis Wittenberg. ex Luthero in Gal. 3. Kem. Exa. sess. 7. definiuit tenendum ex fide. Tale de non rebaptizandis hæreticis; quod Aug. defendit ex Traditione sola, contra S. Cypr. in hoc Traditionis negligetem: At ante mortem conuersum, ait Aug. epist. 48.

III. Reg. Quod omnis retrò seruaui Ecclesia, merito creditur ab Apostolis institutum, & si tale sit, vt ab ecclesia potuerit institui. Talis est Quadragesima: quam Caluinus Institution. libr. 4. capit. 12. §. 20. vocat superstitionem, post Apostolos excogitatam. Sicut & S. Ordines minores dicit, l. 4. c. 19. §. 24. nouitium com-

mentum Sorbonistarum. &c.

IV. Reg. Cum omnes Ecclesia Doctores communi docent consensu, aliquid ex Apostolica Traditione descendere; illud Traditionem esse credendum est. Ratio. Quia si talis consensus errare posset; posset & Ecclesia; quæ suos sequi Doctores tenetur. Tale est, Imaginum cultus, Ritus Baptismales. &c.

V. Reg. Esse ab Apostolis Traditum id, quod pro tali habetur in Ecclesijs, in quibus continuata successio est ab Apostolis. Sic Iren. l. 3. c. 3. Tertul. l. de præscript.

II. DE VERBO DEI INCARNATO.

QVÆSTIO III.

Qualis sit Luthero-caluinistis S. Trinitas, & Christi Diuinitas?

HÆRESIARCH. I. Diagoras & Theodorus, ait *Cic. l. 1. de nat. Deor.* negant Deum esse: Protagora, esse dubitauit. Plato, vnum esse asseruit. Alij, plures fecere Deos.

2. Gnostici. Carpocrat. Manichæi, duo Principia statuerunt, Bonum spirituum, Malum corporearum rerum. *Cerdoniani & Marcionita* vnum Legis, alium Euang. huius Deum esse voluerunt.

3. Sabelliani, Naetiani, Praxeani, Hermogeniani sub an. 200. & post, Trinitatē vnā esse personā affirmarunt, quæ iuxta officia, nūc Pater, nūc Filius, nūc Sp. S. diceretur: teste *S. Aug. l. de har. c. 41. 4. Ebion, Cerinthus* sub an. 90. negarunt Christi Diuinit. quod merus homo ex Iosepho & Maria natus fuisset. *Euseb. l. 3. hist. Eccl. c. 17. Itē Carpocrates* sub an. 137. teste *Aug. de har. c. 7. 5. Arius* finxit, Deū sēper fuisse Patrem, Filiū ante creaturas creatum, & à Filio Sp. Sanctum, teste *Euseb. sed a quibus: Eunomian. ad quos: &c.*

Lutheranos itē; Calvinianos quosdam: adeoque in his primipilos. similia istis sensisse & scripsisse, reor nec ipsos Lutherocaluinianos induci facile posse vt credant. Alii argutores, se suorum dicta infanda interpretari aliō nitentur; cautiōres humanū lapsū excusabūt, in varia lectione voluntatē negare noluērunt; sed eōmnes sectariorū opiniones Synodalesque Consensus opponent: & ex professo ab suorum blasphemis abhorrebunt. Verum tamen quot, & quantifera hæresum quo hoc, & cum damnatissimis istis hæresiarch. præcis senserunt, & cum nupero, Caluini equali. licet antagonista eius talium asserere Serueto? *lib. 5. Trin. p. 189. Et in respon. ad art. 1.*

Ita & Ministri Transyluani l. 2. c. 4. atheizant omnes. Vide in meo *Luthero-c.* p. 1. q. 6. 7. 8. 9. 11. 12. vbi totidem ipsorum verba quæ recitantur; quæ & refutantur partim, partim & in meo *Antichristo* quæst. 3. 4. 5.

PAPISTA. Sacrum vtrumque reclamatur Instrumentum; vniuersaque SS. Patrum consentiens Antiquitas; & Ecclesia Dei conclamat aduersum Atheistas istos.

1. Nam, 1. Reg. 2. *Non est sanctus, ut est Dominus: neque enim est alius extra te.* 3. Reg. 8. *Deus Israel, non est similis tui Deus.* At si duæ aliæ forent naturæ diuinæ; essent similes. Mar. 12. *Vnus est Deus, & non est alius præter eum,* scilicet in Vnitate naturæ.

2. Trinitas est in personis distincta per relationes; sed non diuisa. Vnde symb. Athanasii: *Alia est Persona Patris, alij Filij, alia Sp. S.* Dicitur a. Boetius lib. de Trin. *Substantia in diuinis continet Vnitatem: Relatio multiplicat Trinitatem.* Si ergo, ait S. Tho. p. 1. q. 28. a. 3. c. Relationes Non distinguuntur realiter, non erit in diuinis Trinitas realis; sed rationis tantum: Quod est Sabelliani erroris.

3. Quare sic ratiocinatur S. Tho. 1. q. 30. a. 1. Nomen *Persona* significat in Diuinis Relationem, ut rem subsistentem in natura diuina: Sed relationes reales sunt in diuinis plures: *ibid.* q. 27. a. 1. 3. 4. Ergo sunt plures res subsistentes in diuina natura: & hoc est esse plures Personas. Manente nihilominus isto S. Ambrosij l. 1. de Fide c. 2. *Deus in Deo est: sed non duo Dii.* Quocirca ait Damasc. lib. 3. *Orthod. fidei c. 5. Differentiam hypostaseon in tribus Proprietatibus,* scilicet paternali, filiali, & processionali, *recognoscimus.*

Verum id ita, ceu S. Ambr. l. 1. de Fi-

de. c. 5. to. 2. ait. *Impossibile est Generationem scire secretum: mens deficit, vox silet.* Sed per originem generationis & processionis distinguitur Trinitas, ait D. Tho. 1. q. 32. a. 1. *Ergo Trinitas ea personarum per rationem cognosci non potest.* Vnitas vero Deitatis, hoc est.

Nam Pagani, ut plures inuenerint Deos; Vnum tamē cognouerunt, Rom. 1. Aut cognoscere naturaliter poterunt.

II. HÆRESIARCHIA. IESVS Christus non est vere Vnus solus Deus ab æterno; ut qui ante incarnationem Nihil fuit, nisi per idam in mente Dei. Ita olim Ebion & Cherinthus apud Irenæum l. 1. c. 15. 26. Item Sabellianus & Photinus apud Aug. *heresi* 44. & 45. De Trithemismo, vide q. sequente.

LUTHERO-CALVINISTA similiter: patet *Luthero-c.* q. 7. & 9.

PAPISTA. I. Dominus IESVS in Evangelio se esse docet Iudæis Vnum, vnumque Deum; ut in meo *Antichristo*, q. 3. n. 6. demonstro.

2. Ita Moyses Deu. 4. *Dominus ipse est Deus, & non est alius præter Vnum,* Deu. 6. *Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est;* Vnitate numerica, non specifica: Vnitate naturæ non solum Chæritatis, ut Erasmus, Calvinus, Transyluani, & Ariani volunt. Similia passim in libris Historialibus, & Prophetiis: Vide *Bell. l. 1. de Christo*, c. 3. De S. Patribus *ibidem.*

RATIO fauet. 1. Deus est summum Ens: *Ego sum, qui sum.* Exo. 3. Ergo est simile Vnus. Quo enim quid est magis Ens, eò magis est Vnum. Et quo quid perfectius est in Esse, eò longius abesse ab Non esse, & proinde ab diuisione.

2. Deus est suum Esse: Exo. 3. *Ego sum*

qui sum: & caret omni cōpositione: ergo non est multiplicabilis, nec diuisibilis in plura indiuidua. Nam Esse proprium vnus, non potest Esse alterius.

3. Deus est, Pl. 82. *Solus Altissimus*: Eccl. 1. *Vnus altissimus*: Est finis vltimus omnium, Apoc. 1. *Ego sum α & ω*. Est infinitus in essentia, potentia, sapientia. &c. Pl. 144. *Et magnitudinis eius non est numerus*. Ego vnus est numero.

Suasiones Transyluanorum fileo; quod hodie plerique Luth. & Calu. ab eis abeant.

III. HÆRESIARCHIA. *Christus est minor Patre*. Est instrumentum Patris in creando. Est aliquid Natura diuina. Est Proprietate tantum distinctus à Patre: &c. Et quæ talia complura in meo *Luthero-c. 9. 9.* Ita Arius, teste *Epiph. heresi. 69.*

LUTHERO-CALVINISTÆ Eadem; & his infandiora plura: adeo profecit deterior posteritas hæretica.

PAPISTA. Quæcunque iam attulimus ad demonstrandam Vnitatem Christi cum Patre in vna Deitate & naturas omnia illa & ad Æqualitatem vtriusque euidenter valent. De quo vide & in meo *Antichristo Calu. q. 3. n. 6. Et q. in sequente.*

IV. HÆRESIARCHIA. *Christo homini est communicata à Deo Diuinitas, non aeterna generatione sed per inhabitationem, & gratiam.*

Ita Nestorius apud Theodoretum l. 4. *hæret. fab.*

CALVINISTA. *Christus secundum Diuinitatem restitui sibi gloriam postulat*: ait Melanch. Et Calvinus: *Pater solus in Scripturis Deus vocatur per excellentiam.*

LUTH. *Filius Dei est Virtus Patris, & Instrumentum.*

ERASMVS. *In Scripturis Pater intelligitur, quoties absolute DEVS appellatur.*

CALVIN. *Christus secundum Diuinitatem est Mediator*. &c. Vide *Luthero-c. 9. 9. 11. & 12.*

PAPISTA. Quæ in Veteri Testamento de Vno vero Deo dicuntur; ea-

dem in Nouo Testam. exponuntur de Christo: Ergo Dei Filius, quia Deus verus, est *Æqualis Patri secundum Diuinitatem: minor Patre secundum Humanitatem*: ait Symbolum Athanasii: quod Gregorius Niger vocat *Symbolum Athanasii*, Sed blasphemè.

1. Vt, istud Num. 21. *Dominus immisit in populum ignitos serpentes*: Paulus de Christo exponit. 1. Cor. 10: *Neque tentemus Christum: sicut quidam tentauerunt; & à serpentibus perierunt.*

2. Item, Mala. 3. *Ego sum primus & nouissimus*: Apoc. 1. de Christo: *Ego sum α & ω. Ego sum primus & nouissimus; & viuens, & sui mortuus.*

3. Item Pl. 101. *Tu Domine initio terram fundasti*. Hebr. 1. *Christus probatur esse maior Angelis, & creator*. &c. Vide plura talia, apud *Bell. l. 1. de Christo. c. 4.* Et in meo *Luthero-calv. q. 12.*

QVÆSTIO IV.

An Luthero-caluinistæ sint Triniticæ?

HÆRESIARCHIA. *Tres sunt Spiritus aeterni, essentiali numero differentes.*

Ita olim Peratæ, apud Theodoretum l. c. 18. *hæret. fabul. asserentes, Trinitatem esse tres Deos, tres mentes.* Vide *Annales Bzouii anno 535. §. 10.* Baron. to. 7. Philoponus abolitam hæresin hanc renouauit: Item Gallus, sub annum 1090. Contra quem S. Anselmus stetit. Idem docuit Raym. Lullus sub annum 1240. *tres personas tres Essentias esse.*

DE LUTHERO-CALVINO, eorumque sequacibus, idem disertè docentibus, vide meum *Luthero-c. p. 1. q. 9. 11. & 12.* Hodie tamen communiter deseruerunt errorem.

PAPISTA. Ex Euangelio blasphemiam refutatam require in meo *Antichristo. p. 1. q. 2. & 4.* præcipuè. Quibus ad

de ex D. Tho. p. 1. q. 31. a. 1. Cùm, iuxta Symbolum Athanasii, *Vnitatis in Trinitate, & Trinitas in Vnitase veneranda sit*: etymologicè quidè Trinitas significat vnâ essentiam trium personarum; quasi trium Vnitatis: At propriè, magis denotat Numerum trium personarum vnus Essentia. Ideo Pater non est Trinitas, neque pars Trinitatis; sed Persona eiusdem. In qua, ait S. Aug. l. de Fide ad Petrum, c. 2. to. 3. *non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Sp. S. quam vnus personaliter sit Alius Pater, alius Filius, alius Sp. Sanctus.*

2. Probè iuxta Deut. 4. *Dominus ipse est Deus; & non est Alius præter Vnum*: Non Alius in Essentia Vno; et si sit Alius in personarum Trino numerali. Neque in hoc sunt tria indiuidua singularia, quasi vnus speciei; sed Vnus Deus vnus est indiuiduum singulare solum; & non Vniuersalis quasi ad speciem plures: id est, Trinitas est numerica, non specifica.

3. S. S. Patrum hac de re sunt istæ propositiones summaria.

1. *Est Deus Pater, Deus Filius, Sp. S. & tamen non tres Dii, sed vnus Deus.* S. Ambt. l. 2. de Fide c. 2. *Deus in Deo est; sed non duo Dii.*

2. Patres negant numerum inueniri in Diuinitate; sed solum in Personarum proprietatibus.

3. Patres vocant Deum singularem aut naturam indiuiduam.

4. Negant Deum esse vnum speciem.

5. Dicunt esse mysterium ineffabile, quod tres Personæ sint vnus Deus: At si forent Vnus speciem, non esset mysterium.

6. Dicunt Sabellium ad Iudæos, ne-

gantes personarum Trinitatem; Atque ad Paganos pertinere, asserentes Deorum pluralitatem. Ecclesiam incedere via media; quæ nec vnâ Personam esse Deum credat cum Iudæis; nec plures Deos cum ethnicis. Hæc summa Patrum, quos vide apud Bellar. Hæcenus de TRINIVNO.

QVÆSTIO V.

An, quæ sit in DIVINIS Personarum Inæqualitas Ariana?

HÆRESIARCH. *Non sunt Aequales in Deo Persona; sed Pater est cæteris eminentior ut Essentia in cæteris Essentiis. Sic Arius, sub annum 324. teste Epiphano. hæres. 69. & Theodoro. eto lib. 4. hæres. fabul. Atque in hoc, Tritheitis abiit Arius asserens tacite Duos Deos.*

LUTHERO-CALVINISTA. Lutherus libe. contra Latomum tom. 2. Wittemb. anno 1551. testatur. *Animam meam odit homo Arius: & optime execerunt Ariani, ne vocem illam profanam & nonnam Regulu Fidei statueret. Idem in Gen. 1. Dei Filius est instrumentum, quo Deus Pater est vsus in operando.* Sic & alii.

CALVINVS. *Filius etiam in diuina Natura, officij ratione Patre minor est. Sic & cæteri. Vide meum Luthero. c. p. 1. q. 9. & 12.*

PAPISTA. In *Antichristo part. 1. q. 5.* prolixè è Scripturis liquet *Æqualitas Personarum in Deo.* Quibus adde: 1. Ioan. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in celo: Pater, & Sp. S. Et hi tres VNVM sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, Sp. Aqua & Sanguis.*

Quibus docet Christi & Diuinitatem vnâ, vnâque Humanitatem. Quare, ibid. *Si testimonium hominum accipimus; testimonium Dei maius est.*

2. Rursus ibid. *Vi sumus in Vero Filio e-*

ius, hic est verus Deus, & Vita aeterna. Atqui vnus solus est verus Deus; ergo æqualis. Ergo non solus Pater est Verus Deus; Quod nomē proprium Patris esse contendunt malitiosè Transyluani & Erasmus. Ita ibidem S. Patres 3. Ioan. 1. in principio, id est, ab æterno, erat Verbum, Dei Filius: & verbum erat substantialiter in Vnitate æquali apud Deum: id est, ait S. Ambr. Deus in Deo vnus. Idecirco & Deus erat Verbum. Et Omnia per Ipsum facta sunt. Ergo infert S. Aug. lib. 1. de Trin. c. 6. Verbum non est factum: quia est vnus Deus cum Patre. &c.

4. Id quod explicat Apostolus, Col. 1. In ipso condita sunt vniuersa in caelis & in terra. &c. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt; & ipse est ante omnia; & omnia in ipso constant. Ecce tibi Deum Verum, Æqualem, Æternum.

5. Clarius Hebr. 1. Per quem fecit & facta sunt. Idque explicatur disertius, Hebr. 11. Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei, vt e cœlis visibilibus visibilia fierent. Male igitur fingunt Transyluani li. 2. c. vlt. intelligi sæcula noua reparati generis humani.

1. RATIO denique D. Tho. p. 1. q. 42. a. 4. eumcit. Necesse est dicere Filium Æqualem Patri in Magnitudine. Magnitudo enim Dei non est aliud, quam perfectio naturæ ipsius: hæc autem est de ratione paternitatis & filiationis; vt fili^o per generationem pertingat ad habendam perfectionem naturæ, quæ est in Patre, sicut & pater. &c. Nec potest dici quod virt^{us} Dei Patris fuerit defectiua in generando; neque, quod Dei filius successiue, sed p^{er} trāsmutationē, vt homo, ad perfectionem peruenerit: Vnde ne-

cesse est dicere, quod ab æterno fuerit Patri Æqualis in magnitudine.

Vnde, Ioan. 14. Ego in Patre, & Pater in me est. D. Tho. ibid. a. 5. c. fc. 1. Secundū Essentiam, quam Pater Filio communicat. Ideo S. Hil. l. 5. de Trin. ait: Naturam suam sequitur immutabilis Deus, immutabilem gignens Deum subsistentem.

2. Secundum Relationem: Quia vnus, oppositorum est relatiue in altero secundum intellectum.

3. Et secundum Originem: Quia processio verbi intelligibilis non est aliquid extra; sed manet in dicente: Id etiam, quod verbo dicitur, in verbo continetur. Et eadem ratio est de Sp. S. Hæc S. Thomas.

2. RATIO par de Potentia est. Nam Ioan. 5. Quacunque Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Ergo Æqualis est Potestate. Potentia enim, ait D. Tho. ibid. art. 6. agendi consequitur perfectionem naturæ: in qua Patri Filius est æqualis necessariò: vt iam est sensum.

QVÆSTIO VI.

An Dei Filius sit gradu minor à Patre distinctus quàm Deus?

II. HÆRESIARCHAR^{um}, apud Cyril l. II. in Ioan. c. 7. & 18. & apud Aug. in serm. Arianorum, tom. 6. ita docuit. Christus fuit Deus Vnigenitus, voluntate & præcepto Patris, ante omnia sæcula constitutus, omniumq; futurorum Deus & Dominus. 2. sed u tamen, vt Sacerdos, adorat Deum Patrem; & ab omnibus adoratur vt Deus 3. Sacerdos est quatenus Deus. Sacrificium eius est Cæro 4. Unde inferebat: Fieri non potest, vt subditus superiori, Vnigenitus Ingenito, Sacerdos Deo Vnus sit.

LVTHERO-CALVINISTA. Lutherus: Verbum est instrumentum Patris in operando. &c. Melancthon in Locis (Stancaro interprete, immundis), anni 1558. partim Epist. ad Elect. Brandeb. ita Synoptica.

Dei

Dei filius, quatenus Deus, Mediator est, Sacerdos & Pontifex.

2. Patri obedit & ministrat; subditus est & subiectus: ei supplicat, eum orat, apud eum intercedit: orat haereditatem gentium.

3. Postulat dari sibi ac restitui gloriam: Arcanum Diuinitatis consilium ingreditur. &c.

CALVIN vs epist. ad Polonos proflus similia, ac tantum non multa eadem. In cathedra Pinozo uiana: Filius in diuina natura Patre minor est. Inst. l. 2. c. 14. §. 3. Subiectus est Patri quoad diuinitatem. Et alibi, Est Patris Vicarius, Minister, & ab inimicis secretis. &c. Vide Luthero-caluin. meum quaestion. 9. 12.

PAPISTA. Recte Stancarus lib. de Trin. Philippum Melanch. appellauit Antichristum septentrionis, unde patitur omne malum. Interea nihilominus Philippina illa Obedientia diuinæ naturæ adeo placuit Symmystis Bergensibus, & Lutheranis proceribus arrisit paradoxon illud; vt, tanquam Cedro dignum, in suam illud Concordiæ Formulam traductum, omnibus germanè Euangelicis, scilicet, Laicis quidem credendum; Ministris autem prædicandum proposuerint.

Obedientia, inquiunt pag. 556. Christi, non est Vnius naturæ sed totius Personæ. Per totam verò Personam, aiunt pag. 727. significare se DVAS NATURAS. O theologissimos vigiles Capitolinos! id est, gracitatores anserinos.

Reuocemus ad tres nunc ferè omnia, ad Sabellium, Arium, Nestorium.

I. SABELLIUS, sub annum 216. finxit: Deus vna est persona; Trinitas nulla est: diuersa autem nomina sunt, excogitata ad diuersos Dei effectus significandos.

Ita & CALVINVS Lib. contra Gentilem:

Pater Filio nec in solido, nec in parte communicauit Essentiam: Tres solum, Inst. l. 1. c. 13. §. 5. Proprietate quadam distincti sunt.

II. ARIUS, sub annū 324. finxit: Christus minor est Patre; prima ab eo creatura productus.

LUTHERO-CALVINISTÆ similiter vt patet in meo eodem, quaestione 9. 12. 13.

III. NESTORIUS, sub annum 428. confinxit: Maria solum Christum peperit, cui deinde accessit Dei Filius inhabitator per gratiam.

Ita & Lutherus in Concio. Nat. Dom. Vnus Christus est Deus omnipotens alter Christus est Homo non omnipotens.

Brentius l. recognitionis suæ pag. 137. Communicatione Proprietatum Filius hominis ab inhabitante Dei Filio ornatur.

Quæ quidem singula tam aliena sunt à Dei Verbo Scripto; quam ab ipso Incarnato IESU Christo Dei Filio veritate æterno.

QVÆSTIO VII.

An Christus, quæ Deus, sit impassibilis, mortalis & Impeccabilis?

I. HÆRESIARCH. Petrus Cnaffæus Fulle Epif. Alexan. deprauator Trishagii, auctor Theopaschitarum fuit dicentium: Vnum in Trinitate passum in carne fuisse ac mortuum.

De quo in Concil. Romano damnato ita Felix Papa: apud Bzouium anno 483. §. 4. Passionem impassibili Deo iniquissime inculisti: immortalis Spiritus mortem opponere presumpsisti. &c.

LUTHERO-CALVINISTA noster p. 1. q. 16. prolixè docet, de Lutheranis asserentibus a-

pub

Apud Gerlachium contra Buseum: *Vera sunt hæc propositiones; Diuinitas est nata, crucifixæ, mortua.*

CALVINVS Inst. l. i. c. 17. *Deitas mortalis est, & aliquando mortua. &c.* Lutherani hanc hæresin Concordiæ suæ infertam perennare voluerunt, & quater millenis subscriptionibus corroborauerunt.

PAPISTA. Respondi in meo Lutherocaluinista, q. 16. & in Antichristo q. 7. Et verò Concilij Romani contra Cnaffæum anathematismus secundus est iste anno 483. *Si quis confundit duas Christi naturas, dicens: Deum passum carne; & non passum Christum carne secundum Apostolum, damnetur. Tertius: Si quis impassibilem & immortalem Deum Verbum dicit conuersum in passionem & mortem; & non reddit eius Carni; damnetur.*

II. HÆRESIARCH. Mula opera in impiis regit Deus. Ita Manes apud Aug. hæresi 46. 49.

LUTHERI eadem verba sunt totidem, in assert. art. 36. to. 2. V. Vitenb. anni 1551. Et eum articulum dicit omnium optimum esse. & rei Christiana summam. &c. CALVINVS quærentum, docere contendat, Deum esse scelerum autorem, repete ex nostro Lutherocal. q. 17. 18.

PAPISTA: Ibidem contra venenum hoc præbui amuletum: & alibi ex professo pertractandi id locus erit infra proprius p. 4.

III. HÆRESIARCH. Apud Bzouium in Annalibus anni 357. §. 1. Photinus Christum non fuisse ante D. Virginem asseruit. Sic & Paulus Samosatenus, anno 464. §. 5. & anno 266. §. 7. Et Nestorius Eam esse Theocoon negauit. &c. & d. uterque damnatus est.

CALVINVS quoque Institution. libr. 1. cap. 13. §. ult. ait: *Stulte fingitur in Patre continuus auctus & enerandi: quia scilicet, semper intelligit se, id est, generat procedens Verbum Dei Filium.*

PAPISTA. In Antichristo nostro quæst. 7. Christus ipse respondet, & immortalem suam vindicat Æternitatem: Sic & Heb. 13. *IESVS Christus heri, &*

hodie, & in secula. Heb. 7. *Neque initium dierum, neque finem vitæ habens.* Apoc. 1. 4. 11. sæpius: *Qui erat, qui est, & qui venturus est. Quin Imò Ioan. 5. Illic est Verus Deus, & vita æterna.* Vide Bell. l. 1. de Christo. c. 8.

QVÆSTIO VIII.

Caluiniana in Diuinis Distinctio an sit in distincta Athea an Autothea?

I. HÆRESIARCH. I. Sabelliana, Samosatena. &c. Distinctionem in Deo negant Personalem.

2. Tritheici, vt Philoponus, Gallus, Lullus, &c. tridivalem constituunt.

3. Ariani, tres inæquales in Deo somniabant.

4. Ariani, quosque execrabantur, & aversos. De hisce require in nostro Luthero. c. 9. 20.

CALVINISTA. Calvinus Inst. l. i. c. 13. §. 23. *Filius Dei est compositum quid: pars vna est à semet ipsa, altera à Patre.*

Calu. l. contra Gentilem pag. 917. *Si essentialiter Pater cum filio communicavit ex parte; dimidius Deus est: Si ex solido; in ipso Patre euauit. Ergo Vel cum Sabellio, non distingui filium à Patre personaliter, sensit: Vel cum Manichæo, statuit, etiam naturâ distingui utrumque.*

PAPISTA. I. Vox, *Alius*, in Scripturis realem distinctionem significat. Vt Ioan. 5. *Alius est, sc. à me Pater, qui testimonium perhibet de Me.* Et Ioan. 14. *Alium, à me & se diuersum, Paracletum dabit vobis.*

Sic in Personis: at in Natura *Ego & Pater unum sumus.* Ioan. 10. *Isa. 48. Dominus me misit, ET Spiritus eius.* Eph. 2. *Per ipsum Filium habemus accessum ad Patrem in vno spiritu.* En diuersos tres.

2. Scriptura facit Deum loquentem in numero plurali.

Y Gen.

Gen. I. Dixit Deus; Faciamus hominem ad imaginem. Gen. 3. Ecce Adam quasi vnus ex Nobis factus est. Gen. II. Venite descendamus, & confundamus linguam eorum. Ioan. 14. Ego & Pater ad eum veniemus, & mansionem faciemus.

3. Scriptura, de Deo loquens, ternario numero gaudet: Vt Ego sum, qui sum; qui est, misit me ad vos. Exo. 3. Ibid. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Deut. 6. Dominus Deus Dominus vnus est. &c. Vide Bell. l. 2. de Christo c. 6.

II. HÆRESIARCH. Mahumetis vox est: Azorata 27. Deus substantia est necessariò existens; cui impossibile est, vt Essentiam aliunde mutetur.

CALVINI VOX est, Inst. l. 1. c. 13. §. 23. Quomodo Creator est Christus, si qui omnibus Esse dat, non erit à seipso; sed aliunde Essentiam mutuabitur. Vix ouo conformius ouum est.

PAPISTA. Longè secus S. Patres, Hilarius l. 4. de Trinit. Nihil, nisi natum, habet Filius, id est, ait Aug. tract. 31. in Ioan. Quicquid est Filius, de illo est, cuius est Filius, Ideo Dominum IESVM dicimus Deum de Deo. Secus à Caluino concilia. Secus S. Biblia. Vide Luthero-cal. q. 21.

III. DE CHRISTO HOMINE.

QVÆSTIO IX.

An Luthero-caluiniani sint Nestoriani?

I. HÆRESIARCH. Cherintus, Apostolorum erate, IESVM separauit à Christo; vt purum hominẽ ex Ioseph & Maria natum; in quem dum baptizabatur, specie columbæ, descendit Christus. Ita apud Irenæum l. 1. c. 23.

Dein PELAGIANI quidam, ait Cassianus l. 1. c. 6. de

Incar. docuerunt, Natum merum Hominem, sed meritis, anno ætatis 30. Christum factum: post passionem suis item meritis factum Deum: Similiter que alios suis posse viribus bene beatèque viuere, atque beati.

APOLLINARIS sub annum 378 Diuinitatem Christi anima loco fuisse confinxit: quod humana careret anima. Bzou. anno 349. §. 5.

NESTORIUS, sub annum 429. Patriarcha Constantinopolitanus, innouauit idem; ad deus; Christum non solum Naturam, sed & Personam humanam assumptam; at proinde Mariam solam esse Xpistotocor, non diotocor; & trinitatem, passionem, &c. ascensionem Homini soli tribuendam.

POTIO VNIONEM Christi cum Lei Filio factam postea fingebat quadrifariam, teste Euaris lib. 1. c. 1. &c. & Theodoretol. 4. her. fabul. (Qui principio & Nestorianus contra Cyrillum scripsit; sed resipuit in Conc. Chalcedonensi A. 451.)

1. Per in habitationem Dei in Christo, vt tempore voluntate Dei: Vt vir & mulier duæ personæ sunt, vna tamen caro: ita Christus est Deus.

3. Per Operationem qua Deus utebatur homini Christo in miraculis patrandis.

4. Per Participationem: qua Verbum Christo in petiuit Nomen Filii Dei, Dignitatem, vt adoratum Vt imagines afficiuntur Nominibus Sanctorum & Honoribus.

LUTHERVS in Conc. de Nat. Dom. Imperi quidam Christum Hominem Omnipotentem facere. Ab ea tamen abiuit sententia in contrarietate Eutychianam. De qua questus Beza lib. contra theses Andr. Smidlini; Germania, ait, totiusque mundi peccata fecerunt, quod Lutherus in ea sententia non perseverauerit.

2. Nic. Selneccerus epist. ad Wirtemb. Dicere; Humana in Christo natura non est omnipotens; blasphemum est.

3. Realem Attributorum communicationem docent Lutherani; Verbalem Caluinista. Pater in Luthero-cal. q. 24. 25. Et eam fieri velle accidentaliter ex Vnione naturarum, At hoc Nestorianum est.

Caluinianum istud Bezæ lib. contra Westphalum: Deus per Omnipotentiam suam non potest constitutere Corpus Christi in pluribus locis. Sed de Omnipotentia Christi vide Luthero-c. p. 1. q. 14.

CALVINVS Inst. l. 1. c. 13 §. 9. perpetuò distinguuit Duas in Christo Personas, Vnam Filii Dei

alteram Mediatoris: Aut in excusabili Equi-
uocatione ludit in nomine, *Persona Mediatoris*,
non Substantiam, sed Qualitatem intelligen-
do, siue Officium, non Hominem. Et tamen
ibid. §. 6. fatetur: *Personam voco Substantiam*, sc. in-
communicabilem. Ibid. §. 13. ait. *Respondeo; Dei
esse Filium: Quia Sermo est à Patre ante secula geni-
tus: nondum enim de Mediatoris Persona nobis sermo
est.*

2. Clarissimè verò BRENTIUS, lib. de Maieft.
Hominis Christi, per sepe repetit; *Filium Dei ef-
se in filio Maria*. Similia Smidelinus in Theisibus.

3. Egid. Hunnius in Papismis Calvinisticis
ex Ioachimo Vadiano recitat ista: *Christus Duas
habet Personas: Vnam, quæ est Verbum: alteram quæ
est Christus*. Docetque porro ibid. è Calvinista-
rum sententia Trinitatem Personis constare
quaternis; & vnâ in super Creaturâ.

4. BEZA in respons. ad Brentij argum. de om-
ni præf. ait: *Personaliter Christus Homo à Deo di-
stinctus est: & Duas in illo sunt Vniones Hypostaticas:
Vnam inter Corpus & animam: altera, inter Verbum &
hominem*. Admonuit hominem erroris Smide-
linus; Sed is, iactato in aera brachio, spreuit.
Postea Beza lib. de hypostatica duarum in Chri-
sto naturarum vnione, pag. 64. de plano con-
fiteatur: *Semper se duas Vniones hypostaticas in Chri-
sto ponere.*

Idem vt ab Omnipotentia Dei abhorruerit,
Vide in mea *Genes. Luthero. c. p. 1. q. 16.*

Istud tamen hic te memorem monuerim:
Bezam & Brentium consentire quidem in dua-
rum assertionem Personarum: & dissidere in Euty-
chianismo. Nam Naturam Vtramque Bren-
tio placet esse Diuinam, reclamante Beza. De
quo vide in *Luthero. c. q. 23.* Et hic subiuncto zy-
timate.

PAPISTA. I. Quæ superius pro
Christo vero Deo, æquali Patri attuli-
mus contra novos Samofatenos & A-
rianos; par robur habent & aduersum
Nestorianos.

2. Scripturæ docent, in Christo Per-
sonam esse vnâ, Naturas duas. Vide

Antichristum meum p. 1. q. 8. Deinde Ro.
8. *Qui proprio Filio non pepercit; sed pro no-
bis omnibus tradidit illum*, in Humana na-
tura. Rom. 9. *In quibus est Christus secun-
dum carnem; qui est super omnia DEVS bene-
dictus in secula*. Phil. 2. *Qui cum in forma
Dei esset. &c. ex inaniuit se formam serui acci-
piens*. 1. Cor. 2. *Si cognouissent, nunquam Do-
minum gloria crucifixissent*. 1. Cor. 8. *VNVS
Dominus IESVS, per quem omnia*, Ioan. 1.
facta sunt. Ergo natus ex Maria & Deo
Patri VNVS est in Persona, &c.

RESPONDENT Nestoriani: IESVM esse Dei
Filium, & Vnum habitatione, voluntate, o-
peratione, participatione; non Persona.

At Cherinthus idem aiebat, & ta-
men de eo, 1. Ioan. 2. *Quis est mendax, nisi
qui negat, quoniam IESVS est Christus?* 1. Io-
an. 4. *Omnis spiritus, qui soluit IESVM, ex
Deo non est; & hic est antichristus.*

3. Quam Vnionem quadruplicem
tribuunt Christo; conuenit & cæteris
Sanctis. Vide *Bell. l. 3. de Christo c. 6.*

4. Sic & Concilia definiunt; Patres-
que SS. conspirant.

5. Demum, quomodo Deus erit Lu-
thero; qui Omnipotens non sit? Vide
omnino *D. Tho. p. 3. q. 13.*

QVÆSTIO X.

An Lutherani sint Euty-chiani?

HÆRESIARCH. MANES seu Manichæus, sub
annum 276. veram Christi Humanitatem abne-
gabat; Autorem scutus VALENTINUM, portenta hæ-
resium fundentem. *Bezauius anno 142. §. 9.* Demum
EUTYCHES Archimandrita, sub annum 448. dogma-
tizauit ista.

1. In Christo post Incarnationem Vnam solam
fuisse naturam Rebutraliter defendi non posse, V-
num esse Christum, & non duos, contra Nestorium.

2. Vnam factam conuersione Diuinitatis in car-
nem:

nem: Quia Ioan. 1. *Verbum caro factum est: Sicut aqua vinum factum est, id est, conuersa in vinum.*

3. Diuinitatem verbi natam, passam, mortuam. &c. Rebutur aliter refelli Nestorium posse; negantem, Deum natum passum. &c.

4. Christi carnem non in veram carnem vertisse, sed in app. rentem & phantasticam; vt Verbum simularit se hominem natum, passum. &c. Ideoque nec eiusdem speciei esse cum nostra, carnem Christi. Rebutur indignum Deo, Deum nasci, pati, mori. &c.

LUTHERANIAM hæresin innouarunt; teste Staphilo, l. de Concord. discipulorum Lutheri. Vt Gasp. Svvenckfeldius & Andreas Mulculus. &c. Vide Luthero-c. p. 1. q. 23.

PAPISTA. Docenda breuiter contraria prædictis.

1. Duæ insunt Christo naturæ. Act. 20. *Spiritus Sanctus posuit vos regere Ecclesiam Dei; quam acquisiuit Sanguine suo.*

At Deus est Spiritus, carens sanguine: ergo assumpsit naturæ spiritali sanguineam. Rom. 9. *Patres, ex quibus est Christus secundum carnem. en naturam humanam: qui est super omnia Deus: en diuinam. Phil. 2. Cum in forma Dei esset, serui formam a cepit.*

Sanctus Vigilius libr. 2. *Mirum est cur timeant quidam dicere duas Naturas, cum Paulus dicat duas formas.*

2. Ex naturæ non sūt inuicē conuersæ. Quia Scriptura dicit Deum immortalem immutabilem, &c. Matth. 3. *Ego Dominus, & non mutor. Iac. 1. Apud quem non est transmutatio. 1. Tim. 1. Qui solus habet immortalitatem.*

3. Diuinitas non est nata, passa. &c. Quia Scripturæ aiunt Christum in tempore natum, passum. &c. adduntque, secundum carnem. Rom. 1. & 9. 1. Pet. 3. 4. *Christo in carne passæ. &c.* Et tamen Lutherani quidam Deitatem passam blasphemant, contra etiam S. Patres. Bell. l. 3. de Christo c. 3.

4. Christus verè, non simulatoriè, passus est. Mat. 1. *Maria peperit Filium suum primogenitum: homo hominem verus verum, eiusdè secum speciei. Et scripturæ appellant Christum filium hominis ante & post resurrectionem. Sique non vere esset passus. &c. nec vere nos redēpti foremus. &c.* Plura vide in meo Luthero-cal. p. 1. q. 23. & in Antichristo. q. 8.

5. Denique Lutherani vel sūt Eutychiani, vel Nestoriani; aut hybrides & monstrum ex utrisque. Nam cum duo doceant: 1. *Christi Carnem Diuinitatis esse præditam Attributis*, præsertim Omnipresentiâ. 2. Hypostaticam Vnionem consisterent volunt in Communicatione diuinorum Attributorum facta Humanitari. Iam ex his ita ratiocinor. Attributa ea coniuncta volunt Humanitati aut Essentialiter: Tunc ea Humanitas fiet eadem cum Diuinitate: Et ita sūt Eutychiani; aut Accidentaliter: Tunc distinctæ erunt Personæ Dei & Hominis; vnaque erit alia per accidentalem inhabitationem: &c. Et ita aptè Nestoriani sūt Lutherani. Quicquid id est, (reor utriusque) Caluiniani abhorrent ab Eutychianis; repugnantque sæuiter Lutheranis: vt liquet hic & in Antiluthero cal. meo c. 2.

QVÆSTIO XI.

Num qua laborarit Ignorantiâ Christus?

HÆRESIARCHI. NICOLAITÆ octi sub annu 168. ab portentosa infames libidine, vt in partem apud eos infamiam vniuersum traherent nomen Christianum; sed cogniti demum ac perosi, miso Nicolaitarum nomine, pulcherrimum ab scientia nomen arrogarunt sibi Gnosticorum; qui ceteris in

fabu-

QVÆSTIO XII.

*An Christus sit verus Deus? an verus Homo?
Idemque Adorandus?*

I. **HÆRESIARCH.** PHOTINVS Sirmianus Episcopus, apud Bzouium in Annalibus, anno 342. §. 10. docet; & anno 357. damnatur docuisse; quod Christus Filius Dei esset nudus Homo; Nec ante B. V. Mariam fuisset; Sed tunc esse Christus cepisset, postquam Sp. Sanctus super eum visus apparuisset.

LVTHERVS, Christum Dei virtutem & Instrumentum, non Deum vult appellari. Erasmi regula est: Quoties DEVS absolute in Scriptura ponitur, solum intelligi Patrem; Filius vbi Deus dicitur, eas gnomas aliò interpretatur, quam de Christo. &c.

CALVINISTIS Christus non aliter Christus est Deus, quàm Socrates. &c. Vide in meo *Luthero-c.p. 1. q. 81.*

PAPISTA. Actum non agamus; neque huc, demonstrata superius, q. 3. &c. repetamus. Clarè satis ac dilertè in Symbolum S. Athanasii proficitur Vniuersitas Ecclesiæ: *Perfectus Deus, perfectus Homo. Qui licet Deus sit & homo; non duorum amen, sed vnus est Christus. Vnus non Conuersione Diuinitatis in carnem; sed assumptione Humanitatis in Deum. Vnus omnino non Confusione substantia, sed Vnitate Persona.*

II **HÆRESIARCH.** SABELLIVS s. b. annum 260. §. 11. apud Bzouium docuit, cum Iudæis vnã in Deitate Personam esse; tunc verò nomina diuersos solū Deitatis effectus denotare. Vnde necessariò, sicut & Iudæi, tantum non adorandum, vt nec agnosendum esse Christum, consequbatur. Atque id de plano aiebant APOLLINARISTÆ apud Bzouium anno 373. §. 2.

LVTHERANIS plura pene suppetunt argumenta non inuocandi Christum, ac penè tantum non etiam Trinitatem ipsam; quam vt veram cum patria doceant adorandum esse.

Y 3 CAL.

fabulis suis, *Irenæo teste lib. 1. cap. 13.* Christum alphabetarium confinxere puellum, pariter cæteris ignorantem & tabulam rasam.

1. PHOTINVS Sirmij Episcopus Christum merum hominem fuisse docuit, obnoxium ignorantie: eum Constantinus edictis coercuit anno 342. §. 10. apud Bzou. Anno 357. Ariani eum proferunt docentem, Iesum tunc capisse fieri Christum: cum super eum colum. b. v. f. nec ante B. Mariam eum exitisse. Cuius id eo f. quæces dicti sunt Homuncista.

2. AGNOSTÆ sub annum 535. §. 8. apud Bzou. exortati, Christum ignorantie argueb. n. signauitque timoribus.

LVTHERO-CALVINISTÆ eadem in hæresim nouata nihil ab eis abeunt: vt videre est in meo *Luthero-c.p. 1. q. 28.*

PAPISTA. Sacra eos Pagina refutat: ceu meus docet *Antichristus, q. 10.*

2. Deim & S. Patres horum maiores olim instabiles condemnarunt; vindi cata Christi Scientiã. Vt S. Ambr. lib. 5. de fide. c. 8. Et S. Greg. Nazian. Orat. in Basilium. *Proficiebat, non vt incrementum acciperet; cum ab initio gratiã sapientiaque absolutus esset; sed quod hæc hominibus ignitis paulatim apparerent.* S. Hier. in Ier. 31. *Mulier circumdabit virum; ait: Qui iuxta incrementa quidem at atis per vagitus & infantiam proficere viaebitur: sed perfectus vir in utero Virginis continebitur.*

3. Diuinè, vt omnia, & *Tho. 3. q. 9.* In Christo fuerunt thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, Beata, I. f. x. & Acquisitæ.

1. Beatam in cognitione Dei. Quia Ioan. 8. *Scio eum, & sermonem eius seruo.*

2. Infusam. Quia Col. 2. *In quo sunt omnes thesauri. &c.*

3. Experimentalem: Quia Heb. 5. *Cum esset Filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam, Glossa, id est, expertus est.* Hæc porro tribus qq. 10. 11. 12. exequitur luculente: & ex illo meus *Luthero-cal. 28. 29. 30.*

CALVINISTÆ minus tribuunt diuini honoris Christo; vt nec vel intentionem velint ab comprecantibus ad IESVM conuerti. Vide in *Luthero-c. p. 1. q. 34.*

PAPISTA. Procluis illa sequitur sponte ex impietate impietas; vt adorandum negent IESVM, qui Deum esse negarunt IESVM; qui ægrè Trinitatem ferunt; quique Personarum malunt Naturarumque Confusionem, quam orthodoxam Distinctionem.

1. *Fides autem Catholica hæc est, vt Vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate VENEREMVR.* Ita Symb. Athan.

2. Ergo Heb. 9. *Dices Deus, vt adorent eum IESVM omnes Angeli Dei.*

3. Et ipsi acclamabant Animalia quatuor, Apoc. 4. *Sanctus, Sanctus, S. &c. qui erat, & qui est, & qui venturus est, sc. iudicare viuos & mortuos IESVS Christus.* Apoc. 5. *Audiu dicentes sedenti in throno & Agno: Benedictio. &c. Et XXIV. Seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Videntem in faculi.* Phil. 2. *in Nomine IESV omne genuflectetur.* &c. Vide *Luthero-c. p. 1. q. 34.* Et in *Antichristo p. 1. q.*

III. **HÆRESIARCH. MARCION** Ponticus ob stuprum à suo patre eiectus ex ecclesia ad Cerdonem archiepiscopus confugiens ait, teste Episcopo h. hæ. 51. *Mittam fissuram in Ecclesiam in æternum.* Cum Cerdone igitur, apud Tertull. lib. de præscrip. c. 51. Dei Filium in substantia carnis venisse negabat, sed in phantasmate solo; nec verè, sed quasi natum de Virgine, quasi passum: animarum, non corporum fore resurrectionem prædicabat. At Marcion sub annum 146. apud Byzantium, istis infundiora blasphemabat, Veteris Testam. repudiator, Noë mutilator, &c. S. Polycarpus ei sciscitanti: *Cognoscis nos?* respondit: *Novi te primogenitum Sathanæ.*

CERINTHVS, anno 60. §. 4. apud Byzantium, Christum verum Deum esse negabat, sed merum hominem affirmabat.

LUTHERANI, verum esse hominem Christum profitentur semiore:

CALVINISTÆ obscuriore: obscurissimo A-

nabaptista. Vide in meo *Luthero-cal. par. 1. quæst. 35.*

PAPISTA. I. Christus verus Deus, & verus Homo promittitur, Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem; & seminum tuum, & semen illius. Et tu insidiaberis calcaneo illius, ipse autem conteret caput tuum.*

1. *Abrahæ;* Gen. 22. *Benedicentur in Semine Tuo omnes gentes.* Deut. 18. *Propheetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui.* &c.

2. *Missus datur:* Ioan. 1. *Verbum Caro factum est.* Rom. 8. *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne.* Quare 1. Tim. 3. *Manifestè magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu.* &c.

3. Homo conceptus, & natus est, Mat. 1. *Luc. 1.* & circumcisus, *Luc. 2.* Cuius & humana docetur genealogia. *Mat. 1.* Dumque moreretur, Centurio exclamauit, *Mar. 15.* *Verè hic Homo Filius Dei erat.* &c. Itaque Apoc. 5. *Dignus est Agnus, qui occisus est accipere Virtutem, & Diuinitatem.* &c. Idem c. 13. Plura, vbi supra.

QVÆSTIO XIII.

An B. V. Maria verè Mater Christi facta per manus Virgo?

HÆRESIARCH. I. SIMON Magus, Basilides & CERINTHVS, apud Byzantium anno 60. §. 1. diuidentes Christum à IESV, Dei Genetricem Mariam, Matrem fuisse IESV, non autem Christi, comminiscabantur: solumque IESVM crucifixum. Christo se in Simonem Cyrenæum transformante, aut certè fictoribus subtrahente Testibus *Irenæo l. 1. c. 20. 21. Epiph. hæ. 1. 24. Theodorato l. 2. hæ. fabul. c. 4. Ignatio episc. 8.*

2. **NASTERIVS** è contra, sub annum 428. §. 7. Eandem esse *Storvæus* abnegabat, solum *Storvæus* affirmans: teste *Theodorato l. 65.*

3. APOLLINARIS verò ante hunc, anno 373 § 4. auctor Antidico narianitarum, teste Theod. bar. fab. l. 4. iactantium in Arabia, V. Mariã post verbi genituram, Iosepho onfucuisse.

4. IOVINIANVS, c. monasterio Mediolanensi apostata, ait Hieron. l. apud Bzouium anno 382. §. 6. luxu deditus nuptias Virginitati æquabat: & cum Helvidio Deiparam post partum cum Iosepho coiuisse blasphemabant. Vtrumque verò S. Hieronymus stylo suo confixit ac iugulauit.

HERONITIS eandem tribuit hæresin S. Aug. 10. 6. l. de hæ. c. 8. 10. qui Christum purum hominem utroque de sexu natum fabulabantur.

LUTHERANI, præsertim Vbiquistæ, Mariam Virginem nec solam vtero gestasse Christum; nec ideo multum honoris ei tribuunt: quin virum admisisse post partum credi non valde veitant.

CALVINISTÆ similia; de vtrisque videre est testata in meo Luthero. c. 9. 37. 38.

PAPISTA. Non ego hic maria SS. Patriū ingrediar: sed tē ipsam breuissime totā ex S. Thoma. 3. q. 28. perstringā. Isa. 7. Ecce VIRGO concipiet: ob quadruplicem conuenientiam.

1. Quia Diuini Patris reuerentiam ad patrem carnalem transferri non debebat.

2. Verbum omne in mente absque mentis corruptione concipiatur; potius Dei Verbum concipi oportuit ac edi absque vteri virginalis corruptione.

3. Quia Christi Humanitas in peccato concipi nascique non debuit, quæ tollere peccatum venit.

4. August. l. de Virginit. c. 6. Oportebat Caput nostrum insigni miraculo, secundum corpus, nasci de Virgine; ut significaret membra sua de Virgine Ecclesia secundum spiritum nascitura.

2. D. Th. 1b. a. 2. In partu Virgo permansit. Conc. Ephe. Natura post partum nescit ulterius virginitatem: Gratia vero & patientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Isa. 7. Virgo pariet filium: Sicut conceptum mente editur Verbum absque mentis corruptione. Aug. serm. 6. de Nat. Dom. Fas non erat, ut per eius aduentum violaretur integritas; qui venerat sanare corrupta.

3. Virgo post partum. Ibid. a. 3. Iuxta Ezech. 46. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. De qua S. Aug. serm. 14. de Nat. Dom. Quid est porta in domo Domini semper clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est; Homo non trans. per eam: nisi quod Ioseph non cognoscet eam: Quid est, clausa erit; nisi quod Maria Virgo est ante partum, Virgo in partu, Virgo post partum?

4. Et quidem, ait Aug. lib. de Virginit. c. 4. Annuncianti Angelo Maria respondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profecto non diceret, nisi prius se Virginem Deo conuisset.

QVÆSTIO XIV.

Quo sit cultus genere veneranda Maria?

HÆRESIARCH. Dicitur quæstione superiore hæresiarchæ, inimici Virginitatis ac Deiparente hæresianæ; eiusdem quoque honoris insectatores infesti extiterunt. Inprimis verò Nestoriani, Helvidius, Iouinianus, & Copronymus, &c.

LUTHERO-CALVINIANI, (præter ea, quæ in nostro Luthero-cal. p. l. q. 38. recitauimus) pugnaverunt contra me verbis m. ndacij, Pl. 149. Acuerunt linguas suas sicut serpentes. Præsertim Lutherus in Postillam conc. Nat. Maria. Brentius in Catech. ad 1. præcep. Catholicos, de primo Decalogi violato per Mariæ cultum, accusat; ac eum ad idololatricæ scelus transfert.

Melanchton in respon. ad Clerum Colon. dam.

damnatis olim Collyridianis nos adnumerat. Narrat, ait, Epiphanius sua aetate mulieres in Syria statuam Mariæ circumtulisse, & ei liba obtulisse. Quem morem inter hereses recenset, oppressum auctoritate Episcoporum: quod esset ethnici furoris imitatio. Nunc magna pietas ducitur colere Mariam, inuocare, donaria libenter cumulare.

CALVINVS in Ioan. c. 2. v. 4. Quid mihi & tibi mulier, sic alloquitur, ut perpetuam seculis omnibus doctrinam tradat, ne immodicus matris honor Diuinam suam gloriam obscuret. Porro quam necessaria haec admonitio fuerit, ex crasis sedisque superstitionibus, quae postea secuta sunt, plus satis notum est. Facta est enim Maria Regina caeli, spes, vita & mundi salus. &c. Vide in Mendace Antipap. p. 1. q. 3.

PAPISTA. Quanto honorificentius Machomet in Alchorano c. 25. Azorata 5? Nullus nascitur de filijs Adam, quem non tangat Sathan, praeter Mariam & eius Filium.

2. LUTHERVS, quam vituperat, laudat eandem, in Comment. in Matt. Eo ipso, ait, quod Maria Mater Dei est facta, tam ingentia ei dona sunt data, ut superent captum cuiuscuiusque. Hinc enim omnis hinc ac beatitudo prouenit, ut in uniuerso genere humano unica persona superior sit cunctis, cui nemo par sit: Quod cum caelesti Patre Filium habeat communem.

Ibidem in illud, Fecit mihi magna, &c. Talis ac tantus honor in hac Matris nomenclatura continetur, ut maior a nemo de illa predicare possit, etsi tot linguas habeat, quot flores terra, stellas caelum. &c.

3. CALVINVS in Harmon. Luc. c. 1. Hodie celebrari nequit allata nobis per Christum benedictio, quin simul occurrat, quam honorifice Mariam ornauerit Deus, qui Unigeniti Filij sui Matrem esse voluit. Felix Maria, quae promissionem Dei amplexa, sibi, toti que mundo Salutem concepit ac peperit.

4. BUCERVS in exposit. c. 1. Mat. Pius animus de Maria Vase tam sancto atque electo, ut Christum nobis pareret, non nisi sanctissima cogitabit.

Hisque ampliora Bullingerus in ferm. de B. V. Maria. Tanta vis virtutis est Marianae, ut tanta veritatis quae vel ab inuitis, etiam haereticis, extorqueatur in suam ipsorum confusionem atque confusionem!

EGO tamen ipsi hic pauca repenam.

1. Tenemus primum Decalogi; neque tamen honori Dei per Deiparae Sanctorumque cultum derogamus quicquam, quin eo amplius adijciamus; dum per honoratissimam a Deo, in Deum Deiparae transmittimus honorem. Quippe Rom. 2. Gloria & honor omni homini operanti bonum: quanto magis Deiparae:

2. Alienos illi colebant deos, qui dicebant, Ierem. 44. Faciamus vota nostrae, quae uouimus, ut sacrificemus Reginae caeli, Luth. sc. & libemus ei libamina. Sicut Collyridiani panes, tortulas Mariae, ceu Deae, per seculum idololatriae, libabant. Quae nobis impietatem Melancton per calumniam imponit, &c.

Vide Bouij conc. 1. & 19. in salue Reg. diu. fertissime ac solide plura.

Manet istud: Sola Deo soli Latris hyperdulia Humanitati Christi, Virginitate Matris Sanctis caeteris Dulia debetur.

Plura forte alibi, cum de Sanctorum cultu dispiciemus. Quamquam copiosa cum breuitate, plurima paucis sum excutis hac super re & causa. in mea Clauui praedicandi Rosarium lib. 1. c. 13. 14. 15. quod Lectorem remitto. Nunc ad Christum reuertamur.

QVÆSTIO XV.

An Christus verè sit in Corpore uero passus?

Huc

Huc faciunt quæstiones supra 12. an Christus verus Homo: & 13. an Deipara verè Christi Mater sit. Quare isthic productos hæresiarchas hic in scenam reducere nil attinet. Nam qui Christum verum fuisse Hominem negarunt; qui merù affirmarunt: qui B. Mariam Christiparam, non Deiparam, audire debere voluerunt: iidem quoque verè passum abnegarunt Christum.

Uel sunt Simoniani, Basilidiani, Cerinthiani, Nicolaita, Ebionita, Apollinarista, Gnostici, Marcionita, Photiniani, Nestoriani, Eutychiani, Sabelliani, Iouinianista, Heluidiani, &c. Prò monstra!

LUTHERO-CALVINISTAS verò nostros istorum esse, quam videri similes voluisse, satis ostendi in meo *Luthero-cal. q. 35., 6. 41.* quo Lectorem voco.

PAPISTA. Quod infelici æuo superiore tot è, nescio quo, lernæo lacu, lethæoue stagno enatæ extitere hæreses, hodieque limphatæ furenter infaniunt in mundo nihil sano; quæ *Veritatem presentia Corporis ac Sanguinis Domini in SS. Eucharistia* negantes eam, tota vi oppugnarent; reor hic faciè cuique liquere, vnde tanti erroris, an furoris, manarit origo.

Nimirum *Veritatem in Persona Corporis Domini, ac vel Hominis, vel Dei, è Maria Virgine nati, passique Redemptoris*, minimè satis credebant.

Neque tamen damnatarum olim hæresium vulgò profiteri apertam impietatem ausi, quòd aures Christianæ ab tanta blasphemiarum immanitate abhorrent.

Eandem autem ipsissimam *VERITATEM Hominis Dei Christi in Eucharisti-*

stia Neophyti hæretici & negarunt, & impugnarunt, & blasphemarunt; quam præsci illi hæresiarchæ *in Persona Domini* abnegauerant.

Nimirum hoc orbi deerat Christiano, vt sicut Maiores ipsorum circa Personam Christi excidentes, hæresiarcharum sibi nomen inuenerunt; sic Nouatores nostri circa Eucharistiam naufragantes apostatæ, novos sese facerent hæresiarchas.

Et facti sunt: heu nobis; væ illis!

Atque vt prædictorum nomina portentorum declinarent, tot retrò sæculis condemnata & exosa; sua istis nouitia adiecerunt nominibus tenus Nouatores; at rebus ipsis præscorum Renouatores errorum.

QVOS equidem sat superque refutasse arbitror; fontes eorum atque progenitores archihæreticos appellasse de Nomine; de Re ac hæresi reuelasse; de Anathematizatione publicis ac communibus Christiani orbis vniuersi suffragijs atque sententiis facta, conuictos demonstrasse. Accedit, quòd supra *question. 12. & 13.* & in *Luthero-caluin. question. 35. 36. 41.* nostratum hæreticorum reddiderim sententias; ac simul antidota subicerim sana accerta.

Neque hic alia ab istis adicere plura finit propositum breuitatis.

* * *

IV. DE CHRISTO PASSO.

QVÆSTIO XVI.

*Qua in Passione Christi fuit Anima
conditio?*

HÆRESIARCH. APOLLINARIS anno 349. §. 5. a-
pud Bzouium, Laodiceæ docere cœptauit, Chri-
stum Diuinitatem loco Animæ habuisse, vt qui pro-
pria caruerit anima; solo corpore ex Virgine assump-
tum; ac proinde in Diuinitate quoque passum oppo-
tuisse mortem. Vnde S. Greg. Nazianzenus expro-
brans ei dixit: *Tu Sarcotatra es; equidem Anthropola-
tra sum: Tu Animam in Christo negans semihomi-
nem asseris.* Anno 373. In Conc. Romano recitati illius
articuli sunt anathematizati.

De GNAFFARO hæretico Theopaschita vide su-
prâ q. 7.

LVTHERO-CALVINISTAS esse Psychipa-
schitas, asserentes Animam Christi pœnas in-
ferni pertulisse, Vide in meo *Luthero-c. p. 1. q. 42.*
43. & 52. Esse & Theopaschitas vide *ib. q. 16.* &
hic suprâ q. 7. & vltiorem illud opus demonstra-
tione est.

Solum hoc nondum asserunt; Diuinitatem
subire locum animæ in Christo. Sed eo deterio-
res sunt, quod Christum, quam in corpore, plus pas-
sum in Anima, inque Diuinitate blasphemant.

PAPISTA. Christum in Diuinitate
passum ac mortuum; itemque in Ani-
mâ, & eâ ab exordio beatâ; tam Chri-
stianis accidit auribus horrificum; vt
vix dum illius blasphemæ refutatio-
nem ferre sat valeant. Equidem tum ci-
tatis iam locis; tum hisce subiunctis nō
paucâ hanc in quæstionem disserui; vt
in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 45.* an de salu-
te sua dubitarit Iesus: Et *q. 48.* an de spe-
rando peccarit: & *q. 49. 50. & 52.* Quo-
circa piis hic auribus parere constitui;

Quibus libuerit, indicium facio, vnde
compendio requirant.

II. HÆRESIARCH. Origenes, lib. 1. Peria-
chon c. 8. to. 4. teste S. Hier. epist. ad Auictum, ab illa
quondam, in cæteris, hæresi infamis damnatusq; fu-
it; quod diceret: *Esse in inferno, nil aliud esse, quam in-
tum timere Deum.* Cuius similia monstra confignat
Bzouius an. 397 §. 1. & an. 538 §. 5.

LVTHERO-CALVINISTAS ipsum idem per-
uicaciter declamare, vt cælum à blasphemis
eorum vocibus exhorrescere videatur; compen-
dio collectum reperies in meo *Luthero-ca. q. 12.*
& 57. vbi porrò assignata alia accipies loca, qui-
bus illud luculentius enarramus.

PAPISTA. Multa sunt ac varia, que
de inferis Pagina Sacra prodit, Sancti-
que Patres confirmant, ac prædicat
Ecclesia: profunda, quæ altissime Scho-
lastici perrimantur: qualia sunt: An-
Quid, Vbi, qualis sit infernus? Qui, qua-
les, quanti inferi? Quæ, quales, quantæ,
quam variæ pœnæ? Harum quis timor,
quæ necessitas, qui cruciandi modus:
Pœnarum quæ virga, calices, mallei, i-
gnes, tenebræ, fames, sitis, frigora, fla-
gra, furix, linguarum commasticatio-
nes, &c.

Quæ pœna sensus, quæ damni; qua
taliū æternatio, iustitia, infelicitas,
&c.

Hæc inquam ad vnum referre ac in-
terpretari Numen iratum, ad Metum
conscientiarum; hoc opus, hic labor
foret, usque nouus Dis, Orcique Magi-
ster, tale qui vel attentarit. Plane neces-
se est, nouos Originistas Luthero-
caluinianos consequenter fingere, &
prædicta suo cum errore proposito con-
ciliare. Ex quo quantam S. Scripturæ
Orciloquis & pœniere pis sint confusio-
nem, omniumque perturbationem, ac
euerfionem Bibliorum illaturi, nemo
noa

non videt, planeque intelligit. Adhæc, instantium timor est; præsentium verò sensus: cum sit autem damnatis dolor & cruciatus semper præfens; esse in inferno, dici potius oporteret, esse discruciatia Tortore Deo, tortorem Odisse, desperare quietem. &c.

3. Deinde Infernus dicitur Chaos, regnum tyrannicum, cuius membra dæmones, serui Dammati. &c. Isa. 24. *Congregabuntur in unum LOCVM, & claudentur ibi in Carcerem*, 2. Pet. 2. *in Tartarum*, Luc. 12. *in gehennam*. Mat. 13. *in caminum ignis*. Mar. 9. *in ignem inextinguibilem*. Mar. 8. *in Tenebras exter.* &c. Sic Lu. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno*. At Christus Ps. 106. *Contrivit portas aereas, & veltes ferreos confregit*. Quæ timor dici nequeunt.

4. Postea *Cum contraria sint contrariorum consequentia*, qui infernum esse Timorem fingunt, quid esse beatorum felicitatem comminiscuntur? Spem timor contrariam? At spes, Prou. 13. *qua differitur, affligit animam*; sicque eadem infelicitatem pareret in ipsa felicitate.

5. Adhæc Numinis irati metum quis incola terræ, mortalisque vitæ hospes, non metuit? Cum, 1. Pet. 4. *inustus vix saluabitur, impius ubi parebit?* Cum vel ipse iustissimus nescit, timore an odio dignus sit; dicaturque *Beatus vir, qui est semper pauidus*; plane iustos, & beatos simul dicere infelices, damnatosque necesse est, eò, quòd iratum peccimescere Deum necesse habeant: Ipsi in terris agentes, agere simul infra terram in tartaro dicendi forent. Quæ voluntaria quidem insania est.

6. Ad vltimum Origenis tanta fuit

in Ecclesia viuentis autoritas, vt ea pene vniuersa, ad illius obstupescita miraculum ingenij, scientiæ, eloquentiæ, conuersationis ac vitæ, ab vno dependeret. Verum is denique fidentior sui in superbiâ elatus Ecclesiæ temnere simplicitatem cœpit; hocque in spiritu, quæ alubescerat, in Scripturarum interpretatione monstra confingere noua, Cui contrarius Ecclesiæ Dei que spiritus iustum intorsit fulmen anathematis, eum que confodit.

Periculosus Doctor; Vt vera S. Hier. ad Periarchon in librum censura dicat esse talem, *Vt, qui in Trinitate Catholicum legeret, in alijs hereticum non caueret*. Et Cassiodori de Institut. diuin. lect. sententia de Origine sit: *Vbi bene, nemo melius: Vbi male, nemo peius*. Eius articulorum ac errorum prodigia ibidem recenset pauca S. Hieronymus, vt de *Angelorum ruina*, *animarum lapsu*, *de mundis Epicuri*, *præstigijs resurrectionis*. &c.

Vigilius Papa ad instantiam Orientis Ecclesiæ, anno 538. tum ista, tum & hæc damnauit; *Christi animam, vt omnium animas, præcuisse ante corpora; Corpus Christi solum in B. Virgine prius formatum fuisse, dein additum animæ, demum unitum Diuinitati; à qua seiunctum Christum exhorruisse tartara finxit Origenes Allegorista & speculator*.

QVÆSTIO XVII.

An Christus è Limbo Patres eduxerit in cælum Subter aram?

HÆRESIARCH TERTULLIANVS l. 4. in Marcionem. *Eam regionem Sinum dico Abraham, etsi non caelestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium*

Z 2

præ-

prabituram animabus iustorum; donec consummatio rerum, resurrectionem omnium, plenitudinem mercedis expungat; Tum apparitura celesti promissione. &c. Limbum exhaustum negat, ait etiamnum augeti animarum accessu.

VIGILANTIS apud S. Hier. lib. contra Vigil. Ait, Vel in sinu Abraha, vel in loco refrigerij, Vel subter aram Dei animae Apostolorum & Martyrum confedisse; nec posse suis tumulis, & ubi voluerint, esse praesentes. Senaria videlicet dignitatis sunt; ut non inter homicidas deterrimo carere, sed in libera honestaque custodia, in fortuatorum insulis & in campis Elisais recludantur.

Tertullianus damnatur anno 113. §. 7. &c. apud Bzon. Vigilanti. s. anno 406. §. 6 &c.

CALVINISTA. I. Caluinus Inst. l. 2. c. 16. §. 9. Illa de Limbo fabula mera est. &c. Vide meum Luthero-cal. par. 1. q. 56.

2. Idem Inst. l. b. 4. c. 25. §. 6. Stultum & temerarium est inquirere, quo in loco sint animae iustorum, an gloria fruantur, nec ne. &c. Contenti simus, militia labore perfectas in beatam quietem concedere, ubi cum felici laetitia fruitionem promissae gloriae expectant.

3. Si queras, Vbi fuerint ante Christi mortem animae iustorum Respondet Caluinus in Psychopannychia, Beza lib. contra Brentium de Christi Maieftate parte 2. Vbi de ascensu agit, Fuisse in caelo; licet non viderint Deum; nec ante iudicij extremi diem visurae sint.

PAPISTA. I. Mentita est iniquitas sibi. Pl. 20. Veritas ita docetur a Sancto Hieronymo ibidem.

Tu Deo leges ponis? Tu Apostolis vincula iniicies, ut usque ad diem iudicij teneantur custodienda, nec sint cum Domino suo, de quibus scriptum est, Apoc. 4. Sequuntur Agnum, quocumque ierit. &c.

2. Deinde Cum daemones toto vagentur orbe, & ubiq. praesentes sint celeritate nimia; Martyres post effusionem Sanguinis Arae operientur inclusi, & inde exire non poterunt.

Hinc teste S. Gregorio lib. 4. Dialog. mortui multi viventibus apparuerunt. Sed hoc interest inter Sanctos & damnatos, ait S. Tho. 4. d. 45. q. 1. a. 1. q. 3. quod sancti, cum voluerint, apparere possunt; non autem damnati. Plura vide

in Antichristo meo p. 1. q. 14. Et in Luthero-cal. p. 1. q. 55. 56.

3. Adde: Phil. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ex quo sic arguit S. Greg. lib. 4. Dialog. Qui ergo Christum in caelo esse non dubitat; nec Pauli animam esse in caelo negat. De quorum neutro dubitat quisquam Christianus. Atqui negat etiam Caluinus: De S. Paulo? Quin et omnibus S.

QVÆSTIO XVIII.

Quatenus IESVS Christus Mediator sit Dei & hominum?

HÆRESIARCH. NESTORIUS duarum in Christo Personarum inuentor, in plures ex vno vitam praestitit errores damnatos singulos anno 430. ut Verbi & carnis unionem esse secundum dignitatem, non iuxta naturalem Unionem: Christum esse hominem Deiferum, non Deum; B. V. Mariam esse Christiparam, non Deiparam: Verbum esse Christi Deum: Christi hominem Verbi actum, & hoc illi inhabitasse: Duplice, non vno Christum adoratione colendum. Christum miraculose operatum ex vi Sp. Sancti non sua Dei: Christum se Patri sacrificasse pro seipso homine mero: Sicque deinceps Opera Redemptoris Mediatoria soli tribuere Humanitati Christi, Nestorianum est.

LYTHERANVS Franc. Stancarus dictaminouauit hæresin. Vide in Luthero-c. q. 64.

PAPISTA. Mediari proprium est Christi; estque extrema vnire duo in medio vno, sc. Deum & hominem in pacem repositos reconciliare: Id quod Christus ex seipso, ut Sacerdos & victima, praestitit Redimendo nos, facta de suo satisfactione Patri: ac Supplicando; & benefactis promerendo: omnia quae homo sed vnitus Deo, Iraq; Mediator est principalis: Ministratorij sunt Angeli, Caelites, Sacerdotes. Is n. extrema solus vnire valuit, ut pote medius. Non quia Deus est: nam sic ipse alterum est extremorum; nec quia homo peccator: sic enim rursus alterum fuisset extremum: Ergo quia homo iustus Essentialiter, non Accidentaliter solum ut sancti

cate-

cæteri. Heb. 7. *Hic enim quod maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotium. Unde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* TALIS enim decebat, ut nobis esset Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus; segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. &c. Ecce vere Medi⁹. Unde & S. Aug. l. 1. Trin. c. 7. *Christus in forma Dei, equalis Patri: in forma serui, Mediator est.* Idem l. 1. Confes. c. 43. *Christus in quantum Homo, Mediator: in quantum Verbum, non est mediator: quia equalis Patri.*

II. HÆRESIARCH. Eutyches, præfes monasterii Constantinopoli prædicabat anno 448. Ante factam Unionem in Christo duas fuisse naturas: unam verò post unionem. Ecce Arius solam Animam hominis, Apollinaris solum Corpus assumptum confingebat. Eutyches, mixtum cum Diuinitate: ideoque & idiomatum secutam communicationem; ipsamque Diuinitatem passam, mortuam, &c. ac Mediatricem esse aq. ac Humanitatem Deificatam.

LYTHERANOS pariter ac CALVINISTAS eadem illa adstruere, tametsi alios aliter: Humanitatis quoque Deificationem Vbiquitarios præcipue; pluribus supra quæ sitis est demonstratum Quin & ipsam Diuinitatem esse Mediatricem clamant. Vide in *Luthero-cal. p. 1. q. 27. 64. & 69.* & in meo *Antichristo. p. 1. q. 16.*

PAPISTA. Agite *Luthero-caluinicolæ*; quæro cum S. Cyrillo in Apologia pro XII. capitibus.

Si Deus Verbum est Sacerdos; cui, vel quali Deo suum ministerium offert? Respondet. Quando factus est Homo, vocatus est Pontifex: non quod maiori Deo offerret sacrificium; sed sibi ipsi & Patri; quæ homo, non quæ Deus, Aug. l. 2. de pec. orig. c. 28. Inferior Patri; quia in forma serui: Superior nobis, quia sine labe peccati: ac id. o. Mediator est.

NOTA 1. Cum in Scripturis dicitur DEVS nos reconciliare per Christum; Pacificare per Sanguinem eius; Exhortari per suos:

non ideo Diuinitas est Mediatricis: quia si quis seipsum sibi reconciliat inimicum, non est Mediator; quod non sit inter duos medius, sed alter. Itaque omnis Mediator est Reconciliator; non contra.

2. Similiter Renouare corda, dare Sp. Sanctum; meritorie, solius Mediatoris est: At gratuite, Dei est.

3. Quod autem Caluinus epist. ad Polonos ait, Christum dici Caput Angelorum & hominum ante lapsum, quæ Mediator est; id fingit cum Ario, Dei Filium faciente Ministrum Patris.

Quia, quæ Deus, tunc erat Caput Angelorum: postea verò etiam, quæ homo, factus est Caput vtriusque Ecclesiæ, Militantis æque ac Triumphantis vniuersæ; & sic perennat.

QVÆSTIO XIX.

Qualis, & qualiter resurrexit IESVS?

HÆRESIARCH. 1. Saducæi, ab Sacerdote Saduch orti, teste Iosepho lib. 18 c. 2. & Epiph. lib. 1. Panar. c. 14. dicebāt, Non esse resurrectionem mortuorum, neque Angelum, neque Spiritum, Animasque simul cum corporibus extingui.

2. BASILIDES Alexandrinus, anno 110. Negauit Christi crucifixionem & resurrectionem; quod Simon Cyrenæus fuisse in Christum transformatus ac affixus cruci: item, inuoluntaria & ignorantia tantum peccata: non omnia, dimitti: Salutem corpori promissam soli; Fidemque naturalem esse.

3. VALENTINVS, anno 142. §. 9. & Cerdon, anno 146. Seueriani anno 172 §. 9. demum Originistæ anno 393. §. 2. eundem innouatum errorem propagarunt negantes corporum resurrectionem. Vide Bzou, annis adnotatis.

LYTHERANI, 1. Vbiquistæ solum volunt apparere exiisse sepulcro, qui inuisibiliter vbiq. existeret.

2. Cateri fabulantur; quod Caro Christi seipsam excitaui. Et Petri, quam Christi, pene mirabiliorum esse resurrectionem; certe discrimen nullum.

3. CALVINVS negat, quod seipsum Christus in vitam reuocauit; Patris interuenire operam oportuit.

4. MARTYR: Angeli indigebant auxilio, qui lapidem remoueret. &c. Vide meum Luthero-cal. p. 1. q. 66. Et Antichristum q. 17.

PAPISTA. Quatuor hic in quaestione vocari videntur: An, Qualis, Quatenus, Quare resurrexit IESVS?

1. An? Luc. ult. Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis.

1. Ob Iustitiam Dei, vt qui humiliat se, exaltaret eum.

2. Ob Fidem. 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est & fides vestra.

3. Ob spem. Iob. 19. Scio, quod Redemptor meus viuit.

4. Ob mores Rom. 6. Quomodo Christus resurrexit per gloriam Patris; ita & nos in nouitate vitae ambulemus.

5. Ob salutem nostram. Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra; & resurrexit propter iustificationem nostram. Ista D. Th. 3. q. 53. a. 1. Itaque 1. Cor. 15. Christus resurrexit à mortuis, primitia dormientium: Glosa: Quia prius tempore & dignitate surrexit.

Et quidem ibid. art. 4. Sibi ipse causa resurrectionis fuit, idque per virtutem vnitæ Diuinitatis cum Corpore & Anima. Hinc 2. Cor. ult. Et crucifixus est ex infirmitate nostra Sed viuit ex Virtute Dei.

2. QUALIS? Respondet D. Th. 3. q. 54. a. 1. Vero cum Corpore. Quia vera, & non apparens solum, fuit resurrectio. Vnde existimantibus se spiritum videre, dixit, Luc. ult. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis

habere: quod ad omnem spiritus nutum pareat spiritale, & glorificatum, in omnem locum, figuramque sequax; prout spiritus voluerit. Item art. 3. Idem quoque gloriosum surrexit ita, sicut Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ conformatum Corpori claritatis suæ.

Idem surrexit, art. 4. Integrum ad perfectissimam naturæ humanæ integritatem; vt Necessarium quoque Sanguinem profusum, (etsi non item Nutrimentalem omnem) resumpserit totum: vt quicum Diuinitas inseparabiliter manserit hypostaticè adunita.

3. QUATENUS resurrectionem manifestauit D. Tho. 3. q. 55, ex Act. 10. Dedit eum manifestum fieri Non Omni populo, sed Testibus præordinatis à Deo. Idque Act. 1. Per XL dies in multis argumentis, loquens de regno Dei.

Quò dicere possent, 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiimus, & manus nostræ contactauerant; hoc testamur.

4. QUARE? Ad resurrectionem nostram. &c. Vide Diu. Thom. 3. quaest. 56.

CAPVT sua Membra sequuntur; CHRISTVS Beati. De hisce igitur porro disquiramus, ordine sic nuposcense Ecclesia Triumphantis.

V. DE CVLTV SANCTORVM.

QVÆSTIO XX.

An Sancti in cælis degant cum Christo beati? Et vnde censeantur beati?

HERESARCH. Ante extremum Iudicii diem beatitudinem Sanctis abiudicantur Tertullianus, Vigilantius, & Armeni, Guidone teste in *Summa de her. & Graeci apud D. Tho. Opusc. 6. c. 9.*

DE LUTHERO-CALVINISTIS vide supra q. 17. & in *Luthero. c. q. 67. & 73.*

PAPISTA. Scripturæ sacræ sensu, consensuque standum perpetuo Ecclesiæ est. De Scripturis vide in meo *Antichristo p. 1. q. 21.* Consensus Ecclesiæ constat Tum à SS. Patribus orbis vtriusque Christiani, apud Bell. l. 1. de *Sæctis. c. 4. & 5.* Quique ibidem, c. 3. videntur Sanctis felicitatem Dei que visionem abdicere; ij, omnino de consummata illa, post sæculi consummationem futurâ, loquuntur.

Tum etiam duo Generalia sic statuerent Concilia, Florentinum, & Tridentinum sess. 25. Sic & Papæ, vt Innocentius III. Benedictus XII. Huius prædecessor Ioannes XXI. Sensit aliquando contrarium; sed vt Doctor, definiuit nihil, quin successoribus suis suam submitterent sententiam. Qua in causa vide mendacia Caluini quina in meo *Mendace Antipap. p. 1. q. 5.*

II. **H**ERESARCH. Ioannes VVicleffus, plurimum conditor parentis hæresion, teste Thoma VValdensi; tom. 3. de Sacram. l. 1. c. 122. dixit, dum in Sanctorum Album refert aliquos Pontifex, eum errare non minus posse, quam Presbyterum Ioannem Regem *Athiopia, vel Turcam, aut Sultanum.*

LUTHERVS & **C**ALVINVS, cæterique Nouatores hunc gnauiter sunt imitati: vt in parte patebit infra. Item Pet. Martyr & Aretius in 1. Cor. 1. dici non ferunt Sanctos seu cœlites, seu Purgatorios.

PAPISTA. 1. Si hac in re fallere, fallere posset Ecclesiæ, iam, 1. Tim. 3. *Veritatis columna* ueretur; nutaret, Eph. 4. *firmamentum* suam desereret *Sponsam* Christus: Nec, Ioan. 16. *omnem* necessariam

Veritatem doceret Spiritus S. Nec in Successoribus suis Petrus *pasceret oues suas* pabulo necessariæ certæque salutis.

2. At verè de Sanctorum festis S. Bern. Epist. 174. ad Lugdun. ait: *Quæ accepi ab ecclesiâ. securus teneo, & trado.*

Et S. Aug. epist. 118. c. 5. *Si quid tota per orbem frequentat Ecclesiâ; quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insania est.*

3. Accedit diligentissima, quæ in canonizandorum vitam, mores, dicta, factaque sit inquisitio, Dei que per ieiunia precesque publicas reconciliatrix inuocatio; vt de canonizato dubitare fas sit nemini, quin sit inuocandus: ergo minus an sit Sanctus.

4. Adhæc tenemur obsequi Papæ, dies festos indicenti: Ergo & Sanctos declaranti credere tenemur. Ne pro Sanctis orando, ipsis iniuriam irrogemus. Nam, ait August. ser. 17. de Verb. Dom. *Iniuriam facit Martyri, qui orat pro martyre.*

5. Credemus historiographorum narrationi; non crederemus summi Pastoris declarationi: Præsertim attestantibus miraculis, & accuratissima singulorum præuia attestazione facta:

Obiiciunt ex Augustino: *Multorum corpora honorantur in terris; quorum anime torquentur in gehenna.*

1. Sed hoc vbi habet Augustinus? Sit tamen cuiuscunque Christiani;

2. Verum est de monumentis Alexandri, Cæsaris. & c. similibusq; mausoleis & pyramidibus.

3. Verum est & de Luthero; cuius vasa & crassa statua in Francofurdiano mercatu fuit spectaculo; quam non nisi pre-

pretio annumerato spectare licebat.

4. Quid: Sturmius de famato Luthero scripsit ad Calvinum: *Vsq̄ adeo φιλοσθητος est, ut vel crepidas eius adorandas putet.* Quin ipse Lutherus in Colloq. mensal. vaticinatus est, *suum à suis oletum olim adorandum fore.* Prò pròpudium bestia!

Quid, quod idem quoque Melanctonem canonizavit.

Vide plura talia in meo *Luthero-c. p. 1. quest. 74.* inque *Mendace Antipap. parte 1. quest. 5.*

III. HÆRESIARCH. I. BOGOMILI, Sanctos appellari verabant cum præfatione Sanctitatis: scilicet dicitur Petrum, Paulum, Laurentium.

2. Michaelus Imp. in Miscellaneis vetuit pictis sculptisne Sanctorum imaginibus subscribi *Sanctus* Specietenus, quod is solus esset Dei tiridus.

3. Successores ac hæredes impietatis eiusdem fuerunt Isauricus, & Copronymus Iconomachi.

LUTHERO-CALVINISTÆ cum peragrè ferant sanctissimum Dei Nomen IESVS: quem admodum ferant illud Diuorum Sanctus? Vide in meo *Luthero-c. p. 1. q. 74.*

PAPISTA. Ibidem abundè responsum; fauente Apostolo, Hebr. 13. *SANCTI mei vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones in Christo IESU.*

QVÆSTIO XXI.

An, & qualis Cultus ac Inuocatio Sanctis debeat?

I. HÆRESIARCH. Sanctorum Cultum abrogandum censuerunt olim & impugnarunt complures: ut *Eustatius*: apud Socratem lib. 2. hist. ca. 33. qui semiarianus Episcopatu deiectus Macedonio ad hærescebat, anno 365. damnatus est.

Succellit ei *Manes*, *Eunomius* & *Vigilantius* in hæresi, apud S. Hieronymum: Deinde alii; demum *VVileffus* apud Thomam *VValdensem*, tom. 3. de Sacrament. tit. 13.

LUTHERANI & CALVINIANI sopitos suscitant ignes, damnataque sæpius hæreticos caduera ex orco refodiunt.

PAPISTA. Abrogare contendunt Sanctorum Cultum; quem derogare Deo non docent.

At nos, ait ante 1400. annos Iustinus in 2. Apolog. & Deum, & eius Filium, qui venit, nosque hæc docuit; & aliorum sequentium similiumque Angelorum honorum exercitum colimus & adoramus, verboque & re, seu veritate veneramur. Idque omnibus, qui discere volunt, ut docti, instituitque sumus, copiose *TRADIMVS.*

Theodoretus l. 8. *Suos mortuos Deum in templa pro Dijs vestris induxit: Ac illos quidem cassos gloria, vanosque reddidit; suis autem Martyribus honorem illorum dedit; talem, inquam, qualem in meo Luthero-cal. p. 1. q. 75. docui.*

Atque ut ait S. Hiero. epist. ad Riparium, *Honoramus seruos, ut honor seruatorum redundet ad Dominum.*

Quod igitur ethnicis; Angelorum cultum exprobrantibus respondit Aug. in Pl. 96. idem & nos Hagiomachis nostris: *Vtinam & vos illos colere velletis: Facile enim ab ipsis discetis, non illos colere ut Deos; sed ut Sanctos.*

II. HÆRESIARCH. *Collyridiani* docebant, Deiparam non secus, ac Deum inuocandam esse, teste *Epiaph. bar. 78. 79. Vigilantius*, teste S. Hieronymo l. contra ipsam; aiebat: Nullius post mortem preces proli tero exaudiri, nec mortuos orare pro viujs. Ideo nequicquam inuocantur, *Eustatius* basilicas martyrum & reliquias; contemnebat: de Inuocatione nihil eo constat.

Hos imitati sunt Henticiiani, Apostolici, *VValdenses*, *VViclef*, *Thaboritæ*, *Hufs*, *VVicleffi* vocerant: *Licita inuocatio est; sed inutilis est. Stultum autem scurras principis; hoc per se ad auersandum inclinatis. Stultum, turbidos sectari viuos; fonte cuius patente.*

LUTHERVS in Li. ad *VValdenses*; Melancton in Apolog. a. 21. *Conf. Aug. Brentius c. 24. Conf. VVirtemb.*

QVÆSTIO XXII.

Quis Honor est RELIQUIIS debitus
Sanctorum?

CALVINVS *Inft. 2. c. 14. §. 12. Et l. 3. c. 20. §. 20. &c.*
Hic tria docent.

I. Mortuos pro viuus orare non constat ex S. Scriptura, esseque incertum.

II. Si orent, orare solum in genere pro Ecclesia; pro nemine singularim.

III. Sanctos innocere, esse inutile; quod auis non habent iam longas: Esse illicitum, quod gloria Christi Media toris obfcuratur.

PAPISTA. Hoc vniuersè tenendum est, iuste, licitè, & sanctè orari Sanctos, vt orent pro nobis per IESUM Christum apud Deum; quibuscunque verbis quis vtatur. Nec enim de verbis, sed de verborum sensu agitur. Vt si ores, S. Petre miserere mei, salua me, sana, da patientiam. &c. subaudi, pro me orando Deum.

Nam sic & Paulus, Rom. 11. *Vt saluos facerem aliquos ex illis.* 1. Cor. 9. *Vt omnes facerem saluos; non vt Deus, sed vt seruus.*

2. Tres personæ necessariò attenduntur in omni Sanctorum inuocatione: DEVS, qui adoratur; CHRISTVS, per cuius merita oratur; Sancti, quorum intercessio petitur ad Christum. Vnde Aug. in Psal. 108. Oratio eius fiat in peccatum: *Oratio*, ait, *que non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum; sed etiam ipsa fit peccatum.* Vnde preces Ecclesiæ omnes rogant *intercessionem Sanctorum, per Christum Dominum nostrum.*

3. Istud Colof. 2. *Nemo vos seducat volens in humilitate Angelorum, quæ non vidit.* &c. damnare intendit hæresin Simonis Magi, qui cum Platonis docuit, quosdam Angelos, vt Deos minores, adorari oportere; vt qui mundum fabricarint, per prophetas locuti sint. &c. At hæc idololatria est, aut Magia, de hac Irenæus l. 1. c. 20. Tertul. *de præscript.* Epiph. *in Symone.* &c. Damnatur in Conc. Laodic. cap. 35.

HÆRESIARCH. I. EVNOMIUS anno cccxl. anabaptismi inuentor, Reliquiarum sanctorum contemptor, non Christum fuisse, sed esse Deo se similem asserbat, vt qui Dei substantiam intimè pernouisset: miracula verò Diuorum meras dicebat præstigas esse. 2. Huic in contemptu SS. Reliquiarum successit Vigilantius, teste S. Hier. dicente Tertul. olim contra eandem hæresin Gnosticorum librum Scorpium euulgasse. 3. Deinde sub annos 764. &c. Const. Copronymus Imp. omnes vbique deleri iussit Reliquias Sacras; teste Suida in vita illius. Forè quod ex Iudæorum & Samaritanorum hæresi iudicarent omnia corpora immunda. V. Vieff, & supradicti. 99. 20. & 21. eadem lue laborarunt.

LVTHERVVS *serm. de Cruce, Reliquias, vt Fidelium seductiones, altissime sub terram abscondendas iudicat.* Sic & Magdeburgenses *Cent. 4. c. 6. &c.* Vide in *Mendace Antipap. q. 7.*

CALVINVS lib. de necessit. reformandæ Eccles. idem vrget his argumentis.

1. Quia *Deut. vlt.* Deus abscondit corpus Moysis, ne à Iudæis adoraretur.

2. Quia, 2. Cor. 5. *Iam non nouimus Christum secundum carnem:* minus Christianos mortuos.

3. Quia *Col. 2.* damnat omnem cultum arbitrarium, id est, non à Deo institutum: at talis est reliquiarius. 4. Quia desiderium reliquiarum est mater idololatriæ; nam earum veneratio est Christi exhonorificatio. Hinc obicienti Vigilantio cereorum accensiones ad sepulchra, solum hoc respondit S. Hieronymus; in muliercularum esse, quæ zelum habet, non scientiam. 5. Quia supposititia sunt pleraque reliquie. Demum Calvinista, vbi possent, reliquias exurunt: velut & Ethnici.

PAPISTA. Quæ sancta Deo in lege Veteri, & in Noua Christo, fuerit reuerentia Reliquiarum; noster è S. Scripturis docet *Antich. p. 1. q. 23.* Quæ eadè Fidelibus digna sit & iusta, meus demonstrat *Luthero. c. p. 1. q. 78.* Quæ calumniose traducta proscindatur ab hæreticis, meus *Mendax Antipap. p. 1. q. 7.* verissime docet. Cæ

rerum hoc loci argutatiunculas omnino futiles refutare non dedignabor.

AD I. Quid si dicerem Moysen non mortuum, nec sepultum; sed translatum cum Henoch & Helia? Ita S. Hilar. in c. 17. Mat. Ambr. l. 1. de Catn. c. 2. Greg. Nyf. Sed cedo Ruperto in Deut. ult. & Philoni, id solidè refellentibus. Probabilius; fuisse gloriose à Domino sepultum, ait Occumenius in epist. Iudæ; & occultatum; ait Chryl. hom. 5. in Matt. ne pro Deo coleretur; Vt cultus est, 4. Reg. 18. æneus serpens, qui signum duntaxat fuerat salutis.

At apud Christianos nunquam vel auditum est, Sanctos, eorumque reliquias pro Deo cultas fuisse.

AD II. Non nouimus Christum secundum carnem mortalem; sed immortalē; & quæ in mortali gessit sancta, sanctè recolimus; Ceu iussi, 1. Cor. II. Mortem Domini annuntiabit is. Hebr. 12. Recognitate eum, qui talem aduersum seipsum sustinuit maledictionem.

AD III. Reliquiarum cultus non est ab hominibus institutus; sed Inspiratus à Deo in utroque testamento; Et Christi doctus exemplo sua in fimbria, in umbra Petri. &c. Dein Col. 2. ἐξ εὐνοίας significat cultum superstitiosum iuxta S. Hieronymum; non vero ab hominibus excogitatum.

At reliquiarum cultus sanctus est; non superstitiosus.

AD IV. Tantum abest à nobis idololatriæ periculum, ut in translationibus, cantetur: *Confundantur omnes, qui adorant simulacra.* Sic teste Rufinot. l. c. 35. in S. Babilæ translatione cantatum proditur. Neque cereorum vñus ad Sanctorum

memorias signū est adorationis: Quæ non offeruntur ut sacrificia; sed acceduntur in signum Letitiæ inter fideles Gloriæ inter Cœlites, Vita beatæ in Deo. S. Hieronymus autem respondet Vigilantio de errore putantium martyrum cereolis illustrari. Quem errorem vñus probat; sic approbat vñus cereorum.

Sicut & S. Augustinus arguit Agrippas ad sepulera Sanctorum, ob abusu epulandi, non ob eorum vñsitationem.

AD V. Ne reliquæ autem vñs obtrudantur supposititiæ, vigilantissimè cautum est per Ecclesiam pluribus in Concilijs: Vt in meo Luthero-cal. par. 1. 78. ostendi.

Demum age, Ecquid est, quod Reliquiarum sacrarum cultum adeo Vniuersalem reddidit per orbem vñuersum? Vt remotæ, celebres, frequentes ad sepulera Sanctorum fierent Peregrinationes, Orationes longæ & multæ, Sumptus immensi, & tot Basilicæ collocarentur?

Quid? Beneficia innumera, & maxima; publica, priuata; Secunda bella pax reducta, firmata; hostilitates prohibita, fracta; mortalitates auersæ; sedata tempestates; necessitates expedita; sanitates redditæ; aliæque vñtilitates iuxta in prosperis & aduersis impetrata.

2. ACCEDUNT MIRACULA in ipsiſ Sanctorum corporibus demonstrata in sepulcris, in undis, in flammis, inter fractas, inter barbaros, hæreticos, &c.

3. INVENTIONES autem quot, quæq; mirabiles ac gloriosas dedit sæpe Deus?

4. TRANSLATIONES vero quæ celebres ac memorabiles factæ produntur?

5. In primis illustre cenſeo, quod Ritum per-

tu perpetuo obseruatum inuenio; ut esse prorsus Apostolicum videatur.

SUB ALTARIBVS recondi Sanctorū reliquias, sua peculiari sanctitate in legem abiit per omnem omnium ætatum ac locorum Ecclesiam. Ut equidem existimem, idcirco S. Iohanni, *Apoc. 6.* animas Martyrum sub Altari ostensas; quod eorum in terris corpora sub aris requiescere consueissent. Quo honore publico haud scilicet numero insignior sit alter.

Nulla enim gens vsquam fuit, quæ aris suis quicquam sanctius duxerit. Hæc azyla dabant confugis; his adgeniculabatur; ad has Numen iratum placabatur.

Apud Christianos verò Ara Thronus Dei titulusque Christi reputatur, & Christum in Ecclesia representat: Ac conditæ sub ara reliquæ Animas Iustorum in Manu Dei esse, inque Christo beate requiescere, nos admonent. Quod iustior cercorum ad ea, aliaque Sanctorum sepulera, est usus: De quo vide *Bell. l. 2. de Sanctis. c. 3. & 4.*

Et quid dignum satis ijs præstes Corporibus?

1. Quæ sanctarum Organa fuerunt animarum ad opera bona, tot, tanta?
2. Ad Miracula?
3. Ad claritatem Christi transformandam? &c.

QVÆSTIO XXIII.

Quo temporum successu processit ICONOMACHIA?

HÆRESIARCH. Iconomachus certus aliquis, qui primus fuerit, repertu difficilis est. Certum

constat illud, autores Iconomachie diuersis extitisse æt. ibus aut Iudæos, aut Mahumetanos, aut Magos: Quos auos hodierni sequuntur Luthero-caluinistæ.

1. IUDÆI primi videntur Iconomachi fuisse ut qui in suo Thalmud Christianorum Ecclesias esse idololatrias dicunt: Et dicantur ij sæpius Iconomachi in Synodo VII.

2. XENAIAS Persa seruus profugus se baptismum mentiens euasit in Episcopum, anno 485. Negabat decere ut Deus, Christus, Angeli, cum sint spiritus, corpore a pingantur sculptanturque effigie: nec Sp. Sanctum specie columbæ pingendum.

3. SAMARITANI anno 574. teste *Nycano Concil. II.* immaniter per Syriam sunt in imagines debacchati.

4. EZDES Rex Arabum Mahumetanus ab mago hebræo inductus sub annum 700. euasit late iconas. Nec annum superuixit, cui hebræus in præmium iconomachie XXX. annos vitæ promiserat: teste *Synodo VII. ad 5.*

5. LEO ISAVRICVS sub annum 716. ab Iudæis peruersus edicto picturas & sculpturas ex ecclesiis proserpsit, obsistentes Christianos multos contrucidauit. teste *Zonara, Cedreno, &c.*

6. CONST. COPRONYMUS patri immanior successit necromanticus & Nestorianus, Anno 764. sed vni cum istis occidit & Iconomachia.

7. Post annum 800. recruduit bellum istud per Leonem Armeiolum, Mich. Balbum, & Theophilum Imp. Iudaizantes & necromanticos: *testibus ijdem.*

8. Sub idem tempus & in Occidente Claudius in Hispania Episcopus imagines templis eiecit.

9. Sub annum 1367. VICLEFFVS easdem insectatus est: at discipuli eius sæpius demoliti sunt: teste *Tho. VValdensi c. 1. tit. 19.*

LUTHERANORVM primus And. Carolstadius anno 1522. remouit è templis imagines.

LUTHERVS, teste *Cochleio in vita,* factum probat, sed quod se facti autorem malisset, cum de non petita ab se facultate increpabat. Ex eo, velut agmine facto, iconomachiam inuasere furentes: clasticum concinuerunt Magdeburgenses *Cont. 8. 9. 10.*

CALVINISTÆ verò comprimis iconomachiam sibi velut propriam vendicauerunt; ut, quas prædicti sarsere primæ ætatis debent, easdem eis præcipiant inmanitatis.

Dux belli Calvinus *Infl. l. 1. c. 11. & l. 4. c. 9. §. 9.* Vbi qua tria asserit falso vide in meo *Luthero calu. par. 1. p. 79.*

PAPISTA. Quæ tria negant Luthero caluinistæ; semper asseruit Ecclesia.

I. Imaginem Dei ac Spirituum rectè
Aa 2 pin-

pingi & sculpi, tum historicis, tum analogicis; non autem *scios*, id est, quasi essentiam Dei seu spiritus exprimeret pictura, vel significaret. Quia Scriptura Deum quasi hominem cum membris, & affectibus, & actionibus describit; ut aliqualem ideam Dei credentes animis concipiant.

II. Imagines Christi & Sanctorum sunt in sancto Vsu. Vnde S. Chrysostomus in Missa, quam Erasmus Latinam fecit, *Sacerdos egreditur, inquit, portans Euangelium precedente ministro cum Lucerna: & conuersus ad Christi imaginem inter duo ostia, inflexo capite cum exclamatione dicit &c.*

Sub annum 338. Hæmorroissa statuan æneam in templum solennissimè introductam fuisse prodit Nicephorus. l. 10. hist. c. 30. Eusebius l. 3. & 4. de vita Constantini Magni testatur eum templum omnia in Palestina statu aureis & argenteis repleisse. &c. Vide Bell. l. 2. de Sanctis. c. 9.

III. Vtilitatem imaginum docet factum Christi, qui vulnus sui ideam linteum impressam Abagaro misit.

Item Ea, quam Christo crexit æneam Syrophœnissa.

Item ea quam Christo Nicodemus fecit.

Item ea, quam Deiparæ pinxit Lucas. Ideo Chrysostomus orat, in S. Meletium testatur, plena imaginum omnia in annulis, poculis, thoris, parietibus. &c.

QVÆSTIO XXIV.

An omnis Sacrarum Imaginum cultus sit illicitus?

HÆRESIARCH. Duo hic ex diametro pugnantia occurrunt.

I. CHRISTIANO-CATEGORI, id est, Christianorum acculatores, qui pertendebant imaginibus diuinitatem debere honores, quod pii semper abhorruerunt. Talis fuit Seuerus Alex. Imp. qui in Larario suo statuam Christi lætitiā colebat, teste Elio Lampridio.

II. ICONOMACHI omnem imaginibus negabant honorem. De vtriusque testatur Damascenus lib. de heresibus. De his q. precedente.

LUTHER ANGLVt Magdeburgenses, *Cent. I. & vbi supra, execrantur imaginum cultum. CALVINIANI* multo detestabilius deum ouentac persequuntur eundem; ut qui nec Vsum earum periciantur.

PAPISTA. I. Proiecta, & homine velle Cretenſi indigna mentiendi qua libido, quā impudentia est hac in re & causa Lutheri-caluinistarum: teste meo *Mendace Antipap. p. 1. q. 7. Ea verò clamat ipsa, suam ipsorum iconomachiam ab omni desertam esse veritate.*

II. Quam autem solido steterit veritatis firmamento nostra Iconodulia; patet in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 79. & in Antichristo, p. 1. q. 24.*

III. Atque istis suffragantur perpetuam quadam concordiam S. Patres. Hinc S. Basilij sententia citatur ab Adriano Papa in epist. ad Imp. in Syn. VII. ad. 2. illa: *Historias imaginum illorum honores, & palam adoro. Hoc enim nobis traditum à S. Apostolis non est prohibendum.* S. Ambrosius, 10. in Psal. 118. *Qui imaginem conuenat, aut contempserit Imperatoris, utique illum honorat, aut iniuriā afficit; cuius imago est.* S. Aug. l. 3. de Doctr. Christiana c. 9. distinguit honorantes signa vtilia; quod alij nesciant, quid significant; hi sunt serui; ut Iudæi, alij sciunt; hi sunt liberi, ut Christiani. Li. 2. ib. c. 29. picturas, statuas ponit inter superflua hominum instituta, exceptis ijs, quæ proponuntur loco & tempore ab habente autoritate, ut sunt Christi & Sanctorum icones.

Quæ

Quæ quia inter res sacras semper habitæ sunt; omnino veneratione dignæ recte censentur.

I V. Iconoclastas etiam horrificæ clades affligerunt. Nam, teste Chronico Palmerij anno 741. sub Leone Isaurico pestis Constantinopolim exhausta, hominibus supra trecentis millibus sublatis. Sed iconomachia præierat: Leo item Italiæ exutus est imperio, eiusque successores: teste Zonara.

Rex Arabum Ezides, Hebræo 30. an. regni promittente si bellum indixisset imaginibus; vix vnum superuixit.

Const. Copronymi imperium diris cladibus terræ motuum atterebatur, peste hominibus nudabatur: cumque ubiq; cruces sublatae fuissent, ecce pluebat cruces: Pontus insueto frigore constitit ad 100. miliaria glacie crassa 50. cubitos: quæ soluta mœnia domosque euerit Constantinopoli: Ipse Copronymus adhuc viuus se flammis inextinguibilibus cremari vociferans perijt.

QVÆSTIO XXV.

Ad Cruci Dominicæ debeat adoratio?

HÆRESIARCH. CLAVDIUS Taurinensis, sub annum 800. teste Iona l. i. detestabatur Crucem Domini. Item quos Pauliciani, teste Eutyrio in *Panoplia* p. 2. tit. 11.

Item sub annum 1110. Petrus Bruis & Henricus, teste *Cluniacensi*. Sub idem tempus & Bogomiles. Similiter & VVicleffista, teste *Tho. VVald.* to. 3. tit. 20.

LV THERANI Magdeburgenses *Cent.* 4. *cap.* 4. & 6.

CALVINVS *Inst.* l. 1. c. 11. §. 7. Crucis honorem detestantur infandè; Ac mendacis onerant; vt videre est in *Mendace Antipap.* p. 1. q. 3.

SVADENT Bogomiles & Petrobrusiani istis.

1. Quia crux dolorem & ignominiam attulit Christo: ergo detestanda est.

2. Quia Impius est filius, qui patibulum amaret patris.

3. Quia si cruces omnes adorandæ, quod Christus in cruce pependit; ergo & sepulcra; quod in sepulcro quieuit; & præsepia, &c. & omnes columnæ, clauis, &c. *Imo & asini*, ait Claudius: quod asino veclus est Christus.

4. Quia Christi hostes gaudebant passione Christi, oderuntque crucem: ergo qui honorant eam, sunt hostes Christi.

5. **Wicleffista**, Quia si ob contractum Christi sit adorandæ; ergo & labia Iudæ; pugnus Malchi. &c. adorandus erit.

6. Centuriatores, Quia superstitio est characteribus tribuere virtutem: sed Papiста tribunt figuræ crucis vim pellendi demones: ergo superstitiosi sunt.

PAPISTA. Solutio istorum facilis est.

AD I. Crucis dolor & ignominia vergit in lætitiã & gloriã, demone deuicto.

AD II. Dissimile istud. Quia iustè, meritis, ac inuitus suspèditur ille: Christus verò insons, ac libens, quia voluit, suspenus est.

AD III. Disparitas talium magna est. Nam cruces adoramus, quia veræ Crucis imagines sunt, Christique crucifixi; præsepia verò, sepulcra, clauis, &c. non sunt ad exprimenda illa Christi.

AD IV. De suo scelere gaudebant hostes Christi; at nos de Christi triumpho gaudemus, passioque compatimur.

AD V. Disparitas talium est: ait *Th. Wald.* to. 3. tit. 13. c. 120. Quia crucem Dominus elegit; amauitq; innocuam: at pugnum percussoris, proditoris labia, vt impia, execratus est. Et hæc fuerunt instrumenta sceleris; crux vero passionis: passio a. fuit sanctissima, actio verò passionem inferentium nefandissima.

A a 3

AD VI.

AD VI, *Signo Crucis*, ait S. Athanasius lib. de Incarn. *omnia magica compescuntur* supernaturaliter: quod superstitiosi characteres non possunt. Vide *Bell. li. 2. de Sanctis c. 30.* Et meum *Luthero-c. p. 1. q. 82.* Et *Antichristo. p. 1. q. 25.*

QVÆSTIO XXVI.

*An Deus & Sancti rectè colantur TEM-
PLIS?*

HÆRESIARCH. Aiani & Donatistæ templa Catholicorum profanabant, d. spoliabant, odio Religionis; non, vt Ethnicis, odio Templi aut Nominis Christiani teste S. Athan. in apolog. Theodoro 1. 4. h. st. c. 19. 10. &c.

MANICHÆI, c. ste Aug. l. 20. contra Faustum. c. 3. 4. exprobrabant Catholicis templa, aras, &c. quod instar Gentilium & Iudæorum.

MASSALIANI item anno 361. §. v. orti, in Conc. Orient. damnati anno 425. teste Socrate l. 2. h. st. 33. aras ac templa erecerati, in ædibus orandum esse docebant; sicut & Eustathius.

PETROBRVSIANI similiter sub anaum 1126. Dein Albigenes; Tum VValdenses; postea Taborita. &c. templa dei serunt, vt quibus omnia loca suis apta cœtib. essent profanis.

LUTHERO-CALVINISTÆ admittant templa; sed ad Conciones tantum & Sacramenta ministranda.

Hinc Magdeburgenses *Cent. 4. c. 6.* multis carpunt ritus Consecrandi ecclesias; *Cent. 6. R.* edunt sumptus fabricarum; & quod in Martyrum honorem ponantur.

Ad Orandum fieri oportere negant. Calviniani eadem reprehendunt.

CALVINVS in *præfat. Inst.* traducit ornatum templorum: Et *Inst. l. 1. c. 11. §. 13.* Ornatum asserit verum Conciones & Sacramenta.

Idem l. 3. c. 20. §. 30. Erigi concedit templa ad communes preces quidem; nullam tamen in esse templo sanctitatem, vnde preces commendentur.

ANABAPTISTÆ Transyluani in *Antihæresibus Christi veri & Falsi*, etiam istud omne negant templifugæ; sed syluicolæ cœtus *notum nos a-*

gunt, vt noui Gnostici: Sic & VVicleffitæ, & Manichæi.

PAPISTA. Quæ istorum argumenta sint; etiam reſutata repetere ex meo *Luthero cal. p. 1. q. 83.*

S. Scripturæ verò testimonia exhibentur in *Antichristo. p. 1. q. 26.*

I. **VERBO DEI & Sacramentis** Templarità parantur:

1. Vnde cum Gregorio Neocæsario parum loci esse, vbi templum instituerat collocare, vicinam rupem precibus remouit, teste Eusebio. libr. 2. hist. c. 25.

2. Ad Res sacras subinde conuenire necesse est populo; huc igitur loco certo publico que opus sicut & politicis negotiis sua sunt destinata loca.

II. **SACRIFICIIS** opus est Templo:

1. Cū sacrificia non sine aris patrētur; templa autem altarium sint domus; plene ad sacrificia requiruntur tēpla Pulcre Aug. l. 8. Ciuit. c. vlt. *Nos martyribus Templi. Sacerdotia, Sacra, & Sacrificia constituimus: Quoniam non ijs, sed Deus eorum nobis est Deus.* &c.

Non autem ista esse sacrificia Martyrum nouit, qui nouit Vnum, quod Deo illic offertur, Sacrificium Christianorum.

III. **ORATIONIBVS** Publicis Priuatique Oratoria aperiuntur.

1. Quia eam cunctis nationibus legem natura inscriptam factis ipsis declarauit. Vnde Chyly. hom. 30. contra Anomæos. *Dicis: Orare domi possumus. Magno in errore versaris. Fieri non potest, vt domi tam bene ores, quam in Eccl. s. i.*

2. Hinc Theodosius Imp. ait Rufinus l. 2. hist. c. 33. *circumibat omnia orationum loca.* Et Augustinus epist. 109. mul-

multa in templis miracula ab precantibus impetrata prodit. Ideo monet ibidem & in Regula: *In Oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod factum est; unde & nomen accepit.*

3. Apostolus, ducta similitudine à veris templis, sæpius dicit corpora nostra esse templum Sp. Sancti. 2. Cor. 6. *Possitis Templum Dei vivi.* Et Aug. l. 2. ad Simplicianum q. 4. ait Dauidem ante Arcam orasse; quod ibi sacrator locus esset, & commendatior præsentia Domini.

4. Promisit Deus Salomonæ, 3. Reg. 9. ergo magis Christiano cuique templo, se ibi auditurum precaturus. Huc adiuuat, quod templum sint accommodatiora ad ardentius orandum; ob præsentiam Eucharistiæ, Reliquiarum, crucis, imaginum, &c.

IV. SANCTIS sanctè Memoria & Martyria construuntur. Ita, teste Cyrillo *Catech.* 16. ecclesia est posita Apostolis, ubi Sp. Sanctum acceperat, Talium plenæ historia. Aug. l. 8. *Ciuit. c. 26. Hoc dolet, ethnicis, quod Memoria Martyrum nostrorum templis eorum d. lubrisque succurrunt.*

2. RATIO fauet. Quia ait S. Hier. epist. 17. *Venerabantur quondam Iudæi Sancta Sanctorum, quia ibi erat Arca. Nonne ibi venerabilius videtur Sepulcrum Domini aut, Reliquiæ Sanctorum? Nam hæ videntur haud paulo Sanctiores, quam Arcalignea. 1. Cor. 6. Membra enim nostra templum sunt Sp. Sancti. 2. Cor. 13. An experimentum queritis eius, qui loquitur in me, Christus?*

Templa tamen à Basilicis quidam distinguunt cum Aug. l. 22. *Ciuit. c. 10. Nos Martyribus non Tempia, sicut Dijs; sed Memo-*

rias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus.

Illis templa, vti & Sacrificia, soli Deo fiunt. Equidem malim distinctionem petere ab intentione Ecclesiæ docentis de templis ædificandis, quam ab Vocabuli vsurpatione.

Hæc enim varia est, illa vna constans ac certa, Deo principaliter omnes Ædes sacras poni, secundario Sanctis.

QVÆSTIO XXVII.

An tolerabilis sit templorum ORNATUS?

HÆRESIARCH. PETRVS BRVVS sub annum 1126. eiusq; Sectatores Petrobrufiani: itemque **VVICLEFFISTÆ** omnem templorum ornatum damnant hoc amplius, quò templa ipsa execrantur infestius.

LVTHERANI æquè ac **CALVINIANI** ipsorum innouant impietatem, Ædesque factas denudant. Idque zelose & cum ratione facere videri volunt.

PAPISTA. Sic assolent. I. Sed luculentis S. Scripturæ & Basilicis exemplis contradicunt iisdem Sacrorum hostes. Vide in meo *Antichristo*, parte 1. *question. 27.*

II. S. Patres quoque vix ampla satis encomia queunt reperire, quibus euehant templorum Autores atque ornatores.

Vnde Paulinus natali S. Felicis: *Aurea nunc niueis ornantur Limina uellus.*

S. Ambr. l. 1. de Off. c. 21. *Maxime Sacerdoti conuenit ornare Dei templum decore congruo; ut etiam hoc cultu aula Domini resplendeat.*

III. Quamquam iidem S. Patres profanos cultus & ambitiosos, in ecclesias

has irrepentes specie diuinæ gloriæ, iure merito reprehenderint. Quæ vitatio è quatuor minus obseruatis potest provenire: è loco, Tempore, Modo, & Persona; De quibus *Bell. l. 3. de Sanctis. c. 4.*

QVÆSTIO XXVIII.

An BENEDICTARVM rerum usus in Dei Cultu sit Christianus?

HÆRESIARCH. VVADENSES, exorti sub annu 1140. omnes irridere benedictiones ceperunt: teste *Reynero in fragmentis.* Itemque Flagellantes, coorti sub annum 1350. teste *Bern. Luxemb.* Quod omnem religionem ponebant in baptismo sanguinis per flagra elicti: hic eis circo erat Confirmatio, Pœnitentia, &c. & omnia. At asperæ lustralis aquæ guttas dicebant scintillas gehennales. VVICIEPISTAE, teste *Tho. VVald. 3. tit. ult. c. 68.* Benedictiones rerum dicitabant proximæ Necromanticam.

LVTHERVVS *l. de Visione Danielis,* oēs damnat Benedictiones ecclesiasticas. *Magdeburgenses Cent. 2. c. 6.* eas dicunt ritum ethnicum, præcipuè lustralem asperionem.

CALVINVS *Inst. l. 4. c. 10. §. 20.* tria oblatrat contra lustralem. 1. Hanc ab autore Alexandro, à Papiſtis institutam Papa ſc. Sexto à S. Petro; & tamen dici Apostolicam Traditionem. 2. Nec Augustini memoria eam fuisse. 3. Apſam esse baptisimi profanationem. **BRENTIVS** *in Conf. c. ult.* Non debere adumbrari myſteria vlla in luce Euangelij. **Heshuſius** *l. de ſexcentis error. Papiſt. loco 27.* Error est, lustrali deleri venialia, dæmones effugari, ac morbos. 1. Quia 1. Ioan. 2. *Sanguis Christi nos emundat ab omni delicto.* 2. Quia manifesta magia est præter Dei verbum vti creaturis ad fugandos dæmones. Estque contra *Deut. 18. Non ſit maleficus, neque incantator inter vos: Et Non assumes nomen Domini Dei tui inuauum.*

PAPISTA. Vana profani, & impij impia comminiscuntur.

1. Cum enim Benedicendi ritus in Scripturis Exemplum habeat, *Mat. 14. Luc. 9.* & Documentum 1. *Tim. 4.* quid humana Deo obſtepit improbitas ac maledicentia?

2. Præterquam quod Benedictioni sanctimoniam ac vsum sancta custodiuit Traditio Ecclesiæ Christi: teste, in cæteris S. Cyrillo Catechesi 5. *Sicut mandu di cibi sunt immundi inuocatione diaboli: ita aquam simplicem fieri sanctam inuocatione Dei:*

3. Proinde *l. 4. de Sacram. c. 3 & 5. S. Anbr.* ait, Aquam, nisi Crucis signo prius sacretur, nullū habere vsum in Ecclesia.

4. Et quid è *S. Basil. li. de Sp. S. c. 27.* dicit eam apostolicam esse Traditionem?

5. Quò rectius sancit Conc. Nannantense can. 4. vt presbyter visitaus ægrotum, hunc & cubiculum aqua lustrali perspergat.

Iam Ad CALVINI cauillationes.

AD I. Aquæ benedicendæ institutio tribuitur Apostolis; at Præceptum dedit Alexander I.

AD II. Fingit id Calvinus. Lotionem pedum maluit S. Aug. differri in octaua Paschæ; ne loti pedes Catechumeni putarent se baptizatos iam esse.

AD III. Fingit ille repeti à nobis baptismum: sed calumnia est. Recoli tamen eum in asperione grati est animi.

AD Heshuſium: 1. Sanguis Christi mundat nos cunctis à peccatis, sed applicatus per Sacramenta, efficaciter à venialibus, per Sacramentalia pro merito applicantis. 2. Mentitur idem, non esse scriptū, vt aqua sanctificetur ad pellendos dæmones. Contrarium patet in meo *Antichristo p. 1. q. 28.* 3. Neque peccatur in illud; *Nō assumes Nomen.* &c. quia benedicentes aquam. &c. nec peieramus, nec Sathanam inuocamus. Vide meum *Luthero. c. p. 1. q. 87.*

QVÆSTIO XXIX.

Peregrinationes, ac Vota, num licitè fiant
Sanctis?

HÆRESIARCH. I. CLAVD. Taurinensis, sub an-
num 815. teste *Iona Epif. Aurel. l. 3. de cultu ima-*
ginum, docebat inanes ad loca Sanctorum esse pere-
grinationes. Sic & Petrobrusiani, teste autore *vita S.*
Bern. l. 3. c. 5. Et *V. V. V. l. 10. 3. tit. 15.*

LUTHERANI, vt Magdeburg. *Cent. 4. c. 6.* fin-
gunt tempore Constantini Magni cœptas pere-
grinationes; sed ab Greg. Nysseno refutatas is-
tis rationibus: *Cent. 4. c. 10.* 1. Quia Christus,
Matt. 5, illas non recensuit inter octo beatitu-
dines. 2. Quia pericula sunt multa, præsertim
fœmineo sexui, in peregrinationibus. 3. Nihil
inuenitur alibi, quod domi promptum haberi
nequeat.

CALVINUS *Infl. l. 4. c. 13. §. 7.* Plenas impieta-
te peregrinationes asserit: eò quod omnis vol-
untarius cultus Deo displiceat.

PAPISTA. Satis sui Luthero-calui-
nistas hæresiarchæ refutant, in hisce
tam olim damnatos.

Verumtamen Centuriatores doce-
renunquam valent, eam orationem esse
S. Gregorij: Neque in operibus eius ha-
betur.

Deinde ea reprehendit, non peregr-
nationes; sed monachis & monachab.
eas non conuenire docet. Ita *Ionas l. 3. ad*
Claudium Taur. Sic & S. Hier. mirificus
peregrinorum encomiasta, eas dis-
suadet tamen monachis; exemplo S. An-
tonij, Hilarionis, &c.

Ad I. Dico, Peregrinationes non esse
ad salutē necessarias, neq; ad pfectionē.

Ad II. Et nos dicimus oò pericula
non omnib. eas conuenire.

Ad III. Nihil ad salutē necessariū; ve-
rū est: Nihil vtile inueniri alibi; falsum.

Ad Caluini maximam dico: Volun-
tarius cultus est ipsi dicitur, qui sine ra-

tionē suscipitur: Vt si velis lauare bis pri-
us, quam comedas. At cultus Deo præ-
stitus per actū virtutis est non præceptus,
non est ita volūtarius, etsi volūtariè fiat.
Vnde, *Nu. 30.* iubet Deus impleri vota
rerum est non præceptarum. Plura in
meo *Luthero. c. p. 1. q. 87.*

QVÆSTIO XXX.

An Christo, & sanctis FESTI DIES sint
celebrandi?

HÆRESIARCH. I. EBION, teste *Bron an. LXXIII.*
& Ebionitæ contendebant Iudæorum ac Chri-
stianorum festa vt itaq; obseruari oportere: Sic *Euseb.*
l. 3. hist. c. 27. Æthiopes idem innouarunt tempore S.
Gregorij ipso teste *l. 11 ep. 3.* Quia, *Exo 31. Passum est*
sempiternum.

II Omnia festa, ceu ceremonias Iudaicas tollebant
Petrobrusiani, in *vita S. Bern. l. 3. c. 5.* & *V. V. l. 10. 3. tit. 16. c. 140.* Quia, *1. Ro. 14. Autus indicat diē inter-*
diem: alius iudi: ac omnem diem: id est, putat esse sacrū
2. Gal. 4. Dies obseruatis, & mensis, & annis. &c. *Col.*
2. Nemo vos iudicet in potu aut in cibo, aut in parte diē
festi 4. Patres aiunt Sabbatum carnale Iudæorum à
seruilibus abstinere; ac Christianorum Sabbatum
spiritalē est abstinere à peccatis.

III. **LUTHERANI**, perindeque **CALVINIA-**
NI dogmatizant quinq; 1. Festos agitare dies ia-
ris esse diuini ac naturalis: iuxta Decalogum.
Et rectè. 2. Ius illud dies determinasse nullos:
determinari verò oportere à Pastoribus; sed po-
pulo consentiente. At non ea conditione Chri-
stus Apostolis commisit regimen Ecclesiæ. 3.
Determinatos non debere cœteri sanctiores cœ-
teris, ceu mysteriosos; sed obseruari solum ob
determinationem. Docentq; Paulo, vt supra.
4. Sanctis dies consecrare nefas. 5. Determina-
tionē eam non obligare in conscientia; nisi ob
scandalū, seu contēptū. 1. Quia festū agere fuit
res indifferens in primitiua Ecclesia; atūt Mag-
deburg. vt iā in Sabbato prædicarent; ceu Paul.
Act. 13. iam in Dominica, qua Ioannes *Apoc. 1. rap-*
teus fuit. 2. Quia *Gal. 4.* resistitur Pseudoaposto-
lis festa cum obligatione inferentibus. 3. Quia
ait Heshus. cū Christianorū, quā Iudæorū, plu-
ra sint festa; erit eorum iugum intolerabilius.

PAPISTA. Cum in *Luthero ca. p. 1. q.*

88. veritatem asseruerim; hic falsitas redarguenda est.

I. Sabbatizantium. S. Aug. in *Gen. 9.* 46. 124. 139. ait, Pacta legis dici sempiterna, quod significet res æternas; Vel duraturas quousque status ille perdurabit; Vel quousque Deo placuerit.

Ad Hoc: *Alius iudicat diem inter diē,* id est, ieiunat omni die, alius quibusdā. Ita Orig. Ambr. &c. *Vel,* Theoph. Theodor. &c. Alius abstinet à suilla semper, alius aliquando. *Vel,* Hier. Alius Sabbatum & Kalendas obseruat, alius nullum diem feriat. Et sic loquitur de festis Iudæorum; non Christianorum.

Ad *Gal. 4.* Arguit obseruatores dierum dicentes; iam bonum est iterinire, hoc illud agere. Sic Ambr. Aug. *Vel melius:* Aug. Hier. Græci: agitur de festis Iudæorum tantum. Sicut & *Col. 2.*

Ad Quinque illa Luthero-caluinistica liquet responsio in meo Luthero-cal.

Ad quinti I. Dico: Cultus festorum ex se indifferens est; at posita lege, necessarius. Item Paulus non ideo coluit Sabbatum, quod prædicaret Sabbato; quo collectos reperiebat.

Ad Heshusium dico: Iudaicum iugū festorum fuisse graue, quia seruale & corporale; nesciū mysterij, multis obseruatiūculis additum permolestis: Non sic festa Christianorum plena mysterij, vacantia à seruili opere & ceremonijs seruilibus. Deniq; Dominicam, vti festorum primā, cœptā in die Pentecostes, docemus ex *Act. 20. I. Cor. 16. Vna Sabbati cum. &c.*

At ea loca volunt de Sabbato intelligi Magdeburgenses *Cent. 1. l. 2. c. 6.* Calvinus in *Catena Marlorati;* & Paulum sabbatizasse aiunt.

AT contra consensum S. Patrum, *Bell. l. 3. de Sanctis. c. 11.*

Et in c. 12. de Paschate; quod Magdeburgenses lib. volunt esse indifferens debere, vt celebretur, quo die liberit.

AT hoc Nouatianum est, iamque olim damnatum.

Vltima pars superat Ecclesia Triumphans, de Sanctis in Purgatorio. Hi Viatores esse desierunt; suntque Comprehensores decreta quidem Dei; sed factio nodum suo ipsos debito tantisper remorante. De illis itaque conuersionem mouent iniquiores Nouatores, sectarum veterum damnatarum.

VI. DE PURGATORIO.

QVÆSTIO XXXI.

Num sit Purgatorium?

HERESIARCH. I. AERIS cognomento Impius emergit anno 356. damnatur in Conc. Sirmiaci anno 357. Docebat, teste *Epiph. bar. 75. Aug. bar. 5.* Non orandum pro defunctis, Vel, quia non egeret precibus; Vel, quod iuari non possent. 1. VVALENTINUS Purgatorium esse pernegabant teste S. *Anto 4. tit. II. c. 7. §. 3. 3.* APOSTOLICI prius idem sub annum M. C. LIII. 4. HENRICIANI & Petrobrusiani sub annum M. C. LXX. teste *Bern. Epist. 240. §. 5.* ALBIGENSIS sub annum M. CC. cum Purgatorio infernū tollebant. teste S. *Anto p. 4. tit. II. c. 7. §. 6.* Sic & VVicleffitis, Hussitis, Armeni & Græci. &c.

LUTHER vster mutauit. I. In disput. Lipsica ait: Ego; qui Credo fortiter: imò ausim dicere scio Purgatorium esse; facile persuadeor in *Scripturis* de eo fieri mentionem. II. In Artic. à Leone damnatis; Admittit idem: sed cum erratis quinis: 1. Non posse *Scripturis* probari Animas in eo non certas esse salutas. 2. Possē inibi mereri ac demereri. 3. Assidue in eo peccare, dum horrent pœnas & requiem appetunt. 4. Liberatas suffragijs Ecclesia minus beari, quā que factu faciunt per sese. III. Deniq; abnegatione post hanc vitam; Et vitam ait purgatorium esse, mortis quæ pœnā culpam omnem extinguit. Ita l. de *abroganda Missa.* LUTHERANI sequuntur hoc tertium omnes Rigidi: & Molles. Item que CALVINIANI: Calvinus *Inst. l. 3. c. 5. §. 6.* Id vocat *Exitialē Satane commentum, quod Christi Crucem euacuat;* con-

tumeliani non ferendam Dei misericordiam irrogat; Fidem labefactat & euertit.

ANABAPTISTÆ Trinitarii l. 2. c. 1. dicunt Lutherum posuisse fundamentum reformationis, & sustulit Purgatorium, Missas, peccatorumque discrimen.

PAPISTA. Hic solum Maiores No uatorum nostratium in medium pro duxisse; est hosce in eandem cum illis damnationem coniecisse. Et quid quicquam illustriorem eorum refutationem requirat? Hanc tamen præbemus in nostro *Luthero c. p. 1. q. 90.* Consuli poterit & meus *Mendax Antipap. p. 1. q. 9.*

I. Istitis adde omnium nationum gentiumque consentum.

1. Hebræi 2. *Mach. 12.* orarunt, sacrificaruntque propriè defunctis. Non tamen proijs, ait Iosephus *l. de bello Iud. c. 19.* Qui seipos interemerunt.

2. Mahumetani in Alcorano Purgatorium disertè confitentur.

3. Ethnici item apud Platonem in Gorgia, in Phædone; apud Ciceronem in somnio Scipionis; apud Claudianum l. 2. in Rufinum. *Quos &c. egit lethæo purgatos flumine. &c.*

I. Neque omnia errantium instituta

aut placita rectè dixeris errata: nã multa sunt & verissima & honestissima; utpote ex naturæ lumine depromptas; Quod cum sit commune; communis id eo est & consensus omnium de Purgatorio.

II. Neque Apparitiones, à S. Patribus compertæ proditas, quisque sanus dixerit vanas. Quas porro inferunt aduersarij obiectiones è Scripturis, attingere supersedeo; ob futilitatem ac inutilitatem: fusè *Bell. l. 1. de Purg. c. 12. 13. 14.* Quæ contra hætenus nec hîscere ausi.

III. Neque tamen in purgatorio locus est meriti aut demeriti. Quia *Eccl. 9. Mortui non habent ultra mercedem. c. 11. Vbicunque ceciderit lignum, ibi erit.* *Luc. 16. Iam non poteris amplius villicare. 2. Cor. 5. Referat unusquisque prout gessit in suo corpore; non extra corpus. &c. V. Bell. c. 2. lib. 2. &c. 3.*

IV. Purgatorij sunt certi salutis. Quia per iudicium particulare iam arbor cecidit ad Austrum. Et suum quisque seuit iudicium: ut Epulo in orco, & Lazarus in limbo; quanticunq; sint eis è cruciatu dolores seu perturbationes.


F I N I S

Genealogiæ Theomachæ Luthero-caluinianismi:

Gloria sit Christo.
Gloria sit Maria.
Sit sua Gloria Diuis.

Bb 2

COP.





COPPENSTEINI.

PARS II.

GENEALOGIÆ LUTHERO-CALVI- NISTICÆ DICTÆ

ECCLESIOMACHIA,

id est, Contra

Ecclesiam Militantem Archihæretica Rebellio.

P R A E F A T I O

De Archihæresi Luthero-caluiniana.



ADVERSVM Sacram Eccle-
sia *MONARCHIAM*; aduer-
sus Primarchi Petri *PRIMA-
TYM*, equidem me nullam
legere memini veterū Hæresium vsquā
exortam insurrexisse: adeo vniuersū il-
lam eunctis regendi formis præstare ob-

seruarique per Ecclesiam oportere con-
senserunt. Æuo superiore quinto deci-
mo primus emerfit LUTHERVS, qui cū
CALVINO Primatum abnegarent Pe-
tro, peculiarem illius fuisse planeque
propriū: quique Monarchicum Re-
gimen Ecclesiæ euertere cōnitebantur.

Bb 3

Quo-

Quocirca hoc in errore sunt αὐτοόνοιο
hæresiarchæ; neque vsquam alicunde o-
riginem ducunt, nisi ex patre diabolo.

Nam ita doctissimus Serarius: *Luthe-
rus Satana Discipulus est: Calvinus Lutheri:
Ergo & Satana.*

Verum manet illud Christi oraculum:
Mat. 16. *Portæ inferi non præualebunt aduer-
sus Petram eam.*

Voluerunt quidem Luthero-calui-
nista; sed non valuerunt; minus præua-
lere quibunt hac in re & impietate, pri-
mogeniti Satana.

Attentarunt tamen nefas istud; vt eo
velut posito fundamento, in Romanam
sedem Apostolicam furentius debacha-
rentur. Et huius furoris autores habue-
runt hæresiarchas iam olim orbis adeo
totius iudicio condemnatos.

I. DE PAPATV RO- MANO.

QVÆSTIO I.

*An B. Petrus Roma vixerit Episcopusque sit
ibidem mortuus?*

HÆRESIARCH. *Guilhelmus*, Ioannis VVicleffi
præceptor, teste Tho. VVal. l. 2. *doct. fidei*, a. 1. c. 7.
primus finxit Petrum nunquam vidisse Romam, mi-
nus ibi sedisse Episcopum, aut vitam obiisse. Is autem
Guilhelmus vixit sub annum 1400.

LYTHERANI, vt *Vdal. Velenus* grandi volumine
XVIII. persuasionibus id docere conatur; & nec Pe-
trum, Paulumue Romæ, sed Ierosolymis occidione
extinctos desuisse. Sic & *Illyricus l. contra Primum
Papa. &c.*

CALVINVS *Inst. 4. c. 6. §. 15.* cum rem totam ef-
se dubiâ sibi ostendisse videbatur, ait, *Tamen pro-
pter Scriptorum consensum non pugno, quin illic mor-*

*tuus fuerit; sed Episcopum fuisse, præsertim longo tem-
pore, persuaderi nequeo.*

Similia Magdeburgenses *Cent. 1. l. 2. c. 10.*

PAPISTA. 1. Petrum prædicasse
Romæ docet ipse, *1. Pet. vlt.* ex Babylo-
ne, sc. Neroniana Christianorum per-
secutione scribens.

Item Paulina ad Romanos à solo Pe-
tro Christianos factos testatur, quod
multi fuerint ibidem ante, quam Paulus
isthuc adueniret.

2. Docet idem nouitius is error con-
trarius, sub annum 1400. coortus: qui
fateretur ipse, omnium retrò consensum
atatum & scriptorum sibi semper con-
stitisse de Petri in Vrbe urbium Papa-
tu. Vide meum *Luthero-cal. p. 2. q. 8.*

QVÆSTIO II.

*An Iure, & quo succedat Petro Episcopus
Romanus in Pontifi-
catu?*

HÆRESIARCH **NILVS**, Episcopus Theſſal. et
Hæreticus primus Romanum Pontificem Petro suc-
cedere in totius Ecclesie Regimine; sed in
Romano solum Episcopatu. Hic tamen postmodum
ex Concilijs accepit Primum inter, & super Cœpi-
scopos cæteros.

LYTHERANI iuxta & **CALVINIANI**, cæteriq;
hæretici omnes nuperi totum pernegant, sc.

1. Quod Iure Diuino debeat Petro aliquis
succedere.

2. Quod successor is solus Rom. Pontifex ef-
se debeat; non alius.

Ita Lutherus, *Illyr. Synodus Smalcald. Mag-
debur.*

Calvinus Inst. 4. cap. 6. 7.

**PAPISTA. De Successione post Pe-
trum Iure diuino debita vide meum *As-
tichristum p. 2. q. 4. Et Luthero-caluin. p. 2.
quest. 9.***

Solum

Solum vero Pontificem Romanum succedere Petro debere est de Fide certa: & forte de Iure diuino. Quia Quicumque Petro succedit, accipit à Christo Pontificatum Petri: (Christus enim Instituit vt perpetua esset in Sede Petri Successio Iure Diuino.) Atqui Rom. Episcopus succedit Petro, accipitque à Christo Pontificatum Petri: Petrus n. Romæ sedem fixit: & fortè Christi iussu. Ergo Rom. Episcopus Petro simul in Pontificatu succedit pari Iure; quod in Pontificatu; diuino: quod Romæ ex Petri facti diuinitus mandat. Vide meum *Luthero-cal. p. 2. q. 9. 10.*

Ita constat ex Traditione Apostolica; quam Concilia, orbisque Consensus declararunt.

II. HÆRESIARCH. Pontificatum Romanum descendere dicebant, præci hæretici, apud *Turrecrem. l. 1. c. 39.*

1. Ab Apostolis.
2. Nilus, à Conc. Generali Calcedon.
3. Marsilius V. Vicleff, Hus; à Constantino Magno.

LUTHER ANI Smalcaldici, Papatū prouenire à Cardinalibus electoribus.

LUTHERVS, à Carolo IV. Francia.
CALVINVS, in Græcos, à Phocæ; in Gallos & Germanos à Pipino & Carolo. Vide in *Luthero-c. p. 2. q. 11.*

PAPISTA. Pf. 118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt Lectus, Christe, Tua vox est: Mat. 16. Ego dico tibi, Tu es Petrus, & super banc Petram. &c. Tibi dabo Claves. &c. Mat. 18. Pafce oues meas. Confirma fratres tuos. &c. Quodcunque ligaueris. &c.*

Ecce immediate à Christo omnis Potestas absoluta est Pontificia.

QVÆSTIO III.

A quo possit indicari Papa?

HÆRESIARCH. I. Marsilius de Padua, teste *Turrecrem. l. 4. de Eccl. p. 2. c. 37.* ab Imperatore.

2. Nilus: ab Concilio generali etiam deponi. Sed damnatus vterque est.

LUTHERO-CALVINISTÆ cæterique hæretici nostrates affirmant vtrumque, & multis propugnare nituntur argumentis, sed vanis, apud *Bell. l. 2. de Pont. c. 26. 27. 28.*

PAPISTA. Pastor Orbis & Summus Princeps a Deo solo datus; Sedesque Petri supra Petram Christum à Christo solo posita *Prima, à nemine iudicatur*, proclamatur *Conc. Sinuess. Distinctius Cōc. Rom. sub Syluestro, 280. Episcoporum: Neque ab Augusto; neque à Regibus; neque ab omni Clero iudicatur Prima Sedes.*

Quid ergo? *Conc. V. sub Symmacho. Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari; sed Sedis istius Præsulem suo, sine questione, reseruauit arbitrio.*

2. Idem docent testimonia Pontificum:

3. Confessio Imperatorum.

QVÆSTIO IV.

Sitne Papa Iurisdictio coercitiua, ut possit condere leges, obligare conscientias, punire transgressores?

HÆRESIARCH. Negarunt olim VValdenses, teste *S. Antonino p. 4. tit. 11. c. 7. 5. 2.*

Item Marsilius de Padua, V Vicleff, Hus, &c.

LUTHERVS I. de Capt. Babyl. de baptismo; Melancton; itemque Caluinus negarunt idē. Vide *Luthero-c. p. 2. q. 19.*

PAPISTA. At affirmat Christus in meo Antichristo *p. 2. q. 6.*

Affirmat & prophetica, & Apostolica Scri

ca Scriptura, in meo Luthero-cal. Affirmat perpetua praxis Ecclesiarum & Conciliorum.

1. Dicit Calvinus: Tot sunt præcepta ecclesiastica: ut superent legalia, Veteris Test.

At vniuersalia, quæ ligant omnes, solum sunt quatuor: de Festis, Ieiunio, de que Confessionis ac Communionis tempore.

2. Dicit: Achaz & Vrias puniti sunt, quod altare aliud addiderint. 4. Reg. 16. Item c. 17. Babylonij, quod nouis ceremoniis coluerint Deum.

Et, c. 21. Manasses, quod aras in templo extruxerit.

At iustè puniti sunt ob idololatriciam.

QVÆSTIO V.

An Papa sit adhuc Episcopus, an vero Antichristus?

HERESIARCH. 1. Nilvs lib. contra Primum Rom. ait: Donec Papa conuenientem ordinem seruet, olim in Ecclesia constitutum; &c. omnia ei summa de ferèda censet: sed si à veritate discessit, nec ad eam redire vult, merito pro damnato haberi debet.

2. VVicleff art. 30. Papam nunc Antichristum esse affirmabat.

LUTHERVS art. 28. 36. &c. turbaque sua cum ipso.

4. Itemque cum suis CALVINVS l. 4. Inst. c. 7. §. 24. 25. Habeant etiam plura. si velint, Papa: Nihil istorum valet, nisi Roma sit Ecclesia & Episcopus.

Hunc mihi nodum soluant Romanenses: Nego ipsorum Pontificem esse Episcoporum Principem; cum non sit Episcopus. &c.

Ex quo Antichristi sedes fieri cepit, desit esse id quod erat. &c.

PAPISTA. Nec vel esse potest Papa Antichristus.

Tum quia Christus orauit pro Petro ut non deficiat fides eius: Et super Petram ædificauit Ecclesiam suam: Et Petro dedit clauis regni cœlorum, non inferorum Luciferi inde exolendo.

Vnde nec vel errare Papa potest: quia Papa; Sed semper oues pascere bene; & per indeficientem Spiritus S. Assistentiam ducere in omnem veritatem. &c. Vide in p. 1.

Tum quæcunque Scriptura de Antichristo dicit, eorum nihil in Papam vllum conuenit vnquam, aut conuenit. De quibus vide Luthero-caluinistam p. 2. q. 22. 23. 24. 25.

QVÆSTIO VI.

An peccatores parui & magni, id est, Perfecti, & Impij sint in Ecclesia?

HERESIARCH. Pelagiani dicunt, ait S. Aug. 1. de Hæresibus. c. 88. Vt iam iustorum in hoc sæculo nullum omnino habere peccatum; & ex his Ecclesiam Christum hac mortalitate perfecti: Vt sit multitudo Perfectorum, nullum penitus etiam tenue peccatum habentium.

ANABAPTISTIS eandem tribuit hæresim Calvinus Inst. 4. c. 1. §. 13.

Neque ipse dissentire potest, asserens, e' solis prædestinatis constare Ecclesiam: istis autem nullum imputari peccatum ad mortem.

Neque Lutherani, negantes cum Caluino, vllum esse peccatum Veniale ex natura sua; sed omnia mortalia, & care proborum.

PAPISTA, At vere S. Cyprianus ferm. de eleemos.

Quisquis se imculpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est.

Nam, ait S. Greg. Nazi. orat. 2. in Iulianum: *Omni prorsus peccato vacare, supra humana natura modum Deus constituit.* Pro in de

inde, infert S. Chryf. in Pl. 39. *Nec ex perfectis uniuersa constat Ecclesia; sed habet etiam otio deditos. Quippe, ait S. Hier. l. 2. contra Pelag. Iustos esse concedo, sine omni autem peccato esse, non assensior.*

II. HÆRESIARCH. Nouatiani & Donatistæ, teste S. Cyr. l. 4. epist. 2. Aug. l. de heres. c. 69. finxerunt, Ecclesiam esse iustorum, qui nunquam lapsi essent circa fidem: Alios enim peccatores in cæteris suis retinebant. Vnde errat Calvinus, dicens eos omne genus peccatorum exclusisse.

LUTHERANI & CALVINIANI, dum prædestinatorum esse volunt Ecclesiam, quibus nil imputatur ad peccatum, stante eorum Fide: ceterum cum damnatis istis consentire conuincuntur. Liquebit q. sequente.

PAPISTA. I. Magni & manifesti peccatores quoque sunt in Ecclesia.

1. Teste S. Scriptura: de qua in *Antichristo*, p. 2. q. 13.

2. Sic S. Patres tempore S. Augustini contradicentes Donatistis, conuidtis Reti, bonos & malos pisces congregante: Dicentibus tamen; Rete in pelago huius vitæ merlum habere occultos pisces malos: at in litore resurrectionis fore discernendos. Ad hoc Patres dicebant; Ideo comparari Ecclesiam etiam Aræ, in qua paleæ magis cernuntur, quam grana.

3. Ratio. Ni forent mali in Ecclesia, frustra esset Sac. penitentia: Prælati lapsi non forent prælati, nec obediendum ijs. &c. Vide *Luthero-cal.* p. 2. q. 33. & 34. 35.

QVÆSTIO VII.

An soli Prædestinati sint in Ecclesia?

HÆRESIARCH. Iouinianus, teste Hier. l. 2. contra Iouin. Habens semel verè fidem est necessa-

rius prædestinatus, vt fide nunquam excidere possit.

CALVINVS *Inst.* l. 3. c. 2. §. 8. idem Vide in meo *Luthero*, p. 2. q. 35. Olim Wicleff & Hufs similia.

PAPISTA. Ecclesia est cæterus hominum,

1. Eiusdem Christianæ Fidei professione,

2. Et eorundem Sacramentorum communionem colligatus:

3. Sub regimine legitimorum pastorum, & præcipuè Rom. Pontificis, Excluduntur hic ex Ecclesia,

1. Iudæi, Turcæ Infidelesque omnes, qui nunquam intrarunt Ecclesiam: aut qui ab ea recesserunt, vt Hæretici,

2. Catechumeni & excommunicati,

3. Schismatici.

Hæretici requirunt internas solum virtutes ad constituendam Ecclesiam inuisibilem: Nos præsupponimus internas fidem, spem, char. &c. at Ecclesia solum iudicat de externis, vt si dei professione, vsuque Sacramentorum. Atque ita, occulti licet hæretici, tamen esse in Ecclesia censentur; & Corpore solum, non Anima: Sic *Aug. in Breuiculo Collationis*, Coll. 3.

QVÆSTIO VIII.

An visibilis Ecclesia possit Desicere?

HÆRESIARCH. Donatistæ (ait Aug. in Pl. 101) *Illam Ecclesiam, que fuit omnium gentium, iam non est; perijt. Hoc dicunt, qui in illa non sunt.*

LUTHERO-CALVINISTÆ dicunt idem: patet in meo *Luthero*-c. p. 2. q. 27.

PAPISTA. I. S. Aug. in Pl. 101. *Dicunt. &c. O impudentem vocem! Illa non est, quia tu in illa non es: Vide, ne tu ideo non sis: nam illa erit, etsi tu non sis.* Non hic loquitur de inuisibili Ecclesia; quia illam nec

Cc

perijf-

perijisse, nec perituram Donatistæ ad-
mittebant. Bern. term. 79. in Cant. *Non
desicit genus Christianum, nec fides de terra,
nec caritas de Ecclesia: Eo quod fundata est su-
pra firmam petram. Petra autem erat Chri-
stus. &c.*

2. Tyranni sunt Ecclesiam persecuti;
at visibilem, non inuisibilem, quæ con-
ualuit aduersus persecutiones.

3. Cum de ratione Ecclesiæ sit, esse
visibilem; si visibilis perisset, iam inuisi-
bilis quoque interisset; Quia hanc esse
volunt in paucis electis, etiam occultis ec-
clesiæ visibilis. &c. Vide *Luthero-cal. p. 2.
q. 37.*

DE CLERICIS.

QVÆSTIO IX.

*Parne sit differre Clericos ab
Laicis?*

HÆRESIARCH Darban & Abyron aduersus Sa-
cerdotes vociferabantur; Num. 16. *Sufficiat vobis
quod omnis multitudo Sanctorum est; & in ipsis est Domi-
nus. Cur eleuamini super populum Domini?*

LUTHERO-CALVINISTARVM idem est cla-
mor seditiosus, ex odio in Clericos, & studio po-
pularitatis Exortus. Vide meum *Luthero-cal. p.
2. q. 41.*

PAPISTA 1. Deus in Veteri Test.
distinxit Leuitas officio Vocationis pro-
pria ab plebe, Num. 18. Deut. 18. 2. Chri-
stus, Elegit Apostolos è numero discipu-
lorum, & hos è populo. 3. Apostoli forte
elegerunt Apostolum, & Diaconos ex
omni plebe: Canonesq; sancierunt à S.
Clemete descriptos de Cleri & populi
distinctione. 4. Vnde Orig. hom. 7. in le-
rem. *Nos Clericatus ordine vobis præsidemus.
&c. Nosse debetis, non statim in eo esse saluan-*

*dos, quia Clerici sumus; multi enim & Pres-
byteri pereunt, & Laici beatissimi reperiun-
tur. S. Epiph. in ep. Oportet Clericatus hono-
re non abuti in superbiâ. sed custodiâ manda-
torum hoc esse, quod dicimur. Sin; Clericorum
non proderunt eis. Iere. 12. S. Hier. epist. ad
Nepot. Ne lucra sæculi in Christi quaras ma-
litiâ; ne plus habeas, quam quando Clericus
se cepisti; vt dicatur tibi: Clericorum non pro-
derunt eis. Quare Luthero-caluinistari
seditio est Choreana & Abyriana.*

QVÆSTIO X.

Sintne distincti Episcopi & Presbyteri?

HÆRESIARCH. Arius Antiochiæ Diaconus
ipse Episcopatus indisplicendi detectus, docuit
anno 356. Episcopum à Sacerdote nihil differre: testis
Epiph. hæres. c. 75. & Aug. de hæres. c. 53. Damianus etiam
Conc. Sirmentian. 357. VVieleff eandem hæresin re-
suscitauit: teste Tho. VVald. l. 2. doct. fidei. a. 3. c. 10.

LUTHERANI & CALVINIANI conspirant
certatim in æquationem Presbyteri & Episco-
pi. Quorum argutatiunculas vide in *Luthero-
cal. p. 2. q. 46.*

PAPISTA 1. Conc. Trid. sess. 23. c.
4. declarat, Episcopos, qui in Apostolorum lo-
cum successerunt, &c. Presbyteris superio-
res esse. Sic omnis ætas & Ecclesia retro
in meo *Luthero-cal. p. 2. q. 46.*

2. Ita Patres, S. Hier. ep. 85. *Quid facit
Episcopus, (excepta Ordinatione) quod Pres-
byter nō faciat? S. Ignatius ep. ad Philadelph.
Boni sunt Sacerdotes; melior autem est Ponti-
fex. Proinde S. Clemens Can. 40. Pres-
byteri & Diaconi præter Episcopum nil agere
pertinent; nam Domini populus illi commis-
sus est. Sic & S. Diony. in sua Hierarchia.*

3. Hinc in Conciliis sedent Episcopi
vt Iudices ac Principes, presbyteros-
que puniunt reos, excommunicant. &c.
vt subditos.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

COELIBATUS Rectene sit iure Apostolico S.
Ordinibus annexus?

HÆRESIARCH. I. Iouinianus pseudomonachus Mediolani, teste Hier. Aug. Ambr. docuit, Virginitatem Matrimonio postponendam: 1. Unde conueniens, Frestra Sacerdotes colere Cœlibatum. Sed vna cum auditu monialis, Sacerdos nullus, A deo protinus emergens anno 372. damnatus est Romæ anno 380. à Papa & ab Conc. Mediolan. Vide Baron. istis annis. V. Vicleff hæresim redexit: teste Tho. VVald. so. 2. de Sacram. c. 66.

2. LUTHERVS lib. de abrog. Missæ. Magdeb. Cent. II. c. 7. vocant cœlibatum hæresim omnium pessimam, quæ orbem inuaserit vniuersam.

CALVINVS Inst. 4. c. 12. §. 23. idem. Vide Luthero. c. p. 2. q. 48.

GRÆCORVM Error est oportere Clericos ante Ordinationem duxisse uxorem: post eam non licere. Autor erroris fit Nicolaus: Certius Vigilantius, teste Hier. l. contra Vigil. Mos ille vulgatus est inter Græcos tempore Conc. Trullan. quod Apostolicos Canones de Cœlibatu impie damnauit. Auctior euasit error sub Leone IX. patrocinate Niceta Abbate, sed ei contradicente Humberto Cardinali.

PAPISTA. Quæ in meo Luthero. ca. p. 2. q. 48. adduxi pro iure Apostolico Cœlibatus, huc non repetam.

Adde, 1. Sacerdos operans Sacris gerit personam Christi: Neque Leuitæ ideo se continebant, quod figuram Christi præferrent: sed quod Domino ministrabant.

2. Quo iustius Conc. Neocæsar. anno 314. Sanciuit; Presbyter si uxorem duxerit, Ordine suo moueatur.

Nimirum, ait S. Leo lib. epist. ad Anast. ut, qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares & innupti.

3. Testimonia Imperatorum his adde

Cod. de Epif. & Cler. L. Eum. Authent. de Monac. Adde nubem testium S. Patrum. Hinc tria infero. 1. Errant, qui putant Siricium Papam primum legē cœlibatus imposuisse. Quia Clemens, Orig. Epiph. Euseb. & Concilia sunt antiquiora Siricio. 2. Mos Græcorum hodiernus non fuit primis 600. annis. Patet ex iisdem. 3. Mentitur Calvinus Inst. 4. c. 12. §. 25. Patres veteres approbasse coniugium Episcoporum. Mentitur à Siricio coniugium vocatum pollutionem.

QVÆSTIO XII.

An Clerici DECIMAS & Temporalia iure possideant?

HÆRESIARCH. Fraticelli, teste Turroca. de Eccl. potestate p. 3. c. 27. docebant sub annum 1300. sibi solis deberi Decimas, vt pote Apostolice viuentibus. V. Vicleff docuit Decimas esse meras elemosinas, proinde arbitrarias negati ob peccata Cleri.

ANABAPTISTÆ Trinitarii dicunt falsi Christi ministris eas dari, vt ditibus aut ditandis: veri Christi ministros pauperes iis posse carere, non posse, vt iure debitas.

ERASMVS Luthetanus in Annot. in Nouum Test. ait, Decimarum exactionem esse tyrannidem.

Cartonista volunt eam esse iuris diuini, non ecclesiastici, quantitatem.

PAPISTA. Præceptum Veteris Testamenti de decimis diuinum erat in & substantia, & quota earum tali: Verum quia iudiciale, & partim ceremoniale; non morale; ideo non transit in legem Noui Testamenti, nisi quoad Substantiam debiti Deo in operans suis pro bono publico seu regendo; seu quoquo modo adiuuando, in seu spiritualibus, seu temporalibus.

Cc 2

Vide

Vide *Luthero-cal.* p. 2. q. 50. & *Antichristum* p. 2. q. 20. Vnde S. Aug. ser. 219. de temp. Deus qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatur repetere: non sibi, sed nobis profuturam: iuxta Malac. 3. Insete decimam in horreis meis; ut sit cibus in domo mea; & probate me in his. Idem hom. 48. l. 50. hom. Maiores nostri ideo abundabant, quia Deo decimas dabant, & Casari censum: Modo quia discessit deuotio Dei, accessit inditio fisci. Nolumus partiri cum Domino decimas; modo totum tollitur.

QVÆSTIO XIII.

An Clerici sint liberi à iugo secularis potestatis?

HÆRESIARCH. Martilius de Padua, sub annum 1340. & Ioan de Lugduno, perpendunt; Nec Christum, Mat. 17. immunem fuisse tributi; pendisse que necessitate; non voluntate: Teste Turrecremata:

LUTHERANI, vt Brentius in *Prolegom.* Martyr in Ro. 13 Melanc. in locis cap. de Magistr. In causis Ecclesiasticis Clericos politicis tribunalibus subiectos esse: Nec Principes dato priuilegio posses soluere: quod hoc foret contra ius diuinum.

CALVINVS *Inst.* 4. c. 11. §. 15. Clericos in omnibus, nō tamen in mere Ecclesiasticis, subiecti politicis. Sic & sectatores eius ceteri.

PAPISTA. Rectè apud Sulpitium l. 2. hist. exclamat S. Martinus: *Nouum & inauditum nefas ut causam Eccl. sic Iudex sacculi iudicaret.*

2. Hinc Concilia grauiter vindicant in clericos ad sæcularium tribunalia confugas.

3. Quin Apostolus, 1. Cor. 6. nec laicorum Christianorum lites ad Ethnicorum iudicia afferri patitur. Vide in meo *Luthero-cal.* p. 2. q. 51. Quare Conc. Agathense Can. 32. Clericum nullus presumat apud se. iudicē, Episcopo non permittente, pulsare. Quo gloriofior vox est Constanti-

ni, & S. Greg. l. 4. ep. 75. *Vos Djesus, à summo Deo constituti: equum non est, vt homo dicet Deos.* Tamen iusta vox est S. Ambrosii oratione de tradendis Basilicis. *Agri Ecclesie soluit tributum;* quod cœptum sub Iustiniano Imp. Nam antea immunita erant, teste Hier. in Mat. 17. Primitiæ autem Exceptionem Clericorum, in rebus politicis, tū quoad personas, tum quoad Bona, introductum esse iure humano pariter & Diuino constat. De diuino vide *Antichristum* p. 2. q. 21.

QVÆSTIO XIV.

Quam proprium Hæreticis odium in Monachos?

HÆRESIARCH. Donatus pseudoepiscopus Cathag. arthee arrogans sic, vt e Deum crederet, & iactaret; anno 331. peperit sedam Circumcellionum propudiosissimam, armatam Ecclesie perturbatrici, teste *Cas. Bar. to. 3. anno 331.* in primis verò Monasticam diram persecutricem: teste S. Aug. in Pl. 132. Circumcelliones insultant de Monachis. *Primo si comparandi sint, vos videte: Quid opus est, vt verbis nostris comparatur ebrioscum Jobrij. furones cum simplicibus, vagantur cum congregatio? Si tamen dicere consueverunt, quid sibi vult nomen Monachorum? Quanto malis dicimus nos, quid sibi vult nomen Circumcellionum?*

2. De Petiliano hæretico S. Aug. l. 3. contra Petilianum. c. 40. *Perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum & Monachorum: arguens etiam me, quod id genus vita à me fuerit institutum.*

3. De Arianis Rufinus hist. l. 11. c. 3. *Lucius Episcopus ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Ter mille simul, aut eò amplius, viros per totam solitudinem dispersos, oppugnauerunt, riter aggreditur. Nouam belli speciem videt hostes, suam gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, quam Amici, ad quid venisti?*

4. Valens Imperator Arianus teste S. Hieronymo in *Chronico*, vsque adeo Monachos odit, vt lege lata, Monachos omnes aut arma sumere, milites que fieri, aut fustibus cædi, mactari que decreuerit.

5. Constant. Copronymus Imp. Iconomachus simul & Monachomachus immania in Monachos pertrauit.

6. Wicleff vociferabatur, ad vnū omnes Monachos à diabolo in Ecclesiam introductos; Augustinum, Benedictum, Bern. &c. ad inferos esse damnatos.

LVTHERO-CALVINISTÆ patia puomunt,
& audent. Vide Lutbero. c. p. 2. q. 52.

PAPISTA. I. Cor. 3. Sapiencia huius ſe-
culi ſtultitia eſt apud Deum. Sed, I. Cor. 1.
Nōne ſtultiam fecit Deus ſapientiam huius
mundi. Nam quia non cognouit mundus per
ſapientiam Deū, placuit Deo per ſtultitiam pra-
dicationis ſaluos facere credētes. &c. Quia
ſtultum eſt Dei; ſapientiu: eſt hominibus, &
quod infirmum eſt Dei fortius eſt homini-
bus. &c. Quae ſtulta ſunt mundi, elegit Deus,
& infirma; ut confundat ſapientes, & fortia.
&c. Ut non gloriatur omnis caro in conſpectu
eius.

Verum Lux agris odioſa eſt oculis, ait Au-
guſt. in regula breui.

AT Dominus, Matth. 5. Beati eſtis,
cum maledixerint vobis, & perſecuti vos
fuerint, & dixerint omne malum aduerſum
vos mentientes propter Me, Gaudete & exul-
tate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cae-
lis. &c. Vos eſtis ſal terra. &c.

Ideo mundus odit vos, quia de mundo non
eſtis. Heb. 11. Circuierunt in melotis, in pelli-
bus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; qui-
bus dignus non erat mundus. Et hi omnes te-
ſtimonio fidei probati ſunt.

Chryſ. hom. 8. in Mat. Si quis nunc ad
Aegypti veniat ſolitudines, paradifo proſus
omnem eremum illam videbis digniorem, &
innumerabiles Angelorum caetus in corpori-
bus fulgere mortalibus.

Eſt enim cernere tota illa regione diffuſum
exeratum Chriſti, & admirabilem illum Re-
gium Gregem, virtutumque caeleſtium conuer-
ſationem in terris micantem.

Atque hac non in viris ſolum, ſed & in
feminis ſplendere conſpicias.

Non ita varijs aſtrorum choris caelum re-
fulget; ut Aegyptus innumeris Monacho-

rum & Virginum diſtinguitur atque illuſtra-
tur habitaculis.

QVÆSTIO XV.

An ſint Conſilia Euangelica, differantque à
Præceptis?

HÆRESIARCHI. I. Apoſtoli, anno 260. coorti,
docebant, teſte Epiph. har. 61. Auguſtin. har. 49.
ſaluari neminem poſſe, qui non viueret in Celibatu,
& Paupertate.

Sic & Encratita cum Iuliano Apoſtata.
2. Iouinianus, teſte Hieronymo lib. 1. in Ioſin. &
Auguſtino har. 82. Nullum eſſe Conſilium, aut Pra-
ceptum Continentiæ; ſed eiſdem eſſe meriti Virgi-
nes & Coniuges.

3. Vigilantius, teſte Hieron. lib. contra Vigil. idem
de Paupertate docebat; melius que eſſe, poſſidere pro-
pria, & eleemoſynas elargiri; quam dimittere om-
nia.

4. Lampetianus idem de Obſedientia, teſte Damasc.
har. 98. & Monachos eſſe liberos oportere.

5. V. Vicleff. in Conc. Conſtant. ſeſ. 8. ait, ingredien-
tes religionem eo ipſo reddi ineptos ad mandata Dei
obſeruanda.

Ex quo ſequitur, Conſilia Euangelica eſſe prohi-
bita.

LVTHERVVS cum ſuis, CALVINVS item In-
ſtitur. 4. cap. 13. docent, Nullum eſſe Conſilium
Euangelicum. Vide in meo Luthero-cal. p. 2. q. 53.
Nec vtile vllum, aut poſſibile.

PAPISTA. Quod Apoſtoli Conſi-
lia volant cunctis eſſe præcepta, &
negant Conſilia, & implicent contradi-
ctionem.

Reſponſum ijs eſt in meo Luthero-
caluinista.

Ibidemque & Iouinianiſtis ac Lam-
petianis nouis.

Deinde Orig. in Rom. 15. Ea, qua ſu-
pra debium facimus, non facimus ex præce-
ptis: Verbi gratia, Virginitas.

Chryſoſtomus hom. 8. de poenit.
Non Dominum incuſes, haud mandant in

sibilia; multi & ipsa superant mandata. &c.

Non cogo, non grauo; sed perficientem quidem coronabo; non perficientem non punio.

Cyprianus libro de habitu Virgini-
num.

Non iugum necessitatis imponit, quando manet voluntatis arbitrium liberum.

QVÆSTIO XVI.

AN LABORARE Monachis necesse:
& MENDICARE ne-
fas?

HÆRESIARCH. 1. Mædiani, octi anno 361. in Mesopotamia; damnati anno 417. in Concil. Orient. negabant Monachos suos, sed a ienis viuere laboribus oportere, ac confidere. &c.

2. Guilielmus de S. amore, sub annū 1140. Wicleff, sub annum 1340.

CALVINVS Institut. 4. c. 31. §. 10. Monachos suis victitare laboribus debere.

1. Iuxta Eph. 4. 1. Thes. 4. 2. Thes. 3. ubi vel præcipitur, vel consulitur l. bor: viroque modo tenentur monachi.

2. S. Aug. l. de opere monac. c. 17. ait, nec per spirituales contemplationes, exulari eos à labore.

3. Is mos fuit omnibus retro sæculis monasticus.

PAPISTA. Dicit ad ista S. Tho. Opusc. 19. & 2. 2. q. 187. a 3. Si præcipitur; obligantur omnes; si Consultitur, religiosi ad omnia consilia non tenentur.

AD II. S. Aug. increpat otiantes, ignauosque fucos, fugitantes laborum.

AD III. Fuit ex peculiari regula.

II. HÆRESIARCH. Guilielmus prædictus; Desiderius Longobardus, teste S. Thom. Opusc. 19. Gyraldus, Wicleff, apud Valdensum ar. 2. l. 4. impugnant omnem Religiosorum Mendicitatem.

LUTHERVS art. vlt. Brentius in Confess. v. Vir-temb. c. de Votis: aiunt, extra statum salutis esse,

quise ad spontaneam redigunt Mendicitatem.

PAPISTA. Exemplum Domini sponte pauperrimi, sectarios refutat in meo Antichristo p. 2. q. 29.

Neque huc pluribus opus, quam in Luthero-cal. p. 2. q. 69. attulimus ex Belarmino.

QVÆSTIO XVII.

AN damnati ab Ecclesia heretici iussu à Magistratu seculari ple-
stantur?

HÆRESIARCH. Donatistæ negabant, teste Aug. l. contra Parmen. c. 7. & 2. contra Petilian. &c.

Sic & Huss a. 1. 14. in Conc. Constant. damnatus, Sigi(mundo Imp. exustus.

LUTHERVS in Assert. art. 33. confendit eodem, & negat vnquam consuef. Ecclesiam comburere hereticos: Hussam quoque negat hereticum fuisse. Vide in Luthero calu. p. 2. q. 73.

PAPISTA. 1. Scriptura sat refutat sectarios, in meo Antichristo p. 2. q. 30.

2. Deinde praxis contraria ecclesia ex quo Christiani extiterunt impeditores. 3. Sic Patres S. Cyprian. l. de exhort. martyrij. *Si hoc, (occisos p. v. d. prophetas) in veteri Test. fiebat, nunc magis faciendum est.*

Sanctus Hieronymus in Gal. 5. Medicum fermentum, &c.

Arius vna scintilla fuit, sed quia non sitim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.

Sanctus Augustinus aliquando tenet, hereticos non esse vi cogendos, nec cædendos: quod nulla tunc extaret lex Imperatoris desuper.

Postea tamen id retractauit, & l. con- tra Parmen. cap. 7. ait iuste puniri Dona-

ristas

tistas. Et tract. 11. in Ioan. ait: *Occidunt animas; affliguntur in corpore: ſempiternas mortes faciunt; & temporales ſe perpeti con-*

Sed qui ſuas, pluriumque animas per hæreſim occidunt: illis vitam, mentem- que ſanam reſtituat Vita Ieſvs Chri- ſtus, benedictus in ſæcula, Amen.

F I N I S

Genealogiæ Eccleſiomachæ Luthero-caluinifmæ.

Laus CHRISTO, Deipara, Diſque Cæliſibus.

SACRA

ARGA-



SACRAMENTARIA

GENEALOGIA
MYSTERIOMACHIAE
LUTHERO-CALVINISTICÆ,

Hoc est,

OPPVGNATIO SACRA-
MENTORVM ARCHI-
hæretica,

PARS III.

De Militantis Ecclesiæ Sa-
cramentis.

QVÆSTIO I.

*An Res & verba Sacramentorum mutare
liceat?*

HÆRESIARCH. GNOSTICI, prius
Nicolaitæ dicti, orti sub annum Chri-
sti 60 Res & Verba Sacramentorū in-
uertebāt, teste Irenæo, l. c. 9. & 18. Epi-
pha. har. 26. Suis tamen certis vteban-
tur verbis & rebus, vt Augustinus dicat, 7. de Bapt.

Dd

c. 25.

c. 25. Facilius inueniuntur heretici, qui omnino non baptizant; quam qui non illa verba baptizant.

LUTHERVS I. de capt. bab. c. de bapt. plus omnibus audeat: Quocumque modo, ait, tradatur baptis- mus, modo non in nomine hominis, sed in nomine Domini tradatur, vere saluum facit. Imo non dubitem, si quis in nomine Domini suscipiat, et si impius Minister non det in nomine Domini, verè baptizatum esse in nomine Domini.

Attamen hanc sententiam anno 1535. retractauit homilia 1. de bapt.

BRENTIVS tamen in Catechismo suo, & CINGLIVS I. de vera & falsa relig. c. de bapt. præscriptam baptismi formam haud multum curant.

PAPISTA. Cetera omnis Sectariorum turba hæc temeritatem auersatur; non tamen, quo nos, ex principio. Illi, quia nullum placere Deo cultum volunt, nisi quem ipse instituit: cetera esse *ἐθελοθεσιαία*. Nos quia Sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ, at hanc dare folius Dei est: ergo & Dei, determinare Essentialia Sacramentorum.

2. In veteri lege Deus determinauit ritum Circumcisionis, *Gen. 17.* Agni paschalis, *Exod. 12.* quæ solum typica erant nostrorum Sacramenta, legaleque gratiam afferebant: quò magis vera oportuit determinari, Vide *D. Tho. 3. q. 60. ar. 5.*

Res igitur & Verba immutabiliter designauit Autor ipse Sacramentorum; præsertim quoad verborum substantialem integritatem, constante sibi sensu præscriptorum.

Accidentalis integritas in verbis læsa nil officit: nisi fiat animo nouam introducendi ritum in Ecclesiam. &c. Porro vide in meo *Luthero-caluin. parte*

3. *question. 6.*

* *

QVÆSTIO II.

¶ An Sacramenta conferant gratiam ex opere operato?

HÆRESIARCH. MASSALIANI anno 361. exortus in Mesopotamia; damnati in Conc. Orient. anno 427. docebant, teste Damasc. no I. de hæresib. Sacramenta accepta animi sordes non exiunt, sed preces, quæ ab illis rectè fundantur.

ARMENI & Cathari idem.

LUTHERANI: Sacramenta volunt nullam immediatè habere efficientiam gratiæ; sed nuda esse signa: mediatè tamen repræsentantè excitare fidem, quæ iust. fiet.

PAPISTA. Sacramentorum & Signa & Verba sunt tum Significatiua, tum Practica & effectiua gratiæ iustificantis, præsupposita tamen fide.

1. Teste Scriptura multiplice in meo *Antichristop. 2. q. 4. & 1. Pet. 3.* Nos similes formas saluos facit baptisina, qua scil. olim Noe per aquam vere seruatus est cum octo animabus. *Non carnis deposito sordum, vt in Circumcisione corporali; sed in anima conscientie bona, iam expiata, in interrogatio in Deum.* Quanta typi ac veritatis distantia?

2. Pari typo *Gen. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, vt eas fecundaret à piscibus ceu vitales: Ne mirum sit in baptismo si aqua animare possunt, ait Tert. lib. de bapt.*

3. *Omnes, 1. Cor. 10. in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Et hæc omnia contingebant illis figura, baptismi sc.* At in mari verè submersi sunt Ægyptij, saluatus vero Israel: sic in baptismo peccata percunt, saluantur animæ.

Similes figuras agge. it b. *Harmin. l. 2. cap. 4.*

4. Ratio fauet. 1. Sacramenta sunt instituta vt dent certitudinem remissionis peccatorum, Non *Infallibilem*, vt heretici volunt, Luth. *de Capt. bab. c. de bapt.* Kemn. &c. Nec rament *dubiam*; sed *Moralem*; quoad nos, qui ponere obicem possumus; quoad Sacramentorum autem efficaciam ex opere operato. *Certā* infallibiliter, ob Christi institutionem. Cui rament & in conferentis intentione defectus accidere potest. Quare ea operantur non solum obiectiue representando, sed vere efficiendo.

2. Quia Verbum prædicatorum facit fidem, *Fides enim ex auditu est*: Rom. 10 at Sacramenta prærequirunt, saltem in adultis A&S. *Si credis e toto corde, licet baptizari*. Itaque hæc quid conferunt, quod præuia fides non contulerat reale ac necessarium.

3. Quacunque lingua non intellectā dentur Sacramenta, efficaciter dantur; at verbum non intellectum nil excitat fidem.

Non ergo operantur more concionis, sed modo ex ipsis manante.

Caluinus *Inst.* 4. c. 15. §. 15. Melanch. in *Locis de bapt.* istudi; *Ego te baptizo &c.* Sic exponere coguntur: *Ego testificor tibi remitti peccata*. V. de meum *Luthero-cal.* p. 3 q. 13.

QVÆSTIO III.

An, & quale quid sit Character Sacramentalis?

HÆRESIARCH. IOAN. VVICLEVS, teste Thoma V Valden. *to. 2. de Sacram. c. 109.* dixit: Characterem Sacramentalem nec affirmat Scriptura, nec ratio probat.

CALVINVS in *Antidoto* sess. 7. Cān. 9. Kemnitius & Heshufius &c. Lutherani similiter.

PAPISTA. At Scriptura eum affirmat, in meo *Antichristo* p. 3. q. 6. Et ratio, in meo *Luthero-caluin. par. 3. quæst. 15. & 16.* probat eundem: & asserunt S. Patres hic.

S. Dionysius lib. de *Ecccl. hierar. cap. 2.* *Baptizatum diuina Maiestas in sui consortium admittit, eique lucem suam perinde ac signum aliquod tradit.*

S. Cyril. in *Catechesi* 4. *Sp. Sanctus tempore baptismi animam tuam obsignat.*

Basil. *Orat. 13. Quomodo vendicat te Angelus sibi: si non agnouerit signaculum?*

Chrysof. hom. 2. in *Eph. Characterem Sp. Sancti nos insigniuit. Signati sunt & Israelitæ*; sed circumcisionis notā, vt peccata: nos autem vt filij, Spiritu Sancto.

Aug. lib. de bapt. c. 1. dicit datum in heretico baptismo characterem, sed iam conuerso, *agnosci potius, quam improbari.*

DE BAPTISMO.

QVÆSTIO IV.

Qua Materia sit & Forma debita Baptismi?

1. **H**ÆRESIARCH. I. MANICHÆI, teste *Aug. de har. c. 46.* execrabantur aquam: quod corporalia omnia à diabolo procreata dicerent:

2. *Marcionista*, quod à malo principio.

3. *Seluciani*: quod aquæ baptismus esset Ioannis Christi in *Sp S.* & igne teste *Aug. de har. c. 59.*

4. *Iacobita* ideo ferro candente crucem frontibus inurebant: teste *Luxemburgio in casalo. her.*

5. *Pauliciani* pro aqua substituebant hæc verba: *Ego sum aqua viva.*

Dd 2

Lv-

LUTHERVS in *Symposiaco* c. 17. interrogatus, an, deficiente aqua, possit baptizari in lacte, aut cereuisia? aiebat, Diuino committendum iudicio. Dein: Possit baptizari in omni, quod balneum dici potest.

PAPISTA. Conc. Trid. *sess. 7. can. 2.* definit aquam naturalem; veram, etsi accidentaliter mutatam. Sic Scriptura Ioan. 3. *Nisi. &c. ex aqua & Sp. S. A. & 8. Ecce aqua quis prohibet baptizari. &c.* Vide meum *Antichristum* p. 3. q. 8.

II. HERESIARCH. I. Gnostici, teste *Irenaeo lib. 1. c. 18.* baptizabāt in nomine ignoti Patris, in veritate Matris omnium, & in nomine descendenti IESU.

2. Cataphryges non baptizabant in nomine Pa. & Fil. & Sp. S.

3. Ariani; In nomine Patris, per Filium, in Sp. Sancto.

4. Eunomiani baptizabant in Domini mortem.

5. Graeci ita: *Baptizatur N. seruus Christi in nom. &c.* Damnantur in Conc. Lateran non ob suam formam ceu malam; sed quod nostrā baptizatos rebaptizabant.

LUTHERVS *I. de Capt. Baby. c. de bapt.* Ratus est baptismus, quibuscunque verbis detur, dummodo in nomine Domini non hominis detur. Imò quocunque nomine, etsi vel diaboli; modo suscipiatur in nomine Domini. COMMVNIS Luth. docet forma vsitata vtendum; at necessarium non esse. Sic & Cinglius, Brentius, &c. Vide in meo *Luthero-cal. p. 3. q. 20.*

PAPISTA. Forma baptismali Christo est insinuata, *Mat. 28.* Evidenter tamen doceri non posset verbatim, nisi esset declarata ab Ecclesiae Traditione. Qua nititur Conc. Trid. *sess. 7. Can. 2.* Consule meum *Antichristum* p. 3. q. 8. Et *Luthero-cal. p. 3. q. 20.*

QVÆSTIO V.

An Baptismus sit ad salutem necessarius, & quatenus?

HERESIARCH. I. PEXAGIANI, teste *Aug. 1. de her. c. 69.* negabant baptismum necessarium ad re-

missionem pec. ori. sed ad affecutionem regni cael. filijs.

2. VVICLEFVS, teste *Vvalden. to. 2. c. 96.* Nec ad salutem esse necessarium.

ZVINGLIYS, Bucerus, CALVINVS, &c. negant vtrumque. Vide in *Luthero-cal. p. 3. q. 21.*

PAPISTA. Est: Non solum praecipis; sed & Medij necessitate. Ioan. 3. *Nisi quis renatus. &c.*

Hoc, similiaque, S. Traditio de naturalis Aquae necessitate semper intellexit, & intelligit. Nec Fidelium filij nascuntur Sancti, vt baptismis non egeant. hāc enim hāresin iam olim damnatam in Conc. Carthaginensi & Mileuitano testatur S. Aug. *ep. 90. & 92.*

Est: dicantur nasci cum reatu peccati orig. inon tamen imputari eis, vt Sanctorum filijs:

1. Tales erant & Cayn, Cham, Esau. Hos tamen, *Roman. 8.* Deus odio habuit.

2. Deinde è fidelibus sancti nati, erunt omnes praedestinati: at hoc non est ergo nec illud; Aut si non sint praedestinati, ergo nec sancti nati fuerint, sed ab vtero reprobati; & sic fidelium esse filios nil iuuat.

Istud autem fundamentum eorum *Gen. 17. Ero Deus tuus, & Seminis tui;* vniuersale est, & absolutum, non conditionatum, *seminis tui*, sc. si praedestinati sunt.

3. Demum *Eph. 2. Omnes nascimur filij irae*, id est, culpae ac poenae obnoxij eramus nati; non sumus, quia iam abluti & sanctificati sumus. *Rom. 5. In quo omnes peccauerunt. 1. Cor. 15. Christus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt.*

QVÆ.

QVÆSTIO VI.

An baptizandi sint Infantes?

HÆRESIARCH. Anonymi extiterunt tempore Bernardi, i. fo teste ac refellente, *serm. 66. in Cant & Epist. 140.* qui præfractè negabant.

EX LUTHERANO factus **ANABAPTISTA** prius Balthasar Pacimontanus, anno 1527. ait *Ochlaus in Actis Lutheri*: negavit quemquam baptizandum ante ætatis annum XXX. Sed rogus eum hausit Viennæ. Contra scripsit Lutherus & Calvinus. &c. Vide *Luthero-caluin. p. 2. q. 23.*

PAPISTA. i. Mandatum est Domini, Mat. 19. *Sinite paruulos ad me venire; comprimis baptizandos.* Atque tamen si Anabaptistæ hic tricentur, *Domini humilitatem in statura pueri commendasse*, ut Augustinus loquitur; simul tamen indicavit, infantilem ætatem à cælorum regno haud esse alienam: *Talium enim, tum ætate, tum humilitate, est regnum cælorum, quales scilicet afferebant ad eum infantes.*

2. Orig. l. 5. in Rom. 6. *Ecclesia ab Apostolis TRADITIONEM accepit, etiam paruulis dare baptismum.*

Idem Aug. l. 4. de bap. c. 24. Et l. 1. de pec. mer. c. 26. ait, Pelagianos non ausos fuisse negare baptismum paruulorum; quod viderent nimis aperte pugnandū fuisse cum tota Ecclesia.

3. Ratio suppetit. Quia Infantes salui esse possunt: Mat. 19. *Talium est enim regnum cælorum.*

Sinamque peccati Adæ participes esse queunt; cur non & gratiæ Christi? Atqui extra Ecclesiam non est vlli salus; nam Mat. 12. *Qui non est mecum; contra me est.*

Vnde Cypr. l. de Vnit, Eccl. *Non habet Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam matrem.*

Ergo intrent paruuli Ecclesiam oportet. Hoc, nisi per baptismum, facere nõ valent. *Quos enim, Rom. 8. prædestinauit, hos & vocauit, per Ecclesiam: quos vocauit, hos & iustificauit, per baptismum: quos iustificauit, hos & magnificauit, per regnum cælorum.*

Ita Act. 2. *Qui receperunt verbum, baptizati sunt, & apposite sunt anima circiter 3000.*

2. Ratio. Quo minus saluentur infantes baptismò, non est impedimentum.

1. Ex parte prohibitionis diuinæ; Nam Sacramentum pendet ex diuina Institutione.

2. Non à parte *Ministri*, qui tam infantem tingere, quam adultum potest.

3. Non à parte *suscipientis*: in quo adulto fides actualis requiritur: in paruulo non; quia non habens actualem auersionem voluntatis à Deo, non eget actuali conuersione ad Deum vt adultus: nec vltum liberi arbitrij habet, per quod actualiter operetur adhuc, vt adultus; cui dicit Augustinus: *Qui fecit te sine te: non saluabit te sine te.*

4. Non ex parte *Ecclesiæ* ius in baptizatum acquirentis: hæc enim adiuuat ad salutem multis modis.

QVÆSTIO VII.

An baptismus verè tollat peccata?

HÆRESIARCH. I. ORIGENISTAE sub annum 393. exorti, damnati anno 398. in Conc. Alexandrino,

drino, negabant baptismo peccata tolli; sed regi duntaxat: teste S. Epiph. *har.* 64.

2. MASSALINI damnatam resuscitarunt; Sed damnatur & ipsi in Conc. Orië. tali anno 4. 7. Theodoro *l. 4. de fabulis har.* Alij eandem renouarunt sub annum 597. tempore S. Gregorii, vt ipse refert *lib. 9. epist.* 39.

LUTHERANI pariter ac CALVINIANI idem asserunt pernicaciter. V. Luthero-*c. p. 3. q. 25.*

PAPISTA. Baptismus stirpitus delet, tollitque peccata; teste multiplice Scriptura. Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ezech. 36. *Mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.*

2. Enimvero, 2. Cor. 6. *Quæ societas luci ad tenebras? Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ conuentio Christi ad Belial? Qui consensus Templi Domini cum idolo? Vos enim estis templum Dei viui.*

At vero, Sap. 14. *Odio est Deo impius, & impietas eius.* Pl. 44. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.*

Quare delet eam per lauacrum aquæ in Verbo vitæ.

QVÆSTIO VIII.

An baptismus reddat homines impeccabiles?

HÆRESIARCH. Dux hic olim hæreses.

I. IOVINIANI; teste Aug. *l. de her. c. 82.* Baptizatum esse impeccabilem: siq; peccet; non esse tinctum nisi aqua.

Quia, 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare; quoniam ex Deo natus est.*

II. Anonymi tempore Augustini, vt ait *l. 21. Ciuit. c. 25.* docebant, baptizatos non posse damnari, etsi per diuinitimè viuant: modo ab Ecclesia non desicerent.

LUTHERVS Posteriorem in nouauit errore Priorem CALVINVS Iouinianizans.

Vide meum Luthero-caluin. *parte 3. quæstion. 26.*

PAPISTA. Damnata est vtraque hæresis: vt Inimica verbo Dei: Refutataque iam olim ab Hier. & Augustino. Ipsaque eas refutat experientia; adeo multi verè credentes apostatarunt. Multi apostata resipiscunt, & quandoque reciduant, Proinde, *qui stat, videat ne cadat.*

Nam, 1. Tim. 6. *Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt a fide.* Gal. 3. *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire Veritati: cæcæ. Currebatis bene. &c. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: gratiã excidistis. &c. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium. Ecce gentem apostatricem.*

QVÆSTIO IX.

Baptismus Christi, & Ioannis an idem fuerint Sacramento & efficacia?

HÆRESIARCH. Petilianus Donatista, teste Heuersore eius S. Aug. *l. 2. contra literas Petiliani c. 32. 34. 37.* asseruit vnum esse vtriusque: quin tres Baptismos distinguebat, Ioannis in aqua, Christi in Spiritu, Paracleti in igne.

LUTHERANI & CALVINIANI, Luthero excepto, vnum vtrumque fuisse volunt. Vide in meo Luthero-cal. *p. 3. q. 31. 32.*

PAPISTA. Iustum anathema in Petilianistas novos intorsit Conc. *Trid. sess. 7. Can. 1.*

Nec enim Ioannes baptizabat in nomine S. Trinitatis; quippe cuius ipse autor esset:

Sanctus Basilius orat. 13. de bapt. *Ioannes penitentia baptismum predicabat; Do-*

minus excellentius adoptionis filiorum: Initiatorum erat Ioannis baptisma; Christi, persectorium.

Illud à peccato auocabat; istud cum Deo coniungit, & familiarem reddit.

Tertul. lib. de bapt. humanum vocat, non caelestem.

Et baptisimus penitentiae erat quasi Candidatus sanctificationis.

Calvinus contemnit Patres: Kemnitius ait parui referre, esseque in medio relinquendam quaestionem.

DE CONFIRMATIONE.

QVÆSTIO X.

An sit Sacramentum Confirmationis?

HERESARCHI. NOVATIANI sub annum 254. Hecorti, damnati anno 255. 258. 259. 326. in cæteris, teste Theodoro lib. 3. hæret. fabularum ait: Penitentiam à suo conuentu arcent penitus; & ipsi, qui ab ipsis tinguntur, sacrum Chrisma non præbent.

Quocirca eos, qui ex hac heresi Corpori Ecclesie coniunguntur, benedicti Patris ungi iusserunt.

Causa sprete S. Christinatis erat, quia Nouatianus, ait Euseb. hist. l. 6. c. 33. decumbens æger baptizatus est, & postea ceremonias suppleti spreuit.

2. DONATISTAS item iniuri fuerunt in S. Christina: teste Optato lib. 2. contra Parmenianum.

3. Item & Ariani spreuerunt eadem. Waldenses id plane exactorarunt; teste Anea Syluio in hist. Boem.

4. Wicleffus similiter, non tam id respuit, quam negauit è Scriptura probari posse: arguitque Catholicos.

LUTHERVS in Capt. bab. cap. de Confirmatione, negat eam verum esse Sacramentum: posse tamen ait recipi pro ceremonia.

KEMNITIUS par. 2. Exam. pag. 320. præscribit circa eam lex, & ea extra Scripturam. Vide Luthero-ca. p. 3. q. 36.

CALVINVS similia.

PAPISTA. Verum, & proprie dictum est Sacramentum Confirmationis.

1. Teste Scriptura, in meo Antichristo p. 3. q. 16.

2. Testibus Papis primis, vt S. Clemente, lib. 3. Constit. cap. 10. 16. 17. S. Urbano epist. decretali, S. Cornelio Mart. S. Melchiade Mart. &c.

3. Sic antiquissima Concilia; vt Elbertinum Can. 38. Arelatense 1. & 11. Laodicense, aliaque per varias orbis oras.

4. Consensus Patrum communis ac perpetuus.

QVÆSTIO XI.

Quis Confirmationis sit Minister?

HERESARCH. VVICLEFFVS l. 4. Trialogi c. 14. cth. vel esse neget Sacramentum; tamen, si foret, non pertinere ad solos Episcopos.

LUTHERANVS Kemnitius p. 2. Exam. pag. 324.

CALVINVS Inst. 4. c. 19. §. 10. id ipsum cæteri omnes: præsertim, cum vix vllam Episcopos inter & presbyteros differentiam agnoscant. Vide Luthero-c. p. 2. q. 40.

PAPISTA. Ordinarius, est Episcopus; extraordinarius per dispensationem esse & Sacerdos potest, ex potestate, non Iurisdictionis; sed Ordinis sacerdotalis, cuius Character est signum patenti Conditionati, & inchoati.

1. Ratio illius: Quia Confirmatio est complementum & perfectio Baptismi; ideo par est, vt à primario Ministro detur

detur. ceu vltima forma in omnibus im-
primi solet omnino agente primo.

2. In Confirmatione adscribimur ad
Militiam Christi, adscribere autem est
Ducum. Vide in Luthero-caluinista so-
lidiora.

DE EVCHARISTIA.

QVÆSTIO XI.

*An Realis Christi Præsentia sit in Eucharia
testibus Figuris?*

HÆRESIARCH I. SIMONIANI, Menandriani.
&c. veram negantes Incarnationem Christi; et-
iam ait S. Ignat. ep. ad Smyrn *Eucharistia & Oblatio-
nes non admittunt, eo, quod non consistantur, Eucharisti-
am esse Carnem Saluatoris.*

Sed hoc ex primo consequens nec prædicarunt,
nec propagarunt.

II. ICONOMACHI id primi in quæstionem voca-
runt post annum Dccc. docentes, Panem & vinum si-
gnificare solum Corpus & Sanguinem.

III. Sub annum Dccc. tempore Caroli Magni Ioa.
SCOTVS primus in Latina Ecclesia docens idem, dam-
natur in Corc. Verecell. teste Lanfranco.

IV. Sub annum Dccc. LXXXVI. Bertramus idem
innouavit.

V. Sub annum ML. Berengarius ista docuit:

1. Parvulos non baptizandos esse.

2. Corpus & Sanguinem Christi non est. in Eucha-
ristia, nisi vt in signo res significata.

Idco eum patrem Sacramentarium agnoscit
C. I. inus in admon. ad VV estphalum.

3. Post tertiam palinodiam, Cum pane & vino esse
Corpus & Sang. Christi.

4. Matrimonia dissolui posse.

VI. Sub annum Moxl. Henricus Petro Bruis; se-
meltrantum in Cœna, ait, Christi Corpus præsens
fuisse. idemque deinceps meram imposturam mini-
strorum.

I. Sub annum M. ccviii. Athigenses idem. teste
tonio.

III. Flagellantes sub annum M. ccc. l. teste Lu-

IX. Sub annum M. ccc. xx. VVicleff. Huius
anno 1400. Bohemos Iacobitas infecerunt; ab-
renetamæ Hussio ab ea hæresi.

LUTHERVS idem deniq; refutauit quidem
At prius semina illius iecit.

Ex his enati Sacramentarii, Carolstadii
Zyvinglius, Oecolampadius, CALVINVS, &c.
Vide meum *Luthero-cal. p. 3. q. 4. 2.*

PAPISTA. I. Esse Realem Christi
veritatem ac Præsentiam, docent ex Fi-
guris S. Patres.

Verum eatenus, quòd, vt S. Hier. in
Tit. *tantum interest inter panes propositionis,
& Corpus Christi; quantum inter vultus
& corpora, inter imaginem & veritatem.*

De pane & vino Melchisedech
Chryl. hom. 35. *Vidisti typum, quomodo Sa-
cramentum nostrum insinuat, cogitatio
veritatem.* Cypr. Ambr. Hier. &c.

De panibus propositionis testatur
Hier. Cyril. Damasc. De Agno, Aug.
2. contra Petil. c. 37. *Aliud est Pascha, quod
Iudei de oue celebrant; aliud quod nos in Co-
pore & Sanguine Domini accipimus.* Idem
Dominus *Mat. 26. Lu. 22.* in Cœna pri-
tinus subiecit typo veritatem. Et cere-
monia Agni fuit non tam in Immolatio-
ne, quam in Manducatione, *Exod. 12.*
&c.

Cum igitur vetera Sacramenta præ-
stent Nouis præstantiâ Materia, Signi,
& corporalis effectus: in alio Noua
præstare necesse est; id quod est Divina
præsentia realis, & vera: non per fidei
solam apprehensa & phantastica.

II. Docetur eadem ex PROMISSIO-
NE Christi facta *Ioan. 6.* Itemq; ex Ver-
bis INSTITUTIONIS, alijsque Scriptu-
ris; & communi S. Patrum, Etatumq;
omnium Consensu. Vide meum *Luthero-
cal. p. 3. qq. 44. 45. 46. 47.* Et in *Asse-
ctis*

christo p. 3. q. 18. Finio verbis S. Ambrosii lib. de his qui inchoantur mysteriis; ca. 9. *Quantis vimur exemplis, ut probemus hoc non esse, quod natura formauit; sed quod Benedictio consecravit; maioremque esse vim Benedictionis, quam naturae? Quia Benedictione & ipsa natura mutatur.*

QVÆSTIO XII.

An Corpus Christi simul locis pluribus existere possit?

IO. VICLEBFVS, teste Tho. VVald. to. 2. c. 71. 73. negat primus

Negat & CALVINVS, eiusque affectu.

PAPISTA. I. Mat. 19. *Spud Deum omnia possibilia sunt*: Neque implicat vnum corpus esse multis in locis: vt docui in *Luthero cal. p. 3. q. 49.* & in *Antichristo p. 3. q. 9.*

II. Deinde Mysteria Fidei, certa Sectarijs, æque difficilia atque hoc, docent idem.

1. Est vna natura Dei in tribus personis re ipsa distinctis: quod mirabilius, quam corpus vnum in locis pluribus: quia natura identificatur cum personis singulis; realiter; corpus non cum locis: & natura tamen non potest distrahi à se ipsa: ergo minus corpus aliquod.

2. Vna est hypostasis in duabus naturis, maiorque vnio harum cum illa, quam locati cum loco: nam hæc est extrinseca, illa substantialis.

3. In resurrectione mirabile, quod vnum idemque indiuiduum bis fiat: si que duplici actione, quomodo non sunt duo?

4. Ex nihilo aliquid fieri, aut ex aliquo nihil, captum superat humanum, à

Philosophis semper irritum: at nobis creditum: Corpus verò vnum pluribus in locis esse captum, credituque facilius est.

5. Æternitas est vnum instans durationis coexistens præterito & futuro, non fluens: multò facilius est vnum corpus in pluribus existere locis.

III. Exempla Dei & Animæ illustrent idem. Deus, res simplicissima, est simul infinitis in locis; nec tamen vnus diuiditur ideo in plures, nec loca plura fiunt vnum: Sic Anima rationalis est tota in qualibet parte corporis: Et Christi Corpus non in pluribus esse locis potest:

IV. Similia idem declarant. Sicut cõuenit Graui, ponderare, Colorato videre, Lucido lucere, calido calefacere; sic & Quanto, locum occupare: Sed Deus potest facere, Vt graue non ponderet; sic, *Mat. 14.* Christus & Petrus aquis inambularunt: Aquæ, *Ios. 3.* non defuebant, sed in montem assurgebant: Vt coloratum non videatur; Sic *Luc. 4.* *Iesus transiens per medium illorum ibat.* *Ioan. 8.* *Abscudit se coram lapidantibus*: Vt lucidum non luceret: Sic splendore Christi Paulus excæcatus est, *Act. 26.* qui tamen cum Apostolis post resurrectionem cõuersans splendorem occuluit. &c. His similibus vtuntur S. Patres.

QVÆSTIO XIII.

Ecce errores circa EXISTENTIAE Modum Corporis Christi in Eucharistia?

HERESIARCH. I. BERENGARIVS, teste *Gnir-mundo lib. 1. c. 3.* nudum defendere signum non
E c valens.

valens. Impanationem finxit, id est, cum pane Corpus Christi consistere & misceri: Sub annum 1088.

II. BERENGARIJ Hostes, *ibidem*, asserunt partem, à pijs sumendam, vetti in verum Christi Corpus; partem ab impijs capiendam, non mutari.

III. DVRANDI error est, in 4. dist. 11. q. 3. Forma panis recedente materia consecratione informari ab Anima Christi, sicut cibus mutatur in Sanguinem.

IV. ANONYMVS, apud D. Tho. 3. q. 75. a. 6. Formam panis manere; & Materiam mutari in Corpus Christi.

V. RVPERTI Tuitiensis error, in Ioan. 6. Panem à Christo hypostatice assumi, vnicuique sibi per consecrationem; sic Humanitas Deitati vnita est per Incarnationem; non destruendo vel mutando quicquam; sed sumendo solum.

Proinde Corpus Christi *Carneum*, & *Panaceum*, non duo esse, sed vnum in vno supposito; illudque sursum in cælo, hoc deorsum in ara: & Impios percipere panaceum; pios vtrumque: Vtrosque ore corporali; at pios solos etiam spiritali.

Ita sub annum 1124. teste *Algero l. 1. de Sacram. c. 6.* qui Rupertum refutauit.

VI. IOAN. PARISIENSIS, teste Tho. *VValden. so. 2. de Sacram. c. 65.* refutans Rupertum finxit hæresim, Panem assumi à Verbo, mediante solo Corpore Christi absque anima: ne cogeret se. admittere, Deum esse panem.

Idque sub annum 1150.

LVTHERVVS *l. de Capt. Bab. c. de Euch.* dicit:

1. An panis maneat, nec ne; problema est; Fidei neutrum.

2. Panem manere, conformius Scripturæ est.

3. Vera propositio est: Panis est Corpus Christi; ob Vnionem: Vti vera; Christus homo est Deus: Quæ Impanatio est.

4. Sed alibi: Corpus Christi per Vnionem, ad Verbum affecutum est, vt sit, Vbiunque Verbum est, id est, Vbiunque: quare & in pane Cœnæ est.

CALVINISTÆ clamant, Transsubstantiationem esse impossibilem; proinde sceleratam hæresin.

Lutherani possibilem annuunt, ac dissident istis.

PAPISTA. I. De Berengario, in meo *Luthero-cal. p. 3. q. 51. 52. & c. & in Antichristo p. 3. q. 21.*

II. Hostes Berengarij errant in fundamento suo; Ne detur indignis Corpus Christi:

1. Quia, 1. Cor. 11. *Qui manducat indigne &c.* ergo sunt indigne manducantes.

2. Sic penderet consecratio à bonitate Sacerdotis; nam indignus vti non sumeret Corpus Christi, ita nec consecraret.

Et sic nunquam sciremus an hostia sit consecrata.

III. DVRANDVS errat contra Conc. Trid. sess. 13. c. 4. can. 2.

1. Quia manente materia, maneret accidentia in suo subiecto: qui est secundus error Wicleffi, contra Conc. Constant.

2. Quia Durandi mutatio esset Transformatio, non transubstantiatio, contra Conc. Lateran. Hæreticus fuisse; nulli Ecclesiæ iudicio se submisisset.

Plura *B. Illar. cap. 12.*

IV. ANONYMVS errat & ineptit, putans panem esse rem merè artificiosam, ac proinde figuram panis in Euch. solum manere, hoc est, ait formam.

V. RVPERTVS Errat. I. Quia, Ioan. 6. *Panis, quem ego dabo, Caro mea est:* At panis ille à Verbo assumptus, est quidem Corpus Christi, at non Caro. Nam, Mat. 26. *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur:* At corpus panaceum non iuxta traditum pro nobis, & crucifixum.

2. Omnis Antiquitas reclamatur errori huic.

3. Causæ sunt, cur Deus assumpsit hominem; at nulla, cur panem hypostatice assumat.

4. Nulla cur Vnionem eam hypostatice

ticam

ticam quotidie destrueret, & restitueret. Apage.

VI. PARIENSIS ijdem refutatur argumentis.

2. Deinde error est, Panem immediate assumi à Corpore Christi, id est, creaturam creaturæ iungi hypostaticè.

3. Et Corpus Christi solum caret Personalitate; eequi daret igitur eam panis, &c.

Quocirca recte sub annum 240. Tert. l. 4. in Marcionem: *Acceptum panem Corpus suum facit.*

Cyrillus Catech. 4. *Aquam mutavit in vinum; non vinum in Sanguinem transmavit.* Ibid. *Sub specie panis datur tibi corpus. &c. Certissimo sciens, Panem, qui videtur, non esse panem; et si gustus panem esse sentiat, &c.* Bell. l. 3. c. 21. & 25.

QVÆSTIO XIV.

Quæ sit debita Eucharistia MATHEIA?

HERESIARCH. extitit sub annum 1053. GRÆCIA: teste Leone IX. ep. ad Mich. Tunc Gæcico prehende ceperunt Latinos, quod Azymo veteren- tur appellari: inque azymis, ut etiam hodie: Quod putent, Dominum ante diem primum azymorum instituisse sacramentum. 13. Luna mensis; sicque manducationem Paschæ uno die ante cepisse se, feria V. Tunc enim inuicari azyma, necdum erat contra Exod. 12. & 13.

LVTHERANI ZVING. & CALVINISTÆ Græcis consentiunt potius, quam Latinis. Vide meum *Luthero-ca. p. 3. q. 56.*

PAPISTA. Christus in azyma Sacramentum instituit luna XV, feria V. Quia prius Pascha manducavit testibus 4. Evangelijs: at hoc sine azymis manducari nequibat; *Exod. 12.* Ergo cū immolatio Paschæ incepta usum a-

zymorum, in his Dominus instituit Sacramentum. Ita D. Tho. 4. d. 2. a. 2. q. 3. Vnde nec *Ruperti*, nec *Burgēsis Responso ad Græcos*, horum tollit fundamentum.

1. Nam RUPERTVS vult, feriæ V. vespere cœpisse 14. lunam; tuncque Dominum Immolasse Pascha cum azyma, & Instituisse S. Cœnā: Posteram vero diē fuisse profanam; quod traditio veterit festum cum Sabbato cōtinuari; Sicque festum azymorum aliquando differri in diem sequentem; at nunquam celebrationem Paschæ mutari.

2. BURGENSIS idem respondet: vult tamen Vtrumque differri perinde potuisse: ideo Iudæos feria VI, vesperti māducaste pascha: Dixisseque Dominum, *Mat. 26. Scitis quia post biduum erit pascha.*

At Neutra tollit fundamentum Græcorum de Anticipato Paschate ab Christo.

Et ephemeristæ Hebræi ita dirigebant Kalendatium, ne inferiam VI. incederet luna 14.

II. HERESIARCH. EBIONITÆ, ait Epiph. *her. 30. TATIANI, idem, her. 46.*

AQVARI teste Aug. *l. de her. c. 64.* prætenu sobrietatis in aqua sacrificabant.

2. ARMENI, teste *Niceph. l. 8. c. 53.* aquam vino non miscbant in Missa; quod non crederent durum in Christo naturarum Vnionem.

LVTHERANI & CALVINIANI mero vino absque aqua vtuntur in Cœna.

PAPISTA. In Sacrificio, non miscere aquam vino, grande piaculum est: Forretamen Sacramentum.

NOTA. I. *Ratio Sacramenti* Non est tota in solis speciebus; Nec in sola Re contenta: Sed in vtroque quoad essentiam; Magis tamen conuenit speciebus, ut continent; quam rei, ut continetur.

Ita *Trid. sess. 13. c. 3.* Quia Sacramentum

E e 2 tum

tum est signum visibile rei inuisibilis; quod est huius operatiuum proprie. At Ratio Sacrificij, pignoris, & alimenti, magis conuenit Rei Contentæ; quam Speciebus, vt continent. Nam quod offertur Deo, est Christus; non species proprie. Ita pignus, alimentum in re consistunt, non in speciebus proprie.

2. Sacramentum verò latè est cuiusque rei sacræ signum; Vt est Eucharistia: 2. Strictius, est signū rei sanctificantis animam; Vt Sumptio Eucharistia: 3. Propriè, est Signum Significans, & Efficiens sanctitatem animæ: Vt Eucharistia; non autem Sumptio. Aqua Calicimista, neutri absolutè necessaria est per se, nec Sacrificio, nec Sacramento: Negligentia tamen non vacaret culpā: non hæresi, contemptus. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 57.*

Vnde S. Cypr. l. 2. epist. 3. *In Calice offerendo Dominica Traditio seruetur: ne que aliud fiat à nobis, quam quod pro nobis prior fecit; vt Calix mixtus vino offeratur.* S. Aug. cum Conc. Carth. III. c. 24. *Nil amplius offeratur, quam Dominus Tradidit, id est, panis & vinum aqua mistum.*

QVÆSTIO XV.

Æqua sit Consecrationis Eucharistica FORMA? Minister quis?

HÆRESIARCH. GRÆCI Recentiores contendunt, non solis verbis, Ecclesiæ Romanæ succis; sed & aliis precibus confici Sacramentum:

LUTHERO-CALVINISTÆ in hoc conueniunt, vt formam Romanam non integrè admittant.

Dissentiunt autem, quod LUTHERANI verba Institutionis necessaria quidam negent: quidam ex parte admittant:

CALVINISTÆ vero solum verbum concionale requirant.

PAPISTA. Hæreticorum errorem refutati vide in *Luthero-cal. p. 3. q. 58.*

GRÆCI Schismatici orant: *Fiat hic panis Corpus Christi. &c.*

1. At non orando consecrauit Dominus, sed *gratias agens*, nil petens, dixit, *Accipite. &c.* Verba gratiarum actionis non constant; Benedictionis vero constant: *Hoc est. &c.*

2. Quas adducunt autoritates Liturgiarum, item S. Dionysii, Damasc. Epiph. &c. ex orant, vt in nobis fiat, quod iam est per Verba consecrationis factum in speciebus: vt simus vnum cum Christo, & inter nos vnum Corpus in Christo, &c. Hinc Missam S. Patres vocant *precem*; quod ante & post Consecrationem pene meræ sint preces: Et quod Sacerdos in Missa personam agat Nunc suam, cum confitetur & orat. &c. Nunc Christi; cum Consecrat: Nunc legati, cū pro populo deprecatur: Nunc sui & Christi ab his verbis, *Qui pridie quæ preteretur*, ad usque finem consecrationis. Hinc quædam leguntur recitatiuè; quædam significatiuè.

II. HÆRESIARCH. VVICLEVS, ait Tho. VVALD. ro. 1. de Sacram. c. 7. & 28 primus in dubium vocatur, vt rem miram; cum Sacerdos improbus Eucharistiam consecrare possit; cur idem non possit laicus bonus? Definire tamen non audebat.

LUTHERVS definiuit, posse id omnem baptizatum; non decere tamen, ob rerum consuetudinem.

CALVINVS & affectu præfractè id negat. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 59.*

PAPISTA. Eucharistiam consecrare munus solum est Sacerdotale: *Hoc facite.*

Quod si ad quoscunque baptizatos referendū foret promiscue; omnes quoque Consecrare & distribuere tenerentur.

Si non ad Consecrationem referretur, de hac nullum esset in Sacra Scriptura mandatum.

Atqui istud, *Hoc facite*, refertur ad Benedictionem, Distributionem & Sumptionem, fateatur Lutherus *l. de instit. ministris*: Confessio Augustana *c. de Missa*: Calvinus *Inst. 4. c. 15. §. 20. Kemnit. p. 2. exam. pag. 534.*

QVÆSTIO XVI.

An in vtralibet specie Christus insit totus, Sic, vt sub Vna Communicare fas sit?

I. HÆRESIARCH. PETRVS Dredēsis, & Iacobelus Misnensis an. 1412. teste Aenea Syluio *hist. Boem. c. 35.* primi docuerunt Pragæ necessitatem Communionis sub vtraque, ex illo Ioan. 6. *Nisi manducaueritis &c.* Huius eos exceptit, suamque fecit hæresin. & Boemiam iniecit.

LUTHERVS Est; Non est, inquit, in vtraque Christus totus. Lutheranis & Calvinianis Concomitantia ridicula est, inuentumque diaboli. &c. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 61.*

PAPISTA. Est totus in Vtralibet Christus.

I. Quia nō esset, sub Vtraque communicare præcepisset: at non hoc: ergo. Instituit sub vtraque; sed Institutio rei nō est eiusdem incumbens omnibus præceptio. Alioquin omnes oporteret suscipere Matrimonium, Ordinem, Extremam Vnctionem. &c. Consilia Euangelica tria, &c. Præcepta est tamen omnibus Substantia Eucharistia; nō Modus specierum. Si n. præceptus esset; vsquā extaret; aut alicunde constaret: at neutrum. Quia loca in quibus aduersarii putant contineri præceptum, Nec euincunt, Nec eadem sunt omnibus, sed aliis alia.

1. Hussitis, Ioan. 6. *Nisi manduc.* At reclamant Lutherani, agi ibi de Eucharistia.

2. Lutheranis, Luc. 21. *Hoc facite.* At repugnat Calvinistæ; volūt solis id Ecclesiæ ministris, non laicis dictum.

3. Calvinistis Mat. 26. *Bibite ex hoc OMNES.*

At respondet Marcus. 14. *Et biberunt ex illo OMNES.*

II. A tempore Christi & Apostolorum per annos 1412. vsque ad Hussum, liberum fuit vna, vel vtraque communicare.

Ergo semper creditum est, Vtramque non esse in præcepto.

III. CHRISTVS Vsum Vnius declarauit & verbis, Ioan. 6. Hic agi de Sacramento, negant Lutherani, & quidam Calvinistæ: Affirmant Hussitæ & Gallicani Calvinistæ; seu Hugonotæ: inque hoc nobiseum & omni cum Antiquitate consentiunt. Item & **FACTO** declarauit, *Lu. 24.* in Emaus: teste **I. S. Patrum** autoritate:

2. Ipso Textu,

3. Ipsoque Effectu illuminationis. Spiritale hos planeque diuinum erat: Sed Benedictio seu Consecratio, vt cauta diuina diuini fructus, ex re benedicta consecuti, præcesserat.

Etiā *Mar. 4.* Panes *Benedixit, fregit, portauit*; sequente quidem miraculo multiplicationis: Verum cum effectu solum corporali satiationis: At hic, & in Cœna cum miraculorum miraculo Trās-substantiationis res gesta est: *Hoc est. Corpus meum. Hic est enim Sanguis meus.* Dixit, & facta sunt. Proinde ludunt in re omnium grauissima Calvinistæ Tropistæ:

stæ; qui Intellectiones & Synchdochas hic fingunt partis pro toto.

IV. APOSTOLI Vsum Vtriusque tenuerunt; Act. 2. *Erant perseverantes. &c.* Hic agi de Synaxi, fatentur Lutherocaluinistæ: Quod de meris rebus sacris agatur: Quod Syrus ita vertat: *Communicabant in precibus, & fractione Eucharistia.*

Quod Lucas de novis Christianis loquatur, qui à vino abstinēbāt multi, ceu Nazareni.

Item Act. 20. agi de sola fractione fatentur Calu. Beza, Kemn, &c. & S. Patres, & Nos.

Nec tamen sequitur necessariò, Apostolos sub Vna Sacrificasse: Comedit tamen, quia fieri potest: & subinde oportet, vt in Noruegia: Quia & Christus sub Vna consecrauit in Emaus.

Licet nunc præceptum Ecclesiæ obster.

V. POSTERITAS Apostolorum Vtriusque, vniulque liberum tenuit Vsum semper: vt nec Manichæos ob Vnius sumptionem reprehenderit quisquam; nisi quod vino abstinere, vt à malo principio orto.

Semper tamen sub vna communicantes, & nunquam sub vtraque, de Manichæismo suspecti habebantur. Docet vnā quoque Communicatio Domestica; item Laica, item Ægrotorum, ad quos vna deferebatur. Infanribus vnā dari fuerat.

VI. CHRISTVS TOTVS est in Vna perinde vt in vtraque.

Quia 1. Ioan. 4. *Qui soluit IESVM, non est ex Deo.* Cum igitur, Rom. 6. *Christus iam non moritur: manet Homo Deus heri &*

hodie: Et vt ait, Ecce ego vobiscum sum, tam essenter, præsentem, potenter; tum & Sacramentaliter, vsque ad consummationem sæculi.

Mà è igitur Calvinistæ fingunt Christum in cælo solum esse cum carne, sanguine, anima, & alubi nusquam.

Vndè sequitur ipsis nec sub vna, nec sub vtraque adesse Christum.

Negant nostram Catholicam Concomitantiam Calvinistæ, ac rident:

Lutherani quidam negant; sed ast uunt Vbiquitatem, Quidam astruunt Concomitantiam; sed negant Vbiquitatem.

Ecce quod tales sanet helleborum?

Sed qui asserunt Lutherani Concomitantiam; non habent Totum, imò nec partem: cum solui nequeat Christus, aut mori: carentque Toto: Volunt enim solum Corpus in pane, solum Sanguinem in Calice adesse.

Similiter qui Lutherani asserunt Vbiquitatem contra Concomitantiam in Cœna nihilo plus habent, quàm in pascua, gramine, &c. Infelices!

VII. FRUCTVS par ex Vna, atque ex Vtraque constat.

Quia Idem vtrobique Christus est Totus. Vt Exo. 16. *Nec, qui plus collegerat, habuit amplius, nec, qui minus parauerat, petiit minus de Manna, Sed singulis iuxta id, quod edere poterant, congregauerunt.*

Lutherani omnis ac solus fructus est, & excipere, augere fidem, id est, fiduciam peccat: sibi esse remissa per Synaxin: vt quod instituta solum sint Sacramenta.

At hic etiam ex Vna constare potest: idque Videndo magis, quam Cœdendo: quod hoc transeat citius; Visus duret diutius: Simul vilus vnus perinde ac vtriusque possit excitare fidem: Sicut tam vna aspersio facit baptizat, quam trina.

Item Communicantes prius vident, quam edant: cum visus excitet fidem efficacius, quam edus; quid comestionis opus?

2. An vero Auditus fidem excitat?

At verba Institutionis tam ad Vnam, quam ad vtramque recitantur.

3. An ipsa sumptio excitat? Sed quid illud in ea? Deuotio sumentium? At sic fides seipsam excitaret: idque potest extra Sumptionem; Imo fides adesset ante Sumptionem, & antequam excitaretur.

An species? At vna excitare sufficit. An res contenta? At illa hinc abest tota; illis adest tota hic, ut vbiq; istis adest ex parte, id est, in nullo sui.

Ita Sacramentum sibi tales vertunt in ludibrium.

2. CALVINISTIS quis fructus constabit, queis dubia sunt omnia?

1. Dubium; An Christus realiter sit presens in Cœna? Calvinus in 1. Cor. 11. Affirmat: Idem in Confessione de re Sacram. Negat, Quia Christi Corpus finitum est, & cœlo & loco cõinetur; necesse est à nobis tãto locorũ intervallo distare, quanto cœlũ abest à terra. Sic & Plessæus ait, & negat.

2. Dubium: Quomodo Christus edatur & bibatur? Calvinus in 1. Cor. 11. §. 5. à se, suisque distare fateretur Zvinglianos: scribitque sic, ut vix intelligi sat queat.

Plessæus clarè ait: Sic edibiq; Christũ in Cœna, sicut in Baptismo: In hoc a. non aliter, quam in Verbo Dei, i. sola fide.

3. Dubium: Quis fructus sit manducationis & bibitionis Sacramentalis?

Caluino, *ibid.* §. 2. est Certitudo seu securitas de Vita æterna.

Plessæo l. 4. de Euch. c. 1. est idem Cœnæ, qui Agni paschalis: Verbo, idem fructus est Sacramentorum omnium in Nouo, qui in vetere fuit. Vide apud Reueren. Patrem Becanum in *Manuali lib. 1. capite 9. §. 79.* Qui recte infert: Si Plessæo credimus; Christiani sunt patres Iudæis: Si Caluino; pares sunt Christo existenti in cœlo.

Itaque de Re discordant incerti.

De Symbolis si agitur solis; vtramque possunt speciem; sub neutra Christus adest.

1. Quod si vna mensio ijs sufficit in baptismo; cur non vna species in Eucharistia?

2. Deinde Fructus Cœnæ, certos vitæ æternæ faciendi, habetur ante Sumptionem secundum ipsorum principia: Nam ijs Reprobi nunquã sunt certi salutis: Prædestinati verò semper manent certi per fidem suam iustificantem: at hæc præcedit Sumptionem.

Quid ergo fructus confert Cœna? quid vna; quid vtraque?

Plane ex hoc eorum fundamento nullo opus est Sacramento seu baptisimo, seu Cœnæ, &c. Sola fides sufficit.

VIII. Quò iustiores sunt CAUSÆ Decreti de Vna, Quibus prædictis adde,

1. Ut & Abstemijs sit consultum;

2. Et locis, vbi vinum haberi nequit.

3. Et ut periculum effusionis aut irreuerentiæ caueatur.

Atque hæc causas adprobant etiam

iam ij, qui præceptum de Vtraque vrgent: Brent. in apol. Confess. VVitemb. abstemiorum communionem sub vna probat: Ruthenorum, vino carentium, Melanch. l. de vsu Sacram. Nec inde à Christo vnquam auditum, abstemios caruisse S. Synaxi.

Quod si vtraque foret de præcepto diuino; sane in hoc dispensari ab homine nunquam potuisset.

QVÆSTIO XVII.

An pro defunctis ritè Sacrificetur?

HÆRESIARCH. AERIVS, cognomento Impius, ortus anno 356. An iochiæ; damnatus in Synodo Syrmienti anno 357 sapiusque alias; primus negauit pro vitâ functis Sacrificandum esse.

LUTHERO-CALVINIANI pernegant idem. Vide meum *Luthero-ca. p. 3. question. 76. & par. 1. q. 92.*

PAPISTA. 1. Ritus Sacrificandi pro defunctis est, qualis Regula. Sanctus Augustinus l. 4. de Baptismo capite 42.

Id certissime credendum ex apostolica Traditione descendere; quod in omni Ecclesia seruetur, nec in aliquo Conc. institutum, sed semper seruetur ac retentum est.

2. Aerius hæresios in hoc damnatus est: ergo & Luthero-caluinistæ rei.

De quo ita Melanchthon in apolog. Confess. August. *Falso citant aduersarij contranos damnationem Aerij; quod negauerit in Missa Oblationem fieri pro viuis & mortuis. &c. Epiphanius testatur Aerium sensisse, quod Orationes pro mor-*

tuis sint inutiles; id reprehendit. Negamus Aerio patrocinamur.

Duo hic Mendacia:

1. Aerium negasse Orationes, nec Oblationes:

2. Lutheranos non patrocinari neganti orationes pro mortuis: cum hæc & illas negent & execrentur omnes.

3. Tota Classis S. Patrum pro nobis at contra Luthero-caluinistas.

IV. DE POENITENTIA, EXTREMA VNCTIONE & Ordine.

QVÆSTIO XVIII.

An poenitentia sit propriè dictum Sacramentum?

HÆRESIARCH. MONTANVS in Phrygia apertus ubi de spiritu nequam ex cerebro propheta accepit anno 172. cum Prisca & Maximilla, præte sub specie pietatis; Sed inf. tre noua dogmata, præsertim in adita Ecclesiæ; apud *Baron. anno 172. eo, qui honores Ecclesiæ ex ambitus adipisci non possent.*

In hisce Poenitentiam funditus tollebat, testet *Hieron. epist. ad Marcellam.*

Se demum laqueo interemit; hæresi post se reliquit Cataphrygarum infanda; damnata sæpius.

NOVATVS presbyter Cartagin. in Africa conciuit schisma contra Sanctum Cyprianum, negans lapsis reditum ad poenitentiam, anno 254. Et Romæ Nouatianum Presbyterum Antipapam creati procurat in eadem causa Impoententiæ: Damnatur in Rom. Conc. anno 255. vt hæresiarcha.

LUTHERANI Poenitentiam esse Sacramentum negarunt principio; deinde asseruerunt. **CALVINIANI** præfractè negant.

Vide in meo *Luthero-cal. par. 3. quæstion. 30. & 91.*
PAPISTA. Pœnitentia est propriè
 dictum Sacramentum. Teste Ioan. 20.
 Vide *Antichristum p. 3. q. 29.* Deinde S.
 Patrum conspirat huc Consensus. Ter-
 tul. l. de Pœnit. *Hac venena prouidens De-*
us, clausâ Ignoscencie ianuâ, & Inunctionis
serâ obseratâ; aliquid adhuc permisit patere;
Collocavit in vestibulo Pœnit. secundam, qua
pulsantibus patefaciat. S. Cypr. ser. de ab-
 lut. pedum. *Post baptismum, (qui sui reue-*
rentia non patitur iterari) aliud lauacrum pro
cursasti Ita S. Ambr. Hier. August. Chry.
 Cyril. &c. & omnis primitiua Ecclesia.

QVÆSTIO XIX.

An Contritio possit haberi sine speciali auxi-
lio Dei?

HÆRESIARCH. PELAGIVS indoctus calumnia-
 tor S. Hier in Sicilia exstitit hæresarcha anno
 410. & ait S. Hieron. *publice erubescit loqui, quod secre-*
to docere non metuit. Ideo anno 415. suam damnat hæ-
 resim dolose in Concilio: & anno 416. damnatur in
 Conc. Mileuitano & Carthagin. ab S. Aug. & S. Hier-
 onymo exagitatus. Aetius dolose supplicat Papa
 anno 417. pro absolutione: At relapsus à Conc. Car-
 thag. damnatur, ab Honorio relegatur. Finxit is, teste
Aug. l. de hæres. c. 88. & Epist. 106. gratiam, qua libera-
mur ab impietate, secundum merita dari.

LUTHERANVS Kemnitius p. 2. Exam. pag. 963.
 impingit Conc. Tridentino, quod eandem hæ-
 resim stabiliat: & Romano-catholicos facit vi-
 deri Pelagianos.

PAPISTA. Mentitur iniquitas sibi.
 Veritas nostra dicit, dixitque semper,
 Conuersionem à diuina gratia præue-
 niri, ac inspirari.

1. Sic Conc. Trid. sess. 6. Can. 5. & c. 14.
 & Can. 3. & sess. 14. c. 4. Sic omnis retro
 Antiquitas tum Conciliorum tum S.
 Patrum Consensus: Autore S. Scriptura.
 Pf. 84. *Conuerte nos Deus salutaris no-*
ster. Pf. 118. *Erraui sicut ouis qua perijt, quare*

seruum tuum. Ierem. 31. *Conuerte me Dom-*
ne, & conuertar. &c. *Postquam conuertis-*
se, egi pœnitentiam. &c. Vide *Antichri-*
stum p. 3. q. 33.

QVÆSTIO XX.

Num qua sit necessitas CONFSSIONIS
de Iure diuino?

HÆRESIARCH. MONTANISTAE & NOVATIANI
 sub annum 254. vt q. 18. dictum, negabant Absol-
 uationem, vnde nulla Confessionis sequitur necessi-
 tas.

AVDIANI, ab Audæo in Mesopotamia orti anno
 341. ait Theodor. l. 4. de fabulis her. iubebant quidem
 Confessionem, & impertiebant Absolutionem; sed
 pœnam iniungebant pœnitentibus nullam. Vnde hi
 pauca quædam confitebantur, at grauiora celabant.

MESSALIANI, anno 361. in Mesopotamia orti, dam-
 nati in Conc. Orientali anno 427. teste S. Damase.
 l. de her. peccata dimittebant, nulla habitatione
 pœnitentiæ, & Canonum.

WICLEFVS ait Tho. v. d. 10. 2. de Sacr. c. 135. sub an-
 num negauit Sacramentalem Confessionem in S.
 Scriptura fundari; sed à Papa institutam.

LUTHERANI variè aiunt, & negant: **CALVI-**
NIANI Sacramentalem pernegant cum Noua-
 tianis Vide *Luthero-c. p. 3. q. 93.*

PAPISTA. Affirmamus, ex & Insti-
 tutione Christi, Figuris Veteris & No-
 ui Testamenti, & Vsu doctrinaque Apo-
 stolorum: Vide in *Luthero-cal. p. 3. q. 93.*
 94. 95. Et in *Antichristo q. 37.*

2. Demonstrat idè Bell. l. 3. c. 5. ex Con-
 cilijs, & c. 6. 7. 8. 9. ex S. Patribus ordine
 sæculorum. Contra quos *Luthero-cal-*
uinistarum obstrigillatiunculas diluit i-
dem c. 11.

3. Ratio fauet. Nam quæ iuris sunt hu-
 mani, ea reperiuntur initium habuisse
 ab Concilijs vel Papa. At Irenæus, Ter-
 tul. &c. de iure diuino Confessionis pro-
 dentes omnia Concilia antecesserunt.
Item Confessio tam res difficilis est, vt,
nisi de eius iure diuino constitisset, ho-
mines adeo vniversi ad eam adigi ne-
 qui-

Fi

nequiuissent. Item Plurima illius utilitas est: Miracula eam certa approbant. *Bell. c. 12.*

QVÆSTIO XXI.

Vnctio infirmorum an sit proprie dictum Sacramentum?

HÆRESIARCH. VVALDENSES sub annum 1. teste *Aenea Syluio l. de Orig. Boem.* negarunt. Item *Albigenses*, apud *S. Antoninum p. 4. tit. 11. c. 7. §. 5.* Item *VViclefus*, teste *Tho. VValdensio. 2. de Sacram. c. 163.*

LUTHERANI quidam esse Ritum dant, Sacramentum negant. Alii cum **CALVINO** negant totum, ac irrident & dispuunt. *Luthero-cal. p. 3. q. 103. 104.*

PAPISTA. Tam confessã de hoc Sacramento semper veritas constitit, vt non nisi serò eam heretica impietas cõuellere ausa fuerit. Neque *S. Antiquitas* de illius Institutione vnquam mouit questionem; nisi nouitia schola Theologorum: Cui visum, eius Institutionem ex *Euangelistis* repeti oportere; vt quam *S. Iacobus* adeo fidenter præsupponebat. Sed hæc certa eius scientia fidesque non innitebatur verbo Scripto magis, quam cætera illius prædicatio; quam hausit ex Traditione Domini sic tradentis ac docentis, sicut à Patre acceperat. Eadem in fide Traditionis Ecclesia esse Sacramentum constanter tenuit; at Modum eius administrandi per vetustissimos *S. Canones* ac Concilia definiuit stabilem ac certum. Cætera in *Luthero-cal.* require.

QVÆSTIO XXII.

An ORDINATIO sit vere Sacramentum?

HÆRESIARCH. *I. SATAN*, hæresiarcharum Patriarcha est, de quo,

Ioan. 8. Homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia Veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprio loquitur; quia mendax est. Is vt degit vbi nullus ordo, sed horror sempiternus inhabitat: ita tum Ordinis, tũ Ordinationis in Ecclesia capitalis est hostis: Et ab eo omnes filij Belialis Inprimis hæretici: qui omnia promiscue peragi volunt in Ecclesia, nulla vel sex^o vel ordinis distinctione. Vnde notauit Tertul. de præscript. c. 41. per mulieres quoque procaces audent tingere, docere, exorcizare, & Ordinationes impendere. &c.

2. **SIMON MAGVS** talium primus, de quo *Petrus, Act. 5. v. 20. Plene omni dolo, fili diaboli, inimice omnis iustitie, non desinis subuertere vias Domini rectas* Solenne hæreticis semper fuit, *mulierculas circumducere oneratas peccatis*, Satanae prophetissas; eisque permittere Sacra & profana: Quin & Laicis Sacramenta submitunt. Nec mirum, cum apud eos nullus sit Ordo, sed horror, & Confusio Babel, & ataxia plusquam gentilis. Vide *Bzov. anno 44. §. 32.*

3. **LUTHERVM** sane Dæmonis vsum magisterio, ipse testatur *l. de privata Missa.* *Zvinglium* à nocturno spiritu, atro an albo, negationem Christi in Eu chanistia hausisse, ipse prodit. *Calu- num* vtriusque discipulum extitisse, gloriatur etiam *Caluinistæ*, teste *Decade 1. & 2. Reformati Euang.* *Sculcreti*, apud *Ex-regem* & *Expalatinum Fridericum V. summi* & *vtimi Prædicantis Caluiani Heidelbergæ.*

De his vera ne vox Domini? *Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis.*

Vel

Vel isthoc testatur, quod Inimici Crucis Christi, Sacramentum Ordinis execrentur, & ament ataxiam, hæreticis cunctis solennem ac perennem.

LUTHERVS *l. de Capt. Baby. Illyricus, Kenn. & c. negant S. Ordinem esse Sacramentum.*

CALVINVS *Inst. 4. c. 14. §. 20. & c. 19. §. 31. agnoscit Ordinationem esse vere Sacramentum: Scilicet explicat, quod alibi duo solum Baptismum & Cœnam asseruerit, velut omnibus communia.*

MELANCH. in Locis primò editis duo Sacra assignauit: At in secundo editis anno 36. 52. 58. adiecit Ordinationem vt verum Sacra. ac fensè probat. Sic & in *Apolog. Conf. Aug. art. 13.*

Sed quatenus accipitur pro Ordinatione Ministrorum: non autem pro Sacerdotio. & c.

PAPISTA. Ordinatio est propriè dictum Sacramentum; habens in Scriptura Riturum, Mandatum, Promissum. Vide in *Antichristo p. 3. q. 42.* Habens Traditionem perpetem Pontificum, Conciliorum, Patrum, & Theologorum consensum: Vt nullum vnquam agnorit Ecclesia ministrum altaris, qui Ordinationem ab Episcopo non accepisset orthodoxo. Solis propria hæreticis est Ataxia.

V. DE MATRIMONIO.

QVÆSTIO XXIII.

An Matrimonium sit vere Sacramentum?

HÆRESIARCH. SIMON Magus, Saturninus, Gnostici, Manichæi. & c. à Deo esse Matrimonium negabant; ideoque nec Sacramentum esse. Promiscuam igitur venerem inuehebant. Sic & Tatianus & Encratitæ Adamiani, Priscillianistæ, Apostolici, Albigenses: Testibus S. Patribus.

LUTHERANI item & CALVINIANI, non tollunt Matrimonium; sed negant esse Sacramentum: quod Symbolo seu Ritu careat externo, & Promissione gratiæ. Vide *Luthero-cal. p. 3. q. 107.*

PAPISTA. Esse propriè Sacramentum creditum constat ex & Institutione, & Traditione, in meo *Luthero-c. p. 3. q. 107. & 108.*

Et RATIO suadet. 1. Quia Matrimonium est vnus cum vna, & Insolubile vinculum. *Mat. 10.* Ergo est & Signum sacrum, & Conferens gratiam.

1. *Signum:* quia insolubilitas ea referri alio nequit, nisi in Christi & Ecclesiæ vñionem: quæ non erat apud gentiles aut Iudæos.

Vnde *1. Cor. 7.* ante baptismum matrim. est solubile.

2. *Gratiam confert,* vt necessariam ad durandum cum vna in eò vinculo indispensabili: in necessarijs autem Deus non deficit: Et *iugum Christi suauis est.*

Deinde Finis Matrim. est Propagatio sobolis cū educatione & Remediū peccati: Vtriq; opus gratia est. *Educationi & Institutioni liberorum piæ:* quia bestia prolificat; at nō instituūt; & infideles instituūt; sed nō ad salutē: hoc Christiani est coniugij: tū vt Ecclesiā augeant; tū vt similitudine Christi & Ecclesiæ respōdeant, iuuandū cūctos ad salutē. Matrim. quā *Remedium* est, eget gratia; quia vsu copulæ accenditur concupiscencia; gratia Dei est ei velut affusa frigida. *Adhæc S. Patres sanctissimis rebus matrimonium compararunt: Idque vnanimi consensu inter VII. Sacramenta numerarunt, ad que huc Græci in responsione ad Conf. Augustanam,*

FF 2

QVÆ.

QVÆSTIO XXIV.

An Fidelium Matr. Consummatum fit solubile quoad vinculum?

HERESIARCH. GRAECI Schismatici aiunt; hodieque soluant, teste Guidone *l. de her.*

LVTHERANI perinde ac CALVINIANI plures casus, causasque Solubilitatis comminiscuntur idemque multis suadent. Vide meum *Luthero-ca. p. 3. q. 113.*

PAPISTA. Vere Christianis Thorus aut Cohabitatio solui ob fornicationem potest; at Vinculum nunquam, nisi morte sola.

1. Sic manifesta Scriptura seu Evangelica *Mat. 5. Mar. 10. Luc. 16.* vt & qui dimittit, & qui dimissam duxerit, mechetur, seu Apostolica, *Ro. 7. & 1. Cor. 7.*

Vide *Antichristum p. 3. q. 45.* Ad hæc etiam dem veritas per singula S. Patrum sacula transiens ad nos vsque descendit.

In I. S. Clemens in *Constit. Apost. c. 48.* dimissam ducens excommunicat.

In II. Iustinus & Athenagoras in *Apologia ad Imp. Antonin. & Clementi Alexandr. l. 2. Strom. Adulterium est coniungi matrim. viuo altero ex separatis.*

In III. Marcioni obiciēti Christum Moyfi contrarium esse Tertul. *l. 4. m.* Marcionem solidum reponit Christi responsum.

In IV. Conc. Elibertinum can. 9. S. Ambr. Hier. Chryf. idem asserunt. Sicque innumeri cæteras ordine per rates, apud *Bell. c. 16.*

F I N I S

Genealogiæ Myfteriomachæ Luthero-caluinianæ.

DEO, Deiparæ Diuisque Laus & Gloria: Amen.

GENEA-



GENEALOGIA CHARITOMACHIAE LVTHERO-CALVINISTICÆ,

Hoc est,

Gratiam Oppugnantis:

sive

PARS IV.

De Gratia & Iustificatione.

QVÆSTIO I.

*An Adam fuerit cum aliquo supernaturali
dono conditus?*

HÆRESIARCH. PELAGIVS anno 410.
mortuo Ruffino Aquileiensi presbyte-
ro, in Sicilia, librum Xysti philoso-
phi etnici verit, & S. Xysto Papæ
Martyri adscripsit, S. Augustini, plu-

riumque deceptor, donec ab S. Hieron. proderetur
anno 411. Ob hæreses ad Conc. in Palaestina citatus,
eas dolose coram 14. Episcopis ciurans, effugit dam-
nationem, anno 415. Recitat Eas Bzouius ibidem.
Mox ad vomitum reuersus, ab S. Hier. & August.
confutatur, & anno 416. in Conc. Mileuit, & Car-
thag. condemnatur. Appellâs vero ad Papam an. 417.
rursus damnatur, & ab Honorio Imp. proscribitur. Is,
in cæteris, finxit, hominem esse conditum cū solis natura
libus facultatib. & nullo cum dono supernaturali. Ideo-
que per Adæ peccatū nihil hominem perdidisse: & ho-
die nos tales nasci, quales erant conditi protoplastæ.

Ff 3

Lv-

LUTHERANI, & Iuxta CALVINIANI nulla dona supernaturalia in homine primo extitisse contendunt: deteriorem tamen ex lapsu euasisse eò, quod naturale quid perdidit: in primis verò Liberum arbitrium. Vide Luthero-cal. p. 4. q. 1.

PAPISTA. *Fecit Deus hominem Rectū, Eccl. 7. cum originali iustitia: Addiditque ei gratiam gratum facientem sic, Vt nō egeret gratia speciali, qua ad vel bene operandum, vel cauenda mala, excitaretur: quæ omnia vnum fuerunt donum supernaturale. De gratia gratum faciente definierunt Conc. Arausicanum 1. can. 19. & Trid. sess. 5. ex S. Scriptura & S. Patrum Consensu. Bell. c. 3. Non egebat excitante gratia; quod nulla rebellione retardabatur, vt nos, stante appetitu sub ratione, & hac sub Deo obediēter. Vnde S. Aug. 1. de bono perseuer. c. 7. Perseuerare in bono, resistere tentationi, seruire mandata, non peccare. &c. Hoc non est in viribus liberi arbitrii, quales nunc sunt: Fuerat in homine, antequam caderet, sc. ex gratia prima originali, non ex natura: Et ipsa ea gratia fuerat in arbitrio eius vt vteretur illa, vel non, pro vt veller. Gratia ei non deerat; deerat ipse sibi, quia sic voluit. Vnde S. Augustinus l. 14. Ciu. c. 27. gratiam fuisse Adamo, vt cibus est nobis: quo, si volumus, vtimur; si nolumus, non vtimur. Sic & Theologi, in 2. dist. 24. a. 4. Hęc de donis animæ.*

QVÆSTIO II.

An homo potuisset mori, si non peccasset: idque naturaliter, an supernaturaliter?

HÆRESIARCH. PELAGIANI affirmabant, teste S. Aug. 1. de har. c. 88 moriturum, etsi nō peccasset. ALII negant moriturum fuisse; vt cui Immortali-

tas fuerit naturalis, non supernaturalis, r. Quia Aug. 13. Ciu. c. 15. ait: *Corporis mortem nobis, non legemur, sed merito iniustam esse peccati.* 2. Iniustitiam Deo habuunt, qui asserunt morteros fuisse homines, et non peccasset: quia si mors homini naturalis est, sine iniustitia Dei moreretur, vt bruta.

AVTOR. I. Mors est pœna peccati. Sic Gen. 2. *Quocunque die comederis, morte morieris:* Morte animæ, aiebant Pelagiani. At contra Augustinus: Morte corporis dictauit Iudex Deus reis, Gen. 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteris:* etq. & eandem eis minatus est Gen. 2. Vnde Symmachi versionem laudat S. Hieronymus illam: *Quocunque. & c. mortalis est.* Mortem etiam animæ peccatrici intelligi nil obstat: quia anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.

2. Deus mortem non fecit. Quia, Sap. 1. *Deus creauit hominem inextinguibilem, inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem.* 1. Cor. 15. *In Adam omnes moriuntur.* Sic & Conc. Mileuitanum can. 1.

II. Immortalitas corporalis protoplastis fuit supernaturalis, nō naturalis. Ira S. Patres, S. Aug. 1. 6. in Gen. adit. c. 15. &c.

DICO AD I. Lex naturæ non lapsa erat iustitia originalis, non hæc infligens mortem, sed arcebat.

AD II. Si homo fuisset in puris naturalibus conditus, mori sine iniustitia Dei potuisset: at erat conditus cum gratia ei superaddita, quam Dei benignitatem quia spreuit, debitam incurrit mortis pœnam.

QVÆSTIO III.

An omnia peccata sint Aequalia, aut Mortalia?

I. **HÆRESIARCH. IOVINIANVS**, teste S. Hier. l. 1. c. 18. vitam asperam mutavit in epicuræam. Hæresiarcha fit horum errorum, teste S. Hier. ibi. l. 2.

1. Virgines, viduas, maritatas eiusdem esse meriti.

2. Plena fide tenatos in baptismo subuerti ab diabolo non posse.

3. Inter abstinentiam ciborum, & perceptionem eorumdem cum gratiarum actione, non esse discrimen.

4. Vnam ac parem omnium, qui suum baptisma seruat, esse remunerationem in cœlis.

5. D. Ipiram post partum esse Virginem desisse. &c. Anno 390. damnatur Romæ ab Siricio Papa, & huius auctoritate ab Sancto Ambrosio in Conc. Mediolanensi, simul ab Theodosio Imp. proscribitur, ab S. A. g. & Hiet. refutatus.

Idem in cæteris docuit, peccata omnia esse paria.

II. **PELAGIVS** teste Hier. & Aug. de har. c. 88. statuit, quod licet peccato gratiam auertit, ideoque omne peccat. esse mortale. Quia autem iustos esse aliquos negare nequibat, assererat. Possit hominem hæc in vita abque omni peccato vivere.

LUTHERVS & **CALVINVS**, eorumque sequaces quatenus Iovinianizent ac Pelagianizent, liquet infra quæst.

CALVINVS pertendit, Electis quantacumque peccata, nulla esse mortalia, ob persistentem fidem; quæ accepta semel, perdi non queat: Ideoque iustis peccata nocere nihil.

Reprobis vero quantulacumque peccata esse mortalia: quod fide careant, ab eis nunquam vere accepta.

PAPISTA. Refutauit in *Luthero-cal.* p. 4. q. 23. In *Antichristo* p. 4. q. 34.

Vnde S. Prosper ad Genuen. *Credendo Adam diabolo, non credidit Deo. &c. Omnes igitur, quod Adam perdidit, perdidit.* &c. Et quomodo in quoquam filiorum eius inueniretur, nisi eam idem spiritus, qui omnia in omnibus operatur, infunderet?

2. Dauidem Aug. in Psa. 50. sic loqui facit: *Desperarem de meo tam lethali vulnere: nisi tantum medicum reperirem.*

Ambr. l. de Apolog. Dauid. c. 16. *Ideo liberari se à sanguinibus, hoc est, à peccatis mortalibus postulant.*

3. De Petro S. Aug. traçt. 66. in Ioa. *Quanta vita est confiteri Christum; tanta mors est negare Christum.* Itaque prædestinati Adam & Petrus, iustique peccando lethaliter facti sunt iniusti, ac etiam fidè perdidit, quam habuerant.

QVÆSTIO IV.

An Deus dici possit autor peccati?

HÆRESIARCH. I. SIMON Magus, teste Vincent. Lyren. comment. aduersus vocum nouit. aiebat: Deus eam nobis dedit naturam, quæ non possit non peccare.

II. **GERDON**, apud Tert. l. de præscript. **MARCION**, teste Iren. l. 1. aduersus har. c. 29. **MANICHÆVS** apud Aug. de har. c. 49. **PRISCILLIANVS**, teste S. Leone epist. 93. c. 6. **ALBIGENSES** apud S. Anton. in Theol. Summa p. 4. tit. II. c. 7. §. 5. duo rerum Principia summa fingeant, Corporum Malum, Spiritualium Bonum. Peccati causam in Deum non bonum referebant.

III. **FLORINVS** anno 179. Ro. Ec. Presbyter, Valentianæ hæresios propagator, discipulusque Montani, & plusquam hæreticus, ait *Cæsarian. l. 5. hist. c. 20.* docebat ipsum verum Deum verè causam peccati esse.

IV. **SELEVCIANI**, teste Aug. l. de har. c. 59. aiebant, Malum ali quando esse à Deo, aliquando à materia.

V. **LIBERTINI** (apud Caluinum l. de Instr. contra Libert. & Epist. ad Rotomag. contra Francisc. Libert.) orti ab Coppino, & Quintino Sutoribus Flindris, docuerant ista: 1. Peccatum nihil esse, præter falsam opinionem: cū Deus omnia faciat, & nil facere mali possit. Itaque mechos, homicid. s. &c. reprehendi non oportere: quod sit hoc Deum reprehendere. 2. Regenerationem esse depositionem conscientie: itaque Pœnitentiam esse profite ri se nil egisse mali. Et sic hominem posse ad summam redire innocentiam. 3. Christum nil esse, nisi Compositum quid ex Dei Spiritu, & Opini one: Mortuum, cum aboleuit opinionem peccati: Resurrexisse, cum docuit nos esse ipsum Dei Spiritum. 4. Ad omnem Religionem simulare, & se assimilare licitum. 5. Scripturam esse nihili, Spiritum verò cuiusque audiendum solum.

Hos ex Caluino procreatos sequentia docent, tametsi dein eos stylo infestauit: sicut & Lutherus ortos ex se Anabaptistas & Sacramentarios.

Lv-

LYTHERVS, in *assert. art. 36.* ait: Neminem habere in potestate, ut cogitet bonum vel malum.

MELANCHT. in *Rom. 8.* ait: Sic est opus Dei Iudæ proditio, ut Pauli vocatio. Sed uterque cantarunt in hoc palinodiam.

CALVINVS, ZVINGLIVS, Beza. &c. afferunt, 1. Deum ab æterno prædestinasse peccatum Adæ.

2. Et omnia omnium peccata:

3. Impelli diabolum à Deo, ut ad peccandum homines inducat.

4. Deum operari nobiscum actus nefandos, non ut causam vniuersalem solum; sed ut particularem: esseque nos instrumenta Dei Actiua peccatorum; Passiua, Operum vitiorum.

Vnde colligi necesse, Deum esse simpliciter autorem peccatorum; idque verè & propriè solum, non homines.

Quæ docentur ex ipsis in *Luthero-cal. p. 4. q. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

PAPISTA. Ista singula singulè sunt, impiæque blasphemix.

RATIONES. I. S. *Anselmi l. de lib. arbit. c. 8.* Iusta voluntas hominis est ea tantum, quæ vult, quod Deus eam vult velle; iniusta, quæ vult, quod Deus non vult eam velle: Ergo, si Deus vellet hominem peccare, vellet eum velle, quod nollet eum velle.

At hoc implicat. Non ergo Deus potest id velle; min⁹ autor fieri, imperare, impellere.

II. RAT. S. *Fulgentij l. 1. ad Monimum, c. II. 22. 23.* Omnes viæ Dei Misericordia & veritas, *Pf. 21.* adeo nihil est in Deo vel à Deo nisi plenum rationis: ratio autem excogitari nequit, cur velit Deus, faciatue peccare homines: non igitur vult, aut facit.

Cur autem ex iniusto iustum faciat,

ratio est eius Bonitas. At è contra, ait Fulg. *ibid.* *Iustitia iusta non erit, si puniendum reum non inuenisse, sed fecisse dicatur. In iustitia esset, si lapsus tribuat poenam, quem suam prædestinasse dicitur ad ruinam.*

Pulcrè S. Aug. 3. *Confess. c. 2.* *Maleuola benevolentia foret, si quis miserum esse velit, ut ei misereatur.*

Præsertim, cum, *Eccl. 15.* *Non sunt Deo necessarij impij.*

III. RAT. S. *Augustini lib. 8. q. 9.* Insipientem non cadit, facere alium deteriorem: ergo minus in Deum, ut Sapientissimum.

Deinde Deficere est ab Esse tendere ad non esse: Deus autem est quod est, ergo deficere ad Deum pertinere nequit; proinde nec Peccare, quod est deficere.

IV. RAT. Deus vult eradicari malitiam, eamque vetat, punit: Christus venit ut tollat peccata, dissoluat opera diaboli: non igitur incitat ad operandum male.

Ita *Sanctus Ambrosius libr. 1. Hexam. cap. 8.*

V. RAT. *Pro. 12.* *Erant, qui operantur malum.* Et 3. *Eth. c. 1.* *Omnis malus ignorans.* Ergo Deus non potest cum peccatore malum operari.

VI. RAT. Marcion, Manichæus. &c. statuentes Deum operari in homine malum, fuerunt semper execrabiles: ergo pariter Libertini & Calvinistæ idem asserentes.

QVÆSTIO VI.

An sit aliquod peccatum Originale?

HÆRESIARCH. I. PELAGIUS, teste S. Aug. l. de pec. Orig. c. 16. Ep. l. de pecc. mer. c. 2. Ep. l. de har. c. 88. finxit; Peccatum Adæ soli nocuisse, non posteris: nascique homines sine & virtute & vitio; mori verò naturaliter: nam & Adamum fuisse moriturum, etsi non peccasset. In Synodo Palæstina hanc hæresin eiuravit: seiscitantibus dein discipulis eequi damnasset doctrinam suam respondit: intellexi, pec. orig. posteris nocuisse Exemplo seu imitatione; non Propagatione, infantes vero nasci non qualis Adam erant; quod careant lib. arbitrii usu, sintque præcepti incapaces.

II. PELAGIANI postea finxerunt, Mortem corporis trahi ex Adamo per generationem; non tamen peccatum, seu mors animæ Teste S. Aug. l. 4. contra Pelag. c. 2. 4.

III. ALBIGENSES, teste S. Anton. p. 4. tit. n. c. 7. §. 5. Et antehos Petrus Abailardus, teste S. Bern. epist. 188. Christum fecisse omnia solum, ut nos verbo & exemplo doceret; quia solum nocuit Adam exemplo: Infantes, ut instructionis & exempli incapaces, nec in Adamo perisse; nec per Christum saluari. Itaque Pelagianos secuti sunt; non Pelagium.

ANABAPTISTÆ, propago Lutheri, sentiunt cum Pelagio: ZVINGLIUS & Erasmus &c. cum Pelagianis. Vide Lutheo-caluin. parte 4. quæst. 14.

PAPISTA. Et vere peccatum originale.

Quia Rom. 5. *Sicut per unum hominem pec. &c. & mors in omnes*: at hoc esse Actuale nequit; cum etiam infantes moriantur.

DICUNT Zvvingl. & Anabaptista:

1. Per unum cæpit esse pec. actuale.
2. Peccatum metonymice dictum, sc. Concupiscentia;
3. Intrauit Imitatione, non Generatione. Vnde Erasmus sic vertit: *Propter unum hominem &c. In omnes homines mors peruasit &c. Quatenus omnes peccauerunt.*

Ad I. Per Angelum cæpit actuale pec. ante Adamum; in quo, I. Cor. 15. *omnes moriuntur*. Iam ut mors in mundum intrans non fuit solius Adæ, sed est omnium; ita & peccatum eius est omnium.

Ad II. Causa peccati, homo: mortis, peccatum est reale: Hoc a. non est con-

cupiscentia seu fomes peccati; quia non fomitis, sed peccati stipendium mors, Ro. 6. Et Ezech. 18. *Anima, que peccaverit, ipsa morietur*. Et Deus non dixit, *quacunque die pronus fueris, sed comederis &c.*

Ad III. Pauli scopus erat probare, Omnes vocatos ad gratiam esse; quia omnes peccauerunt in Adam origine ipsa: *Sicut in omnes ab uno mors pertransit*. Nam *sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: Sic per unius iustitiam in omnes homines in Iustificationem*. Atque ita locum istum capi oportere definiuit Conc. Mileu. quod, ut particulare, superbe rejicit Erasmus, loci deprauator. Vide Bell. l. 4. c. 3. &c.

QVÆSTIO VII.

Qualis Origo sit animarum humanarum?

HÆRESIARCH. Gnostici, Manichæi, Priscillanista, teste Aug. l. de har. c. 6. 46. 70. cum Stoicis opinabantur: Animas esse particulas substantiæ Dei. Proinde nec proprie creati; nec ab parentibus traduci; sed à Deo inspirati.

SVADENT isto, Gen. 2. *Inspiravit in faciem eius spiritum vitæ*. Itaque ex Spiritu suo Deus spiritum animæ produxit.

PAPISTA. Hæresis hæc damnata est in Conc. Bracarensi l. c. 5. Quia substantia Dei est immutabilis, & inuiolabilis. Mat. 3. Ps. 101. Iac. 1. Anima vero est mutab. & violabilis, cum possit ex bona fieri mala; & contra: possitque puniri.

DICO. Deus trifariam producit Spiritum:

1. Ex substantia sua: Vt Sp. S.
2. Ex nihilo: ut Angelos:
3. Ex materia creata; ut animas bestiarum. Anima humana non est producta

G g mo.

modo primo; quia est mutabilis: Non tertio; quia non est materialis: Ergo tertio.

II. HÆRESIARCH. ORIGENES l. i. πρὸς Ἀγγ. c. 7. cum Platonis statuit: Animas humanas ex nihilo creatas à Deo simul cum Angelis: At fastidientes cælestium, amore terrenorum, in carcerem corporis detrusas.

SVADENT Origenistæ istis. 1. Pl. 114. Revertere anima in requiẽ tuam. 2. Pl. 118. Prius, quam humiliarer, ego deliqui. 3. Pl. 141. Educ de custodia animam meam. 4. Ioan. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

PAPISTA. Error hic damnatus est in Conc. Bracarenfi l. c. 6. & à S. Leone, & S. Patribus; in primis à S. Cyril. Alex. l. 1. in Ioan. 9. argumentis XXIII. expugnatur. RATIO: Quia sequerentur absurda complura.

1. Ut improvide Deus occidisset impios, seruassetque pios, ut in diluuiio, Sodomis, mari rubro. &c.

2. Gratias deberemus Satanæ, quod mortem procurasset qua carcer reseratur: nullas Christo, mere nti nobis corporum resurrectionem.

3. Prolificare non foret benedictio Dei; nec gratia foret, seruari in periculis mortis, resuscitari.

4. Iniq; iuberentur occidi malefici.

5. Multæ Scripturæ forent falsæ. Vide in Antichristo p. 4. q. 12.

Dico Ad I. Gratiarum actio est ea pro discussa tribulatione, & quiete animæ reddita; & spe beatæ quietis.

Ad II. De paterna castigatione accidentaria loquitur: nõ de origine animæ.

Ad III. Literaliter agit de sua latebra speluncæ dum fugeret Saulem: Spiritualliter corpus aggrauat animam.

Ad IV. Venit in mundũ, qui creatur.

III. RABBINISMVM vide in Luthero-cal. p. 7. 15. refutatum.

IV. HÆRESIARCH. APOLLINARIS, & Luciferiani, teste Aug. de bar. c. 81. Tertulianus; Animas immortales, quam corpora ab parentibus trahi.

SVADENT istis. 1. Gen. 46. Omnes animæ, quæ erant fuerunt de femore Iacob, fuerunt 66.

2. Christus & Leui erant in lumbis Abrahamæ, cui hic decimas offerret Melchisedech: at, Heb. 7. Leui fuit decimatus tunc, non Christus; ergo Christus antea fuit in Abrahamo, quam Leui; sc. Leui corpore anima; Christus solo corpore: ideo nec traxit patris in genera tione.

PAPISTA. Error hic reicitur Theologis apud D. Tho. 1. q. 118. a. 2. q. 2. dist. 17. 18. tractis 1. Scripturis: Vide in Antichristo p. 4. q. 12.

2. Traditio est Ecclesiæ per ordinem S. Patrum apud Bell. l. 4. c. 11.

3. Ratio eumcicit ex principijs fidei.

1. Quia Animæ hominum sunt immortales; quia per se subsistunt, nec dependent à corporibus; ut bestiales. Quæ autem per se subsistunt, & per se producuntur, non ad productionem & extinctionem alterius, ut bestiales. Quæ per se producuntur, non fiunt ex propagatione, sed ex nihilo fiunt; ut humanæ animæ: sin; non forent immortales.

2. Quia si anima producit ex corpore: ergo foret corporalis & mortalis. Si ex patris anima tota: ergo pater post generationem careret anima. Si ex parte animæ; ergo anima esset partibilis, & eoque corporalis ac mortalis.

Si ex Semine corporali: ergo & anima foret corporalis: Si ex Semine spiritali substantiali; sic redit prior diuisibilitas animæ.

Si ex accidentali; sic semen animæ non erit materia, sed instrumentum agentis; at est materia.

Vnde

Vnde ergo Forma; quæ est Anima, vt definiuit Conc. Lateran. sess. 8.

DICO AD I. Scriptura animas ponit pro hominibus, partem pro toto, vt 1. Reg. 28. Samuel apparuit, cum sola fuerit anima, Leu. 5. Si peccauerit anima. &c.

AD II. In lumbis Abrahamæ fuit Christus secundum materiam carnis; non secundum rationem seminalem: at Leui secundum vtrumque, Christo n. fuit mater ex Abrahamo; at non Pater.

AD III. Deus cooperatur acti oninaaturali; non vitio voluntario fornicantis. Vt ait S. Hier. l. 3. Apolog. contra Rufinum: cooperatur semini sparso, licet per furtum sublato.

SENTENTIAS alias duas repete ex *Luthero-calp. p. 4. q. 5.* reiectas: vnde fortiter infertur veritas de Traduce peccati originalis.

QVÆSTIO VIII.

Decedentium sine baptismo POENA an sit mors æterna?

HÆRESIARCH. I. Vincentium refutat S. Aug. l. 1. de origine animæ, c. 9. & l. 3. c. 13. quod assereret esse beatos paruulos decedentes absque baptismo. *Zwinglius*, *Bucerus*, *Martyr*, *CALVINVS*; aiunt, Fidelium filios saluari, certum esse, Probabile, & Insuper delictis; ait *Zwinglius*; vi reparatæ per Christum naturæ.

II. PELAGIANI, teste Aug. l. de hæc. c. 88. *Esti non baptizentur, promittunt eis, extra regnum Dei quidem; sed tamen æternam & beatam quandam vitam suam: sc. beatitudinem naturalem.* Sic ferè & *Catharinus*, & *Pighius* docuere. Liqueat in *Luthero-calp. p. 4. q. 24.*

PAPISTA. Tales paruuli absolute sunt damnati. Est de fide; sic definiuntibus Concilij, Papis, Patrib. & Theol. Et Conc. Palæst. nam coegit Pelagium suam hæc. esin contrariam anathematizare. S. Aug. l. 1. de Orig. animæ. c. 9. *Non baptizatis paruulis nemo promittat, inter dam-*

*nationem, regnumque cælorum, felicitatis cuiuslibet quasi medium locum. Hoc enim eis hæresis Pelagiana permisit. Idem l. 1. de pe. mor. c. 34. Quid in paruulo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Et tali sub tyranno decedunt non baptizati. Adde quod ibidem Sanctus Augustinus non fuit ausus pronunciare de paruulis sine baptismo morientibus istud: *Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille.**

QVÆSTIO IX.

An SUFFICIENS Auxilium detur omnibus ad salutem?

HÆRESIARCH PELAGIANI, teste Aug. l. contra *epist. Pelag. c. vlt. & Ep. 106. 107.* *Epist.* asserbant, Gratiam omnibus paratam esse; & quemque eam potest expetere & excipere solis lib. arbitrii viribus; sine alia gratia præueniente.

LVTHERO-CALVINISTÆ, vt *LVTHERVS* in *assert. a. 36.*

CALVINVS *Infl. 3. c. 22. §. 10. & c. 24. §. 13. 16.* constringunt contrarium: sc. multis deesse auxilium Sufficiens ad salutem; vt Reprobis ab æterno.

PAPISTA. I. Conc. Arauficanum damnauit Pelagianos. Quia Ph. 2. *Vobis donatum est, vt in illum credatis: non ex viribus arbitrii habent.* Rom. 12. *Vnicuique diuisit Deus mensuram fidei: nemo suo opte arbitrio acquisiuit.* Vide *Luthero-c. p. 4. c. 31.*

II. Auxilium sufficiens omnibus datur pro loco & tempore. Quia Pf. 24. *Vniuersa via Domini misericordia & veritas.* 1. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non solum a nostris, sed et totius mundi.*

III. Sufficiens tamen auxilium resurgendi à peccato non adest omnibus sepe & ubiq. Querit S. Aug. l. 4. in Iulian. c. 8. *Cur non conuertit Deus omnium Nolitium voluntates? Respondeo: Cur non oēs mortuos adoptat inuacro regenerationis Infantes?*

Gg 2

IV. A. 1

IV. Ad deuitanda tamen peccata semper omnibus, & vbiq; adest auxili-um sufficiens, mediate vel immediatè. Vnde S. Leo ferm. 16. de Pass. Dom. *Iuste instat præcepto, qui præcurrit auxilio.* Plura in Lutherocal. p. 4. q. 31.

QVÆSTIO X.

An vlla in nobis sit causa Prædestinationis?

HÆRESIARCH. PELAGIANI, teste S. Aug. l. 2. ad Benificium, c. 8. & S. Prospero l. contra Collat. c. 6. fingeant;

1. Gratiam secundum merita nostra dari, id est, secundum quodlibet opus bonum. Gratiam verò eam omnibus ex æquo offerri: in arbitrij autem potestate esse oblatam acceptare, aut respuere. Sicque adscribendam salutem partim Offerenti Deo, partim Recipienti homini.

2. Deum, prout præuidit homines gratiâ receptâ bene, maleue vsuros; ita eos destinasse ad maiorem seu Gratiæ gradum, & gloriam: seu gratiæ subtractionem & damnationem.

ORIGENES finxit Omnium hominum animas simul in cælo creatas, has peccasse, illas non: sicque sortitas corpora Deum iuxta merita destinasse vitæ, aut mortis: Sub iudicium extremum tamen & Reprobos saluandos fore: quin & cacodæmonas. Virosque damnauit Ecclesia.

CALVINISTÆ asserunt, solam *Eudoxiav* Deum mouisse ad Electos eligendos: deoque Absolutam Voluntatem Dei solam esse causam impellentem Electionis: tum & Reprobationis: Non fidem, vel quodlibet opus.

Sic directe aduersantur Pelagianis bene; sed intelligunt malè.

SVADENT Pelagiani istis. 1. Mat. 20. *Voca operarios, & redde ijs Mercedem.* Mat. 25. *Venite benedicti. & c. esuriui. & c.* Ita promerenda est salus destinata.

2. Mat. 25. *Vni dedit quinq; talenta: & c. vnicuique secundum propriam virtutem:* Ergo vt gratia datur, sic fit & prædestinatio secundum cuiusque virtutem.

3. Ratio. Electio prærequirit disparitatem:

in eligendis: at hæc est ex operibus: ergo.

4. Deus prior est ad miserendum, quam puniendum: cur ergo non aut plures, aut omnes prædestinat?

Ideo sc. quia prædestinatio pendet ex libero arbitrio nostro: quod opponit impedimentum.

PAPISTA. Prædestinationis causa nulla est in nobis: sola, & tota in Deo est, ita volente.

Potest autem prædestinatio dupliciter considerari:

1. *In se:* Et sic nihil est causæ in prædestinato; sed in solius prædestinatorum voluntate, quæ à nulla causa pendet stat omne.

2. *Quoad Effectus:* & sic est aliquid causæ in prædestinato.

DICO AD I. Bona opera præuisa sunt causa, viâ Executionis nostræ: & via Intentionis diuinæ, non sunt.

Neque voluntas finis in eludit voluntatem mediorum. Vnde soluitur prototum hoc: *Si sum prædestinatus, saluabor, quomodocunque viæ ero.*

AD II. Talentum significat gratiam, quæ datur cuique secundum suam dispositionem mouente Sp. Sancto factam; non vi liberi arbitrij.

Vel talentum est gratia gratis data ad cuiusque modulum naturalem.

AD III. Electio ipsa facit disparitatem inter eligendos.

AD IV. Sicut non datur causa ex parte nostra, cur Deus hos prædestinet, & non illos: ita nec, cur non omnes prædestinentur. Deinde ait S. Thomas in bonis maioribus pauciores sunt, qui assequuntur finem.

QVÆSTIO XI.

An DEVS sit liberi arbitrij?

HÆRESIARCH. PHILOSOPHI, vt Aristoteles, docuerunt Deum ex necessitate agere. Abailardus, teste Tho. V. Vald. l. 1. doct. fidei. c. 10. docuit Deum non posse facere, nisi quæ facit. Sic & **WICLEFVS**.

LVTHERANI & CALVINIANI sentiunt idē: Vide in *Luthero-cal. p. 4. q. 38.*

PAPISTA, Natura dictauit Philosophis hominem liberi esse arbitrij; quāto magis Deum; cuius ad imaginem creatus est homo? Nullam vero incumbere Deo necessitatem obiectiue ab re vlla creata; nisi absolute ab se ipso; vt cuius Velle est Esse Dei; ac proinde necessarium; asserunt S. Patres: vt S. Ambr. l. 2. de fide, c. 3. *Hæc operatur vnus idēq; spiritus S. diuidens singulis prout vult, i. pro libero voluntatis arb. non pro necessitatis obsequio.* S. Greg. Nyss. l. de Fato. c. vlt. *Voluntatem Dei seruire necessitati, non fas est dicere. Etenim necessitatis est Conditor.* Infra: *Omnipotens neque natura necessitate, neque legis præscripto operatur: sed sunt illi omnia contingentia, etiam necessaria.*

RATIO S. Hieron. Chryl. Theoph. Quia Multa Deus operatur præter ordinem naturæ, vt miracula: at si operaretur ex necessitate naturæ, semper eodem modo operaretur: ergo libere operatur, Vide *Luthero-cal. p. 4. q. 38.*

QVÆSTIO XII.

An homo sit lib. arb. in operibus naturalibus ac ciuilibus?

HÆRESIARCHÆ cū plures id negarunt, & anathematizati sunt. Vt Simon Magus, teste S. Clem. l. *Recognit.* Bardesanes sub annum 170. ait Aug. l. de har. c. 35. Mahomet annis 100. post, teste S. Hier. in præfat. dialog. contra Pelag. Priscillianus sub annum 390. ait Aug. ibid. Istos damnante S. Leone epist. 91. & Conc. Braacaracensi. Abailardus sub annum 1100. VViclefus.

LVTHERVS & Melanchthon principio item negarunt: postea cantatâ palinodia affirmarunt.

CALVINVS verò eam sequaculis pernegat. Vide in *Luthero-ca. p. 4. q. 40.*

PAPISTA. Homo in cunctis naturalibus ac ciuilibus negotiis est purè liberi arbitrij absque omni & Coactione & Necessitate interiore ab natura, seu Deo, geniove alio. Docent id Scripturæ multiplices in meo *Antichristop. 4. q. 23.* Item Traditio continua, & damnatio hæreticorum. Item S. Patres. Vnde S. Hier. vbi supra: *Manichæorum est hominum damnare naturam, & liberum auferre arbitrium.* S. Iren. l. 4. c. 72. *Si non in nobis esset, facere hæc, aut non facere; quam causam habebat Apostolus, & Dominus consilium dare, quæ facere, à quibus abstinere oporteat.* Clem. Alex. l. 1. Strom. *Sed nec laudes, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia iusta essent, si anima non habeat liberam potestatem.* &c. Vide *Bell. l. 4. c. 9. & Rationes, c. 10.*

QVÆSTIO XIII.

An possit solis natura viribus cognosci verum: Morale, & Bonum Morale agi?

I. HÆRESIARCH. PELAGIANI, sub annum 416. dicebant rectè, Legem Dei, in Veteri ac Nouo Test. scriptam esse Donum Dei: at affingebant, seruati eam solis naturæ viribus posse, eam auxilio Dei Generali.

CALVINISTÆ prorsus affirmant idem. Vide in *Luthero-ca. p. 4. q. 42.*

PAPISTA. Aliquod verum Morale potest cognosci naturaliter solum cum auxilio Generali: At veritates plures, grauiores, aut omnes requirunt Speciale.

Vnde Concil. Mileuitanum anno eodem damnans Pelagianos ait can. 4.

Gg. 3;

Do--

Donū Dei est, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus subaudi, In rebus ad salutem pertinentibus. Sic & Conc. A-rafricanum; & S. Patres S. Hier. ep. ad Algasiam q. 8. *Lex, que in corde scribitur, omnes continet nationes; & nullus est, qui hanc legem nesciat. Vnde omnis mundus sub peccato est, & omnes prauaricatores legis sunt.* Aug. in Pl. 57. *Hoc, quod tibi non vis fieri, ne feceris alteri; antequam lex daretur, nemo ignorare permissus est. ut esset, vnde iudicarentur.* Rationem adfert S. Prosper lib. contra Collat. c. 22. *Quis ambigat, hinc sapientiam humano generi ad temporalis vite utilitatem, ex natura à Deo condita superesse reliquijs; Si enim ad ista terrena ordinanda rationalis animi non vigeret ingenium, non vivata esset; sed extincta.*

Demum Pharaonis cor induravit Dominus, id est, speciale auxilium ei negabat; & tamen, Exo. 9. cognoscens verum morale ait: *Peccavit Dominus in istis; ego & populus meus impij.*

II. HÆRESIARCH. PELAGIANI asseruerunt, solis lib. arb. viribus hominem posse omnia moralia præcepta implere, tērationes vincere, mala declinare, agere bona; id quod, sine vlla gratia Dei; Teste S. Aug. l. de her. c. 88.

LUTHERO-CALVINISTÆ contra, sic extenuant vires arb. lib. ut penè extinguant: Negantque posse ex ijs, quicquam boni moralis agi, sine Fide iustificante, gratiaque speciali, quod omnia opera sint peccata. Limitant id quidam, posse aliquam impleri legem, Verbi gratia de non occidendo. &c. quoad opus externum; at non quoad internum cogitatum.

PAPISTA. Omnia præcepta moralia, quoad substantiam operis, longiore tēpore nemo potest implere solis naturæ virib. Vide Luthero-c. p. 4. q. 43. 44. 45.

QVÆSTIO XIV.

An sine speciali gratia possit CREDI, An appeti aliquid ad salutem pertinetens?

I. HÆRESIARCH. PELAGIVS Vitum que affirmavit. PRIVS. Sola naturali intelligentiā, speciali auxilio, omnia Fidei mysteria capi, credi, que posse. 1. Quia pagani & hæretici credunt aliquid. 2. Quia res factæ, rationem excedentes, sine speciali creduntur auxilio: ergo potest & veritas aliqua. 3. Quia dei articuli tot sunt confirmati testimonio, ut certum omnium iudicio credi oportere. Ergo alio minus auxilio.

PAPISTA. Negat; Sicut Oportet, credi posse. 1. Quia Ioa. 6. *Nemo potest venire ad me, id est, credere, nisi Pater meus traxerit eum.* Phi. 1. *Vobis donatum est, non tantum ut in illum credatis, Act. 14. Aperuit Dominus ostium fidei.*

2. Ratio. Quia Ecclesia orat pro conversione.

3. Alias sequeretur, Initium salutis esse ex nobis. Demum nullum opus primum à nobis solis inchoari, perficique potest: ergo nec Credi.

DICO AD I. Credunt aliquid, sed non SICUT OPORTET, sc. ex parte obiecti, Dei; subiecti, absque dubitatione, & ex affectu pio subiectionis sui.

AD II. Donum est ex integra causa malum si ex vna, sat est.

AD III. Sic humana fide creditur, non Diuina, quæ ob Reuelantem Deum credit, non tam ob Modum reuelationis.

II. POSTERIVS. HÆRESIARCH. PELAGIVS. Sola humana voluntate potest desiderari, ac peragi quicquid pertinet ad salutem.

SVADEBANT istis, 1. Facienti quod in se est, Deus gratiam non negat: ergo ad hanc suis viribus se preparare potest.

8. Ad. 10. Centurio per eleemosynas promeruit in
fuiti a Petro.

3. Possunt naturæ viribus moraliter bona fieri: at
hæc sunt quædam dispositio ad diuiniora.

4. Homo naturalem habet inclinationem ad dilige
dum Deum, vt Autorem naturæ.

5. Homo potest creaturam diligere super omnia:
ergo & Creatorem.

PAPISTA. I. Sine specialiauxilio
non potest homo quid velle aut facere
pertinens ad salutem.

1. Quia Isa. 65. *Inuentus sum à non que
rentibus me* Luc. 19. *Venit Filius hominis
Quærere, & saluum facere, quod perierat.* Io.
an. 15. *Sine me nihil potestis ad salutem.* Io.
an. 15. *Sine me nihil potestis ad salutem.* Io.
an. 15. *Qui cepit in nobis opus bonum, ipse
perficiet vsque ad diem Christi.*

2. Sic & Traditio Ecclesiæ, & Defi
nitio Conciliorum: & praxis orans quo
tidie: *Actiões nostras aspirando praueni, &
adiuuando prosequere.*

II. Nec PRAEPARARE se ad gratiã
potest vllus absque speciali auxilio.

1. Sic Scriptura: Pl. 84. *Conuerte nos
Deus salutaris.* Pl. 76. *Dixi, nunc cepi; hæc
mutatio dextera excelsi.*

2. Ita similitudines; Pl. 142. *Anima
mea sicut terra sine aqua tibi.* Jerem. 18. 47.
Rom. 9. *Vt lutum in manu figuli.* 2. Cor. 2.
*Eratis mortui in peccato: At mortui se dis
ponere nequeunt.* Iac. 1. *Genus nos ver
bo veritatis.*

3. D. Thom. Eius est disponere ad for
mam, cuius est introducere formam: at
hoc Dei; ergo & illud.

III Deus in statu lapsò non potest si
ne speciali auxilio diligi perfecte, vel im
perfecte, vt Autor naturæ, nec vt Largi
tor gratiæ & gloriæ. Est autem *Dilectio
Dei*, quæ actus voluntatis, duplex: *Natura
lis*, vt Autoris naturæ: *Supernaturalis*, vt
Largitoris gloriæ. *Vtraque perfecta vel*

imperfecta trifariam. 1. *Quæ Deum an
teponit omnibus, aut non omnibus ap
pretiatiue: 2. Intensius diligens, aut minus
intensè. 3. Intente & continuo diligens,
non vno solum actu.*

DICO AD I. Faciens quod in se est,
moralis sanctitate prouocat Deum ad
Donum gratiæ: at petendo & desideran
do suis viribus gratiam acquiri posse,
Pelagianum est.

AD II. Centurio antè non fuit omni
no infidelis; nam sciuit, coluitq; vnum
Deum. Dein fuerit infidelis; illa tamen
opera bona haud absq; Dei gratia facie
bat, disponente ipsum ad credendum.

AD III. Moralia bona licet nõ reddat
magis indispositum; non tamen dispo
nunt ultra suam naturalem actiuitatem
ad gratiam, quæ altioris est ac transcen
dentis ordinis.

AD IV. Non sequitur. Nam incli
natio naturalis etsi in homine maneat
per modum actus primi; nequit tamen
in actum secundum exire sine gratia; ob
naturæ corruptionem.

Neque necesse est, vt vbi est Inclina
tio in actu primo, adsint & vires ad a
ctum secundum: Nam inclinamur ad
beatitudinem; non tamen absque gra
tia beamur.

AD V. Non sequitur. Quia sensibi
lia magis cognoscuntur.

Et quia natura corrupta semper
ad se, suaque incli
nat.

DE

DE IUSTIFICATIONE.

QVÆSTIO XV.

An fides & iustitia possint amitti: Sintque iusti inter se pares?

HÆRESIARCH. IOVINIANVS pseudomona-
I.achus Mediolanensis, sub an. cccclxxxii. emer-
gens, docuit teste S. Aug. bar. 82. Iustos post acceptū
baptismum non posse peccare: sique forte peccent, e-
os quidem aqua lotos fuisse, ac spiritum gratiæ mini-
mè recepisse. Refutatur à S. Hier. Damnatur Romæ à
Syricio Papa: & in Conc. Mediol. à S. Ambrosio, anno
ccclxxc. proferibitur ab Theodosio anno eodem.

CALVINVS idem ipsum innouauit, hodieq;
asserunt Calvinistæ. Vide Luthero-c. p. 4. q. 68.

PAPISTA. Iusti perdere fidem iusti-
tiamque possunt, & perditam recupe-
rare.

1. Ita S. Scriptura, in *Antichristo* p. 4. q.
37.

2. Ita S. Aug. & Ambrosius, & Hier.
contra Iouinianum.

Et S. Greg. l. 30. Mor. c. 32. *Quis intel-
ligat, quod alius Catholice Matris ventre pro-
ditus, iuxta vitæ terminum erroris voragi-
ne deuoratur; alius autem vitam suam inca-
tholica pietate consumat, qui ortus in perfidia,
cum lacte matris hauserat virus erroris?*

HÆRESIARCH. IOVINIANVS, teste S. Hier. l. 2.
contra Iouin. affirmabat iustos omnes esse pares; ex
hoc fundamento; quod fingeret, Virtutes esse pares,
pariaque peccata omnia.

LUTHERANI isthoc non asserunt; volunt ta-
men omnes iustos esse æqualiter iustos neque
crescere iniustitia; licet virtutibus crescant &
sint inæquales: at per hæc negant quenquam
iustificari: neque crescere in fide & caritate ef-
feciunt crescere iniustitia.

PAPISTA. Errant utriusque Ioui-
niani.

1. Quia Iob. 1. *Non est similis ei in terra.*
Psal. 83. *Beatus ascensiones in corde suo*
disponit: &c. ibit de virtute in virtu-
tem. S. Hieron. li. 2. contra Iouinianum.
*Quare dicunt: Adauge nobis fidem, se omni-
um una mensura est:* Matth. 11. *Non sum-
xit maior Ioanne.* Matth. 8. *Non inueni-
tantam fidem.*

1. Quia Ecclesia similis est terræ fer-
rènti fructum, *Mat. 13.* tricenum, cen-
tenum, &c. Corpori, *Rom. 12.* 1. *Cor. 12.*
in quo membra alia aliis sunt nobilitate.
2. *Tim. 2.* Domui in qua vasa honoris
& ignominie, lignea, fictilia, aurea, &
Ædificio, *1. Cor. 3.* cui superædificantur
aurum, gemmas, ij ligna, fænum, &
pulas.

2. Quia præmia in cælis sunt imper-
petua. Ioan. 14. *In Domo Patris mei manent*
multa sunt. 1. *Cor. 15.* *Alia claritas solis, alia*
luna, alia stellarum.

Ita differt Sanctus à Sancto acciden-
tialiter; non essentialiter. S. Ambr. li. 7.
in Luc. 15. *Æqualem dignaris reddere me-
dem vitæ, non gloriæ,* id est, eundem detri-
cium æternitatis, non gloriæ. Ita S. Hieron.
tres aduersus Iouinianistas.

De Lutheranis vide Luthero-c. p. 4.
q. 70.

DE BONIS OPERIBUS IN SPECIE.

QVÆSTIO XVI.

Oratio necessaria sit ac vtilis?

HÆRESIARCHÆTHNICI quidam sunt rati orationibus prouidentiam Dei posse mutari: MASALIANI iis solis posse homines iustificari.

II. PERIPATETICI è contra tollebant & Dei prouidentiam, & orationem: PELAGIANI viribus liberi arbitrii tribuebant diuina omnia obseruari posse; oratione nil opus: VVICLEF operibus bonis.

III. LUTHERANVS Ioa. Monhemius aiebat, Deum precantibus dare, quod ceteroquin daturus vltro fuit: ideoque orationem esse superuacaneam.

IV. LUTHERANI, itemq; CALVINIANI præferunt permagni ab se fieri orationem; esseque Imperatoriam; (Non tamen Remissionis peccatorum; nec Iustificationis) vt quæ soli tribuenda sint fidei. Negant quoque Satisfactoriam esse, aut Meritoriam.

PAPISTA. Necessaria Oratio est; Quod Deum fleat volentem, non muter: Quod ad iustificatione adiuuet, nō sola efficiat: Quod ea mediante Deus dare decreuerit quædam; aliter non danda: Ideoque præcepta est. Vide in *Luthero-cal. p. 4. q. 86.* Quo verius S. Aug. l. 2. de bono per se. c. 16. *Constat, Deum alia danda non orantibus, sicut initium fidei; alia non nisi orantibus præparasse, sicut perseverantiam.* Perutilis quoque oratio est ad satisfactionem, Meritum, Impetrationem primario. Secundario ad illuminatione montis, Spem, Caritatem, humilitatem, castitatem, contemptum mundi, gustum cœlestium, &c.

QVÆSTIO XVII.

An Hora Canonica, & Cantus Ecclesiasticus sic, vt sunt, tolerari queant?

HÆRESIARCH. PAVLVS SAMOSATENVS sub an. 1280 arguit Ecclesiam de hymnis in Scriptura nō contentis: teste *Eusebio l. 7. hist. c. 26.* VIGILANTIUS, sub an. 406. ab S. Hieronymo reprehensus, quod nudus oraret, & refutatus quod nocturnas vigiliastitueret. Eius sectatores dicti sunt *Nyctozontes*, i. somniculosi, ait *Ista. l. 1. Offic. c. 22.* VVICLEFVS Horas Canonicas in multis carpebat: Refutatus à *Tho. VVald. to. 3. de Sac. c. 24.* THABORITÆ in Boemia garriebant tempus conteri Horis dicendis: Ita *Aneas Syluius l. de Orig. Boem. c. 35.*

LUTHERO-CALVINISTÆ Institutum Horarum & rodunt, & reiciunt magis, quam refutare nitantur. Vide in *Luthero-cal. p. 4. q. 86.* Per Salue Regina honorem adimi Deo, darique creaturæ queruntur.

PAPISTA. Horas Ecclesiasticas & Scriptura, & Traditio, & ratio fat tuentur: S. Patres verò in ijs & testandis, & commendandis sunt plurimi; in persoluedis fuerunt toti apud *Bell. l. de bon. op. c. 13.* Particulæ præcipuæ in Salue Regina primario de Deo dicuntur; ac secundario ac infinities inferiore modo etiã Sanctis rectè tribuuntur: hocque amplius Deiparæ. Liquet inductione singularum.

II. HÆRESIARCH. HILARIUS quidam, ait *S. Aug. l. 2. Retract. c. 11.* CANTVM prorsus ex Ecclesiis excludat. HENRICIANI & PETROBRVSIANI, sub an. 1126, teste *Cluniac. ep. ad Epis. c. 10. l. idem innouarunt.* VVICLEF & vocem paulo altiore in precibus non ferebat; Cantum hoc minus; teste *Tho. VVald. to. 3. sit. 2.*

LUTHERANI ac CALVINIANI Cantum in templis affectant; sed & nouant: Antiquū Ecclesiasticū illū aspernantur superbe; petulater insectantur, impiè proscribunt. Liquet in *Luthero-c.*

PAPISTA. Cantus Ecclesiasticus inde è cœlo ab Angelis; ex Vet. Test. ab Dauide; ex Nouo Test. ab turbis Ophanna Christo accinentibus, eum Christo aduersus Phariseos defendente; Ab exemplo Christi in Cœna, Apostolorum Pauli ac Silæ; atque ab illius præcepto; Ab Ecclesiæ Traditione, ad nos vsque descendit. Vnde dispositus est ab Concilijs in Oriente, Italia, Africa, Hispania, Gallia, Germania; testibus S. Patribus: Idq; in Horis concinendis, in sepulturis, in organis, musicisque instrumentis. Et verò suæ constant utilitates eidem, i. Accedit animos ad pietatem: *Aug. l. 9. Conf. c. 6. 2.* Prolixitatem officiorum diuinorum mitigat, vt molesta mi-

Hh nus

nus accidat: *Lactant. l. 6. c. 21. 3.* Testamur infidelibus, nos fidem non crubescere. *Ambr. Ruffinus, Theodore. &c.*

4. Testamur Legem Dei nobis esse periuicendam, iuxta Pl. 118: *Cantabiles mihi erant iustificationes tuae.*

5. Ut etiam illo modo laudemus Deum tota contentione vocis ac corporis. *Iustinus in respons. ad quæst. 107.* Plura in *Luthero-cal. p. 4. q. 87.*

QVÆSTIO XVIII.

Ad IEIUNIUM an requiratur ciborum delectus: possitque præcipi conscientijs?

I. **HÆRESIARCH. ESIONITAS**, Encratitæ, Eustathiani, Priscillianistæ, omnium animantiû carnes immundas esse fingebant. *Apostolicè* teste *S. Bern. ser. 66. in Cant.* in super vinum asseriebant immundum: ut olim Mahumet ac Manichæi.

II. **NICOLAITAS**, & Valentiniani quosuis cibis quouis tēpore licitos esse, veteriq; non posse. Ita *Tren. l. 1. c. 1.* **IOVINIANVS**, ait *Hier. l. 2.* contra eum, negabat ieiunia & abstinentiam prodesse quicquam.

III. **LUTHERO-CALVINISTÆ** Delectum ciborum, ut hæreticum, negant. Vide *Luthero-cal. p. 4. q. 90.*

PAPISTA. In ieiunijs Delectus ciborum fuit in Veteri Test. vñtatus ac laudatus: non ut ceremonialis, aut iudicialis; sed ut moralis: moralia autem, ut ex natura promanantia, in Lege noua confirmantur etiam; tantum non antiquantur. Hinc vtriusque exempla Instrumenti nobis illustra prælucent: ut rectè ad ieiunij rationem pertinere ciborum delectum asserat Ecclesia.

II. **HÆRESIARCH. Eustathiani & Aeriani**, teste *Socrate l. 2. hist. c. 33.* & *Epiph. her. 57.* negabant Ecclesiam posse lege sua ad ieiunium obstringere conscientias.

LUTHERO-CALVINISTÆ similiter profus. Pater in meo *Luthero-cal. p. 4. q. 92.*

Quin addunt, nec diuina lege vllum præcipi ieiunium, adeo esse liberrimum. *Ibi. q. 91.*

PAPISTA. I. Iustè, licitèque indicit ieiunium, exempla facti docent in Scriptura, ut Ionadab, Mardochei. &c. Vnde Concilia sancta de ieiunijs statuerunt etiam anathematizando violatores eorum, ut Gangrense, Laodicenum, Toletanum, Bracarense. Ideo Tertul. li. de iei. *Benè, quod & Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia assolēt.* *S. Basil. orat. 2. de iei.* *Omnes aequaliter. & præceptum audiamus, & cum gaudio suscipiunt.* *Angeli sunt, qui per singulas ecclesias ieiunantes describunt.* *Hier. ep. ad Marcellum: Aliud est necessitate, aliud voluntate munus offerre ieiunij.* *Aug. serm. 62. de tempore. Alys diebus ieiunium remedium est, aut præmium: in Quadragesima non ieiunare, peccatum est.*

II. **Lege diuina in genere præceptum est ieiunium.** Vnde *S. Aug. epist. 86. in Euangelicis & Apostolicis literis, totiq; Testamento Nouo, id reuoluēs animo, video præceptum esse ieiunium.* *S. Leo serm. 4. de ieiun.* *illa, quæ rerum futurarum figuræ gerant, impletis quæ significauerunt: finita sunt ieiuniorum verò utilitatem Noui Test. gratia non remouit.* &c. *Quia sicut per manet ad intelligentiam Christianam, Dominum Deum tuum adorabis &c. ita quod in iisdem libris de ieiuniorum significatione præceptum est, nulla interpretatione vacuatur.*

III. **HÆRESIARCH. BEGARDI**, esse *Turrerum. l. 4. Summa de Eccl. p. 2. c. 36.* negabant viros perfectos ad ieiunij attineat; quod peccare nequeant; & contra peccatum sit ieiunium institutum.

LUTHERO-CALVINISTÆ cum soli fidei tribuant iustificationem; cum sese prædestinatos specialiter credant; cum excidere fide ac salute se posse negent; cum electis nullum officere peccatum posse contendant, eo quod non imputetur: omnino sibi mirificam tribuere perfectionem videntur; adeo, ut nulla egere sese, præterquam Christi, satisfactione propria negent. *Ibidem.*

Idcirco etiam vlla se ieiunii lege teneri posse perpendunt. Si non iidem sint cum Begardis; certe eorum sunt quam simillimi.

PAPISTA. 2. Begardorum error est damnatus in Conc. Vienn. Et ante ortum eius S. Leo serm. 11. de quadrages. *Adest maximum sanctissimumque ieiunium, quod obseruantiam sui vniuersis fidelibus, sine exceptione denunciat. Quia nemo tam sanctus, ut non sanctior; nemo tam deuotus, ut non debeat esse deuotior.*

2. Etiam in tertium raptus cœlum ait, 1. Cor. 9. *Castigo Corpus meū. &c.* Et Mat. 11. *Nemo surrexit maior Ioan. Baptistamē coluit ieiuniū; Ita & Mardocheus, Daniel, Dauid, Judith, Hester, Anna. &c.*

3. Vana est autem iactantia perfectio- nis: cum Iacobi 1. *In multis offendimus omnes. Ut, 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatū nō habemus, nos ipsos seducimus.* Cum quique fateri debeat istud, Rom. 7. *Sentio aliam legem in membris meis.*

Callianus, affinis errori, tria asserit Collat. 21. c. 29. 1. Iustos non subesse legi cogenti, cum sponte ieiunent. 2. Iustis facilius relaxari ieiunium indictum; ob certitudinem temperantiæ ipsorum, & caritatis. 3. Perfectos eos, qui totos ieiunant annos, nō teneri lege ieiunij, cum plus offerat Deo quam eis præcipiatur. At hoc improbat: ob voluntariam

oblationem non oportet omittere Necessariam. Et lex communis omnibus excipit neminem; sed aut Ætas, aut Morbus, aut Necessitas, aut Labor. &c.

QVÆSTIO XIX.

An ieiunium sit Dei cultus meritorius & satisfactorius?

HÆRESIARCH. IOVINIANVS, teste Hier. l. 2. contra Iovin & Augustino l. de har. c. 82. dogmatizabat, nil ad salutem prodesse ieiunia, ciborumue deletum.

LUTHERO-CALVINISTÆ, vt Melanch. Brent. Kemnit. Calvinus, id ipsum propugnāt. Non tamen omnem ad virtutes vtilitatem ieiunii proficere dissentunt.

PAPISTA. Ieiunium est & meritorium, & satisfactorium, & Impetratoriū. Vnde Rom. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis CORPORA vestra hostiam viuentem, λογικὴν λατρείαν, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrū.* Loquitur de castigatione carnis, quæ potissimum fit ieiunio. Hinc Tert. l. de resurr. *Sacrificia Deo grata dico ieiunia.* S. Greg. hom. 16. ait Deo decimas & vitæ primitias quasi offerri. Tertul. ait lib. de iei u. *Sicut primum vsus cibi perdidit; ita ieiunium Deo satis facti.* Ibid. *Ieiunia agnitio- nem Sacramentorum de Deo merentur.* S. Aug. serm. 26. *Ieiunium aut remedium est, aut premium.*

F I N I S

Genealogiæ Luthero-caluinistica quadripartitæ.

GLORIA

DEO, Trisuno, Deipara, Diuisque Cœlitibus. Amen.

Hh 2

ANTI-

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Geistliche Lobgedichte
G L O R I A
1700

ANNA
1700

ANTIPAPISTA MENDAX LVTHE- RO-CALVINISTICÆ

I. THEOMACHIAE, II. ECCLESIOMACHIAE,
III. MYSTERIOMACHIAE, IV. CHARITOMACHIAE.

Hoc est;

MENDACIA ET CALVM-
NIAE LVTHERO-CALVINISTARVM,
quibus Romano-Catholicos in Quæstionibus
Controuersis onerant.

Ex innumeris pauca in exemplum proposita.

A V T O R E:

F. IOANNE. &c.

P A R S I.

THEOMACHIA
Antipapistica Mendax.

Superiorum permissu.

ANNO M. DC. XXVI

ANTIPIPISTA
MENDAX ET
RO-CALVINISTICA

THEO-MENIAE
II. ECCLESIA-MENIAE
IN. CALVINISTICA-MENIAE

Hoc est

MENDACIA ET CALVINI-
SMI LUTHERO-CALVINISTARUM
quibus Romano-Catholicis in
Contra-Reformatione

Libellus in exemplum propositus

AUCTORE

J. JOHANNES

PARIS

THEOMACHIA

Antiquissima

Summa

AVANTAGE

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X

SYLLABVS QVÆSTIONVM

Antipapistæ Mendacis Quadripartiti

PARS I.

THEOMACHIA LVTHERO-CALVINISTICA,
De Ecclesia Triumphante.

- I. *An Papistæ floccipendant Verbum Dei Scriptum more Libertinorum?*
- II. *Num quæ affingant nobis Caluino-Lutherani quoad S. Scripturam?*
- III. *An Romano-catholici Deiparam Patriæ cultu venerentur?*
- IV. *Qualia Luthero-caluinistarum sint mendacia circa Sanctos?*
- V. *An in celo Sanctos per Apotheosin statuamus?*
- VI. *Qualia nobis affingant Luthero-caluinistæ in Cultu Sanctorum?*
- VII. *Quæ de Reliquijs Sanctorum comminiscantur Centuriatores?*
- VIII. *An omnis Sacrarum Imaginum cultus fuerit semper illicitus?*
- IX. *Quæ de Templis Festisque volitent mendacia?*
- X. *Quæ de Purgatorio iactentur vanæ?*

ECCLESIOMACHIA LVTHERO-CALVI-
nistica, seu,

PARS II.

De Ecclesia Militante.

- I. *Qualia in Papas confingant Luthero-caluinistæ Errata?*
- II. *Qualia fingantur Antichristiana Papistica?*
- III. *Equalibus Concilia onerentur mendacijs?*
- IV. *Qualia absurda in Monasticen effutiant Luthero-caluinistæ?*

MYSTERIOMACHIA LVTHERO-CALVINISTICA.

PARS III.

De Sacramentis.

- I. *Qualia affingantur Orthodoxis mendacia de Sacramentis in genere?*
- II. *Sacramenta Quatenus sint necessaria?*
- III. *Quæ de Ceremonijs falsa imponantur Catholicis?*
- IV. *Qualia iactentur Charismatica Luthero-caluinistarum mendacia?*
- V. *Num quæ sint eorundem Eucharisticæ Calumniæ?*
- VI. *Qualis in Sacrum Missæ Luthero-caluinisticus furor sit mentien- di?*
- VII. *De Pœnitentiâ quales eorundem sint calumniæ?*
- VIII. *Quæ circa Extremam Vnctionem spermologizentur?*
- IX. *Qualia quoad Matrimonium contra nos comminiscantur?*

CHA,

CHARITOMACHIA LVTHE-
RO-CALVINISTICA.

PARS IV.

De Gratia & Iustificatione.

- I. *Quales Effectus peccati Originalis confingant Nouatores?*
- II. *Quales Sycophantia sint Luthero-caluinistica de Gratia & Libero arbitrio?*
- III. *Num que sint Commenta sectariorum afficta Nobis circa Iustificationem?*
- IV. *Qualia nobis imponant falsa de Ieiunio?*



ANTIPAPISTA MENDAX THEOMA- CHIAE LVTHERO-CALVI- NISTICÆ.

PARS PRIMA.

De Ecclesia Triumphante.

QVÆSTIO I.

*An Papista floccipendant Verbum Dei
Scriptum, more Libertino-
rum?*

CALVINVS, I. In titoli. Instructio-
nis aduersus Anabaptistas. Non di-
cimus, Papistarum more. Sacrosanctas
Scripturas missas fieri oportere; vt Au-
toritati hominum acquiescamus. Hoc
enim effugium censemus blasphemiam execrabilem.
Similiter Caluini parens Lutherus libr. de
Conciliis & Eccl. sub finem. Papa Sacram Scri-
pturam in ceno & puluere sepelijt, & Doctrinam Chri-

stianam penè integram, deleuit. Eadem libr. contra
Regem Angliæ, & libr. de falso statu Cleri: sic o-
mnes

II. AVTOR. At Svvencckfeldij & Li-
bertinorum hunc errorem esse docet
CALVINVS ipse libr. Instructionis con-
tra Libert. c. 9. Diximus istos aperte videre
soltos, si quis Scripturas allegaret: nec dissimu-
lasse, quin eas profabulis haberent: Interim
tamen non desinebant ijs vti, si quis esset lo-
cus, quem in sensum suum torquere possent.
Si quis illis obijceretur, dicebant, Nos litera
minime obnoxios esse; sed spiritum, qui viuifi-
cat sequi oportere. Quin etiam porcus ille
Quintinus vnumquemque Apostolorum ali-
quo

li quo

quo scommate notarat; veluti Picardico suo sermone, Paulum vocans *Vas fractum*; Ioannem, iuuenem *stolidum*; Petrum, abnegatorem *Dei*; Matthæum, *seueratorem*.

LIBERTINI, teste Caluino, sunt autoribus Coppino & Quintino Sutorib. exorti, æuo incūte superiore: quos secutus Gasp. Svvenckfeld. teste Frid. Staphilo. de concordia discipulorum Lutheri, & Pet. Falladio l. de her. nostri temp.

Hi Verbum Scriptum, vt literam occidentem respuebant, & solius interni spiritus Critirium inuexerunt.

Iraque calumniam faciunt Papistis Calvinistæ & Lutherani consensu pari in hoc; vt in aliis sibi dissentientissimi dum eundem Papistis errorem impingunt.

III. PAPISTA, Prophetica & Apostolica Scriptura est Verbum Dei: Nō quod suus cuique priuatim in cor Spiritus inspirat.

1. QVIA, Christus & Apostoli ad illam, non ad hunc, appellarunt, ipsique Prophetæ.

2. QVIA Critiria cordis, vt cuique sua liquere possint; alij ramen esse nequaquam certa queunt. At vero S. Scripturæ infallibili constant veritate, Tum quod Spiritu Dei sint inspiratæ; Tum propter euentum prædictionum; ait Aug. 12. Ciu. c. 9. Tum ob consensum mirificum Scriptorum, calamos eorum dirigente Sp. Sancto; ait Aug. l. 18. Ciu. c. 41. Tum ob Miracula Dei Vindicis, aduersum profanos Verbi Dei abufores designata.

3. QVIA Omnis Resp. Scriptis stat Legibus, atque Decretis: Quo magis Christianæ Fidei ab iisdem oportuit prouideri. Vide in nostro *Antichristo cal.* p. 1. q. 1.

4. QVIA I. cum Archihæretici Simoniani, Basiliidiani, Marcionitæ, apud S. Irenæum li. 1. c. 20. 22. 29. Deinde Manichæi, apud Epiphanium hæreticos Bogomiles apud Eutymium Panopliæ p. 2. tit. 32. c. 1. Et Albigenes apud S. Antoninum p. 4. tit. 2. c. 7. 2. Cum, inquit, isti Ecclesiæ fuerint olim intolerabiles quin sacri & intestabiles visi; quod *Paris Instrumenti libros vniuersos à malo Deo quodam esse dictatos blasphemarent*: 3. Car. & Anabaptistæ Caluino sint iure merito eò infandiores; quod cum prædicit in Colloquio suo Franckendalens. fuerint, *Verus Testamentum haud satius disputationem fidei admittendum, quam tenuis cum Nouo Testamento concordia*.

5. Quanto detestabilior Libertinorum hefterna videri hæresis debet; quæ vim omnem S. Literis eleuant, atque proculcant vtrumque Instrumentum. Atque tantò immanior est calumnia quæ idem S. Paginæ repudium Papistis affingunt Luthero- caluinistæ.

IV. MART. KEMNITIVS in Emin. Concil. Trident. sess. 4. nobis ait:

Papam posse pro suo arbitrio, sine vllis veteris testimonij, scilicet librum canonicum de non canonico & de canonico canonicum.

Quin, imò, si Papa vellet, Scriptura diuina haec plus haberet autoritatis, quam fabula Aesopi. Belle l. 1. de Verbo Dei c. 10.

V. AVTORITATEM verò latine Editionis Vulgatæ Bibliorū, vniuersè iam olim receptissimam confingunt ac proterunt ad vsque propudiam inter sese tamen diffidiosissimi Lutherani pariter ac Calviniani; Insuper mendaciis operant Ecclesiam.

CALVINVS in Antidoto Trident. fess. 4. *Decretuisse fingit Tridentinos Patres, minimè audiendos esse, qui ex fonte ipso (sc. Hebræo) purum proferunt liquorem, & ex certa veritate falsum coarguunt.*

2. Idem ibid: *Adeo nullam in editione vulgata sanam esse paginam & integram; vt vix tres sint continui versus, non insigni aliquo errore sedati.*

AUTOR, Dicis blatero, non doctes.

KEMNITIVS in Exam. Trid. fess. 4. *mentitur, i. Concil. Trident. decreuisse, vt pro vs, que Sp. Sanctus in fontibus Hebræis & Græcis scripsit, ea recipiamus, qua à librarjs mutata, mutilata, vel addita sunt.*

2. In promptu causa, scilicet, quia *Vulgata ea tota est transformata ad dogmata Pontificia.*

3. In Pauli IV. Catalogo libr. prohibitorum *damnari omnes Bibliorum editiones, etiam veteris editionis; in quibus manifestè errata sint correctæ.*

Merè ficta hæc sunt mendacia, & Concil. afficta Tridentino. Patet legenti fess. 4.

VI. AUTOR. I. Autoritas autem statuendi, quis haberi liber bibliorum Canonicus debeat; penes solam stat Ecclesiæ potestatem.

Ita *Sanctus Augustinus lib. 13. contra Faustum, capite 5. & lib. 23. ca. 9.*

Et de Consensu Euang. lib. 33. c. 1.

Sanctus Irenæus lib. 3. c. 4.

Sanctus Athana. in Synopsi, & Conc. Toletanum, &c.

Ratio, Quia infallibilem habet Ecclesia Spiritus sancti Assistentiam, ex

certitudine promissionis Christi.

Vt minimè humano; sed diuino Spiritu determinet Canonicam Scripturam; ex qua cæteræ fidei quæstiones valeant definiri.

Atque ita Ecclesia non tam est regula ipsi Sacræ Scripturæ, quam nobis; vt illam absque vilo errore veram agnoscamus.

2. Deinde rectissime eadem haud fœuit ac finit quauis lingua vulgari seu Biblia, seu Officia diuina.

Quia 1. Iudæis, quo subcunque cælo positus, inter nationes, vnius hebraicæ linguæ semper vsus Bibliorum est sanctè obseruatus.

2. Apostoli, licet *πανάγλωστοι* essent, solis tamen Hebræa, Græca, & Latina Linguis Scripturam euulgarunt.

3. Vulgi linguæ mutabiles sunt: vnde Sacræ Scripturæ apices nimium quantum abhorrent; vetatque religio.

4. Trium duntaxat linguarum illarum maiestatem suspicit orbis, ac veneratur: vt diuinam Bibliorum Maiestatem hoc minus prouulgari deceat.

5. Licentia verò promiscuæ vulgationis quot, quantorumque errorum syluam aperiat; testis hæretica est diuinorum Oraculorum temerè vsurpata vulgatio.

Quod arcere periculum errorum satius est, quam accersere.

6. Accedit quod aurium honestati ac reuerentiæ biblicæ minus valeat consulere popularis linguæ verecundia pariter ac inopia.

VII. Vnam huc è pluribus Calumniosam Caluini subijciam declamationem, ex Harmon. in Ioan. c. 19. v. 23. Erat autem tunica inconlutilis. *Minime ferenda est Papistarum improbitas, cum horribili Dei blasphemiam coniuncta.*

I. *Scripturam dicunt ab hæreticis lacerari; Tunicam vero, hoc est, Ecclesiam integram manere:*

2. *Vt reiecta Scriptura Auctoritate, Fidei Vnitatem in solo Ecclesie titulo consistere e-uincant. Vbi duo mendacia.*

1. Quia non in solo Ecclesie titulo, sed in sola vera Christi Ecclesia Vnitatem consistere affirmamus.

2. Non dicimus, reiiciendam S. Scripturam, eo quod ab hæreticis laceretur: sed ab ecclesia condisci quæ sit vere S. Scriptura, quis sensus eiusdem. &c.

Hinc potro liquent sequentia declamationis, *Quasi vero ipsa Ecclesie Vnit as a- libi fundata sit, quam in Scriptura fide. Est in hac quidem; sed non sola: nam præcipue in S. Spiritus infallibili assistentia in definitionibus prophetica.*

Cum ergo Fidem à Scriptura diuellunt; quod mendacium est Caluini; ut vir Ec- clesie addicta subiaceat; tali diuortio non iam Christum despoliant, sed crudeli sacrilegio dis- cerpunt eius corpus. &c.

Similia prolixè idem Instit. l. 4. cap. 8. §. 13. pro Scripturis contra Eccle- siam vastè vanèque declamat. Sed de iu- dice vide in nostro *Lutherocaluinista par. 1. q. 2. Et in Antichristo p. 1. q. 1.*

QVÆSTIO II.

Num qua affingant nobis de Traditionibus Caluino-Lutherani? quo ad S. Scri- pturam?

Et omnino plurima. In exemplum accipe pauca.

I. CALVINVS Instit. lib. 4. c. 10. §. 19. *Romano- ses Magistri extorquere volunt, vt nulla sit ap- eos ceremonio la, qua non pro Apostolica censetur.*

Sic & Kemnitius, Brentius, &c. vbi- pra.

At Falsum: Quia eas recipimus pro Apostolicis, quas firmis Veterum testi- monijs testari valemus.

II. Sic agunt, ac si solas ipsi Scripturas propo- gnent: nos solas Traditiones tueamur; et si mi- tent contra Scripturas.

Falsum hoc: Quia vtrumque ius- ta Sanctum veneramur Dei Verbum Scriptum, & Non scriptum.

III. MEND. Kemnit. in Exam. Conc. Trid. §. 4. pag. 68. 69. editionis anni 1566.

Nos ait asserere; Deum constituisse, vt do- ctрина Christi & Apostolorum non scriberetur sed viua solùm voce traderetur.

IV. MEND. ibid. pag. 185. affirmat, Apostolo- fuisse mandatum, vt scriberent.

Falsum prius. Quia sic peccassent A- postoli scribendo.

Neque scriptor dari Catholicus po- test, qui id docuerit.

Et Posterius falsum, Quia Mat. 23. mandatum est, vt Prædicarent; non vt scriberent. Nec tamè scribere vetuit Ie- sus: quin, vt scriberent, aliquibus in- spirauit.

V. MEND. Kemn. ibid. pag. 420. Pontificij non verentur multa ad Apostolorum Traditiones referre, qua ab alijs autoribus mul. à posterioribus instituta, & profecta esse, ex ipsis Pontificiorum scriptoribus ostendi potest.

Idemque probare instat exemplis videntis. At falsò; Apud Bell. lib. 4. ca. 3. de Verbo Dei.

Similia talia complura fuerit repeti- ri in Caluino *Instit. l. 4. c. 8. §. 6. 7. 8. Et ca. 10. 8.*

10. §. 18. 19. 20. Et in Antidoto Trident. sess.

4 &c.

VI. MEND. Kemn. ibid. Nullis certis & firmis documentis probari potest, Qui sint Ritus certo ab Apostolis traditi: qui ex Scriptura ostendi non possunt.

At fallum: Quia eos ipsa Necessitas Traditionum docet in meo *Luthero-ca.*

p. 1. q. 5.

Deinde & Veritas earum, in Scripturis contestata. Vide meum *Anu. christum*

p. 1. q. 2.

VII. MEND. Kemn. in Exam. Trid. sess. 4. de 7. genere traditionum. Nullis certis & firmis documentis probari potest: Qui sint ritus ab Apostolis traditi: qui ex Scriptura ostendi non possunt.

Fallum. Quia docuit *Bellar. libr. 4. ca. 4. 5. 6. 9. &c.*

VIII. MEND. Kemn. ibid. Insignis audacia est, Maiestatem Scripturae Canonicae aliquid aequare, sc. Traditiones.

At contra ipse, ibid. 1. Apostolos Ritus quosdam ordinasse, & tradidisse Ecclesiis; eorum scriptis certo constat.

2. Et verosimile est, quosdam alios externos, qui in Scriptura annotati Non sunt, ab Apostolis traditos esse.

Coacta veritatis confessio hæc contra suum met os mendax.

Heretici non tam Orthodoxos Mendacis onerant atque Calumniis; quam Ipsum IESUM Christum immanissime blasphemant. Quibus blasphemis in meo *Luthero-caluinistica & Genealogia Luthero-caluinistica* p. 3. q. 21. Hic igitur præterimus.

QVÆSTIO III.

An Romano-catholici Deiparam cultus Latria venerentur?

I. LUTHERVS in Postilla in Annunc. B. Vir. Publica, ait, persuasione Mariae propterea in locum Christi successit. Hanc inuocant homines, huius misericordia confisi sunt, per hanc voluerunt placare Christum: Quasi is non esset Propitiator; sed horrendus Iudex & ultor.

2. Hanc Papista Deam constituunt: Omnipotentiam ei in caelo & in terra tribuunt.

II. CALVINI altius ascendit impietas, qui vetus illud Ecclesiae Canticum, *Monstra te esse Matrem*, suggillans, talem in nos calumniam intorsit; *Eam in caelis Mariam constituunt, quæ sibi potestatem seruet Christo Filio imperandi.*

Idem dum conuellit istud Canticum: *Sub tuum presidium*, &c. vociferatur: *Maiores nostri à Christo ad Mariam defecerunt.*

Perinde ac maiorem matri, quàm Filio potentiam tribueremus, neque tam Deum, quam Deiparam inuocemus. Idem in Ioan. cap. 2. v. 4. *Quid mihi & tibi mulier.* &c.

Denique eo progressus est furor, ut Christi propemodum nudati spoliis eam ornarent. Cumque has execrables in Filium Dei blasphemias damnamus; maligni & inuidi vocantur à Papistis; immo improbe calumniantur, s. Virginis honorem à nobis hostiliter impugnari. Quasi verò non habeat quantum illi honoris debetur, nisi DEÀ fiat: Aut hoc illi sit honorificum, sacrilegis titulis ornatam in Christi locum surrogari. Atrocem ergo illi Mariæ iniuriam faciunt, quando; ut mentis eam laudibus deformant; Deo eripiunt, quod suum est.

DUCES hos reliquos secutus grex hæreticus, certatim in nos inque Deiparam, ceu furis actus, inuolant, pugnantque calumniis. Selnecerus disposi. de Feste Annunt. Virg. Melancton in Consil. de vitanda supersti. Herebrandus disposi. de har. puniendis. Bullingerus in Ioan. c. 2. Brētius Dom. 2. post Epiph. &c.

Hi omnes conclamant, Mariæ inuocationem in Ecclesia Pontificia esse idololatriam.

III. Erasmus in Colloq. de peregrinatione, de naufragio; (horret animus, calamusque tremat ecferari;) De Deipara figmentum proponit, quasi Glauco Pluroni epistolam ea scripisset in hæc verba; *Quod Lutherum secutus strenue suades, superuacaneum esse, inuocare Sanctos; à me quidem isto nomine bonam magnamque iniisti gratiam, scito.*

Nam antehactantum non enecabar improbis mortalium orationibus.

Ab Vna postulantur omnia; quasi Filius meus semper infans esset; quia talis fingitur, pingiturque in sinu meo. Subscriptio: B. Virgo mea manu subscripsi. Pre-scriptio est: Maria Mater IESU, Glauco Pluto. Claufula: Hac te scire volui: tu cogita, quid modo respondendum censeas, nam mihi plane res cordi est. Ex Aede nostra lapidea Cal. Augusti, anno filij mei passus 1524.

Hæc vehementer & eloquenter exagitata noster Bzouius, Conc. 19. Super Salue Regina, refutat: Et ego in mea Clauis predicandi Rosarium l. 1. ca. 14. & 16. Vide & in sequente quaesito.

QVÆSTIO IV.

Qualia Luthero-caluinistarum sint Mendacia circa Sanctos?

DE Conuicijs, blasphemisque calumnijs vide in meo *Luthero-cal. p. 1. q. 72.*

DE MENDACIIS quibus & Cœlites, & Romano-Catholicos nos onerant, in exemplum pauca.

Suæ ipsi præcones sunt impietatis LUTHERANI.

I. LUTHERVS ferm. de Cruce

Quoniam reliquia Sanctorum nihil sunt aliud, quam fidelium Seductiones; ne deinceps populi Deos alienos colant; placere sibi, ut omnes eiusmodi reliquia altissime subterram abscondantur.

Idem in Postilla in festo Annunciationis.

Papiste Virginem Mariam Deum constituunt, Omnipotentiam ei in celo, & in terra attribunt.

Rursum. In Papatu omnes se ad Mariam conuertunt; & plus fauoris & gratia ab ea expectant, quam à Christo ipso.

MELANCHTON in Locis Comm. de præcepto primo, Papistæ cum Infidelibus iungit: Ratio: Quod idem sit, fingere multos Deos, & Sanctos mortuos inuocare.

Magdeburgenses. Centuria prima B. Maria

& Sanctorum cultum qua Verbo, qua facto magis quam Approbatum mentiuntur; Quin &, ut manifestam idolatriam, reprobatur fingunt: Inde cæteris in Centuriis quiritantur. Ecclesiam de fecisse ad simulacra muta. Atque Centuria sexta præfatione omnino tragicè deplorant, in saculo secundo & tertio eam fecisse vitium; in quarto & quinto inclinam; in sexto corripit. Verba reddit Illust. Bell. in præf. de Sanctis.

H. CALVINVS l. de reformandæ Ecclesie necessitate ad Carolum V. vnanimitè dissentionem hanc esse, Quod Sancti Vnum Deum colant: Catholici vero sanctos inter Sanctos distribuerint officia, ut summo Deo tanquam collegas eos addiderint, in quorum turba delitescat: Quodque Sanctos loci Dei adorent; Quin & Reliquias, ossa, vestes, calceos. &c.

Idem Inst. l. 4. c. 21. inter causas suarum nobis defectionis ponit; Quod nulli haberi nobiscum conuentus possit, quin aperta per idolatriam pollutio fiat.

Eam sic ostendit l. 3. c. 20. Singulares sibi Diuos ascuerunt; in quorum numero secus, atque tutelarium Deorum, fidem se sustulerunt.

Neque modo, (quod olim Israeli exprobat propheta) secundum numerum urbium Dijs sunt erecti; sed secundum capitum multitudinem.

Quæ quidem tam aperta sunt mendacia; ut nec verbum sit opus repositum.

Hæc vniuersè dicta sunt.

QVÆSTIO V.

An in celo Sanctos per Apotheosin statuamus?

I. CAL.

I. CALVINVS vnum Papam Ioannem XXII. vna in causa de Sanctorum beatitudine, solum quibus onerat calumniosis mendaciis.

Historia facti est talis, apud Villanū, qui in Ioannis XXI. aula vixit, & Res perscriptit Florentinorum: lib. 10. & 11. & in Extravagante, *Benedictus Deus*. Ioannes XXII. sensit, vt Doctor, Sanctos necdum frui visione beata. Quam opinionem retractauit ante mortem; partim eam declarauit, non asseruit; & protestatus est, se non intendisse; vt vnquā definiret; sed veritatem inquisisse; Simul successorum definitioni sese submisit pridie, quam moreretur.

Cui viuenti tum maior Cardinalium pars reclamauit; tum Rex Galliarum Philippus eum amicum monuit, cauere à periculosa opinione.

Demum contrarium sancit Ecclesia.

CALVINI vero *Inst.* l. 4. c. 7 §. 28. circa istud sunt hæc mendacia.

1. Gersonem cum Ioanne vixisse; sc. mortuo, anno 1344; & natum illum, anno 1363.

2. Papam negasse animæ immortalitatem. At Gerson nullius eum erroris insinuat: nec constat aliunde.

3. Nullum Cardinalium ei sese opposuisse.

4. Regem Galliarum interdixisse suis cum Ioanne communionem.

5. Papam à Rege coactum canere palinodiam.

Fabulæ hæc, & mendaces calumniæ sunt.

II. CALVINVS *ἀποβέβωτος* notam Catholicis affingit in Sanctorum Canonismo: Sic enim ait, *Inst.* l. 3. c. 20. *Sanctos habent DEOS Tutelares*. Viretus ad Caluinum ita: *Germanum pro Deo suo Tutelari colum. Parisiensis*. Rainaldus lib. 1. c. 5. de Theodoro: *Deos propemodum ex martyribus facit.*

Vide Luthero. *cal.* p. 1. q. 74. & in Genealog. p. 1. q. 20.

AVTOR. Sciant, si velint vocabulum DEI bifariam accipi; Propriè & Improperie.

1. Propriè Vnus verus est Deus solus: quocirca ab tali sensu longissimè abest Canonismus Sanctorum.

Ethnicam talem describit Iudibus Apotheosin in Claudio Seneca, in Antonino & Geta Herodianus.

2. Improperie homines pij, Sancti, Deoque pleni vocantur ab ipso Deo *Dij*: Sicque Apotheosis improprie dici posset Canonizatio Sanctorum.

Sic in beatorum transcribuntur aliqui: vt S. Greg. Nazianzenus ait *ποῖσι Θεὸν ἐπέδισα τὸ βαπτίσμα* id est, *me Deum per baptisma facit.*

Perge; mentire Cauius: Tute ipse nomen tibi mentitus es, postquam creptus vindici rogo, stigmatè inultus lilito, in Germaniam delatus, è Cauius te Caluinum nominasti.

Sed nomen, non pilum mutasti; nisi in deterius.

QVÆSTIO VI.

Qualia nobis affingant Luthero-caluinista in Cultu Sanctorum?

I. OMNES promiscue communiter fingunt

1. Sanctorum Cultum è Scripturis doceri non posse.

AT secus vide in meo *Antichristo* p. 1. q. 22.

II. MELANCH. in *Apolog.* a. 21. *Conf. Aug.* tria mentitur. 1. Tribuunt Sanctis Diuinitatem, id est, vim cognoscendi cogitationes.

AT

AT non has tactas, sed precibus gestibusque promptas.

2. Ante S. Gregorii tempora nusquam fieri Inuocationis Sanctorum mentionem.

AT Kemnitius ait post S. Augustinum coepisse Sanctorum; Mariæ verò Inuocationem per Gnaffæum sub ann. 480.

AT Augustinus, Hier. Basil. Atha. Irenæus. &c. scribunt de ea, vt antiqua pietate. Idque testantur Centuriatores, *Cent. 4. c. 4. & Cent. 5. c. 4.*

3. Papistæ sunt asini dicentes ex S. Hier. Vigilantium vetasse Sanctorum inuocationem; cum de ea nec verbulum extet.

AT Asinus est, qui non intelligit, negato sanctos orare pro nobis posse, negari quoque inuocandos esse: at illud negabat Vigilantius, Callidius Magdeburgenses, *Cent. 4. c. 8.* negarunt fuisse hereticum, sed sanctum Vigilantium.

III. CALVINVS *Inst. l. 3. c. 20. §. 21.* 1. In Hymnis & Litanis omnibus Papistarum nulla fit mentio Christi.

AT contrarium vbique resonat; vt sit periculum, ne diabolo cognomen Mendacis eripiat Calvinus.

2. Solus Christus introit in Sanctuarium cœli, solusque vota offert nostra.

In atrio cœli eminus manent Sancti.

AT isthoc iam negant Calvinistæ, doctique cum Papistis Vt Rainoldus *l. 1. de Rom. Idololat. c. 7.*

Deinde sic ne Angeli nostras Deo præsentarent orationes: mentiente Raphael, *Tob. 12. Obtuli orationem tuam Domino.* Apoc. 8. *Ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, de manu Angelorum coram Deo.*

Ibidemque Calvinus admittit illud officium Angelorum.

3. Inuocant Sanctos vt Deos, plurimosque

habent Deos pro capitū, vrbium. &c. numero.

AT vetus calumnia hæc, patet ex S. Cyrillo *l. 6. in Iulianum.* ex Aug. *l. 22. contra Faustum, c. 4.* Ex Hier. *contra Vigilantium.*

4. Orant Virginem, vt iubeat Filium facere petita sua.

AT Falsum est. Quod si tamen, *Io. sue 10. Obedijt Deus voci hominis: cur non & matris precibus obediret Filius?*

5. Antestatuas Barbaræ. &c. demurmetur Pater noster, quod Deo debetur soli.

AT oramus id Deo per Sanctum præsentari.

6. In Conc. III. Carthaginensi vetitum dicere S. Petre, ora pro nobis.

AT confinxit hoc Calvinus.

7. Sacrilegium est horrendum Sanctos vocare *Præsules Salutis: Orate, E cœlo nos respicite, &c. uua.*

AT prius est S. Ambrosii. de Vidua. Posterius est S. Gr. Nazianzeni oratio ad Cyprianum. Cætera quid colligam militia?

8. *Inst. l. 3. c. 20. §. 24.* Deus voluit, vt nullum esset nobis commercium cum Sanctis mortuis; sed nec illis nobiscum.

AT falsum. Quia Aug. *l. 20. Cito. c. 9.* probat, quod cum ijs simus vnus Corpus, vna respublica.

9. Ibi. Patres in Conc. III. Carthag. voluerunt prohibere hanc superstitionem; sed frangere imperum vulgi non valuerunt.

AT fingit: Nam solum dicunt orationes ad solum dirigi Deum oportere. Sed & nos: Nā solus Deus adoratur, sed per Christi merita; perque Sanctorum intercessionem.

QVÆSTIO VII.

Quæ de RELIQUIIS Sanctorum commiscantur Centuriatores?

Hia deo depuduerunt Magdeburgenses, vt ipsosmet mendaciorum suorum vel memores esse piguerit.

1. Ecce *Cent. 6.* dicunt Reliquiarum cultum post annum Christi 500. cum templorum cretione cepisse:

At *Cent. 5. c. 7.* ceptum ante annum 500.

2. *Cent. 5. c. 6. & 13.* à Christo ad vsque annum 300. nil vsquam reperiri de cultu reliquiarum:

At *Cent. 4.* ante Iuliani Apostatae reliquias S. Andreae & Lucae Constantinopolim honorifice translatas esse fatentur. *Cent. 2. c. 3.* referunt reliquias S. Polycarpi cremadas ab ethnicis perauide surreptas à Christianis. Quid, quod, teste S. Greg. 1. 3. ep. 3. caesa S. Petri & Pauli Corpora eorum ciues ex v. be translaturi, diuinitus fuerint impediti? Orbis enim Vrbiūque Vrbi debebantur.

3. *Cent. 4. c. 8.* Dicunt, rectè & piè Vigilantiū hærarcham contra Reliquias se ipsisse: & S. Hieronymum ab S. Gregorio notari de immodestia aduersus Vigilantium.

At Erasmi Rot. ea est ad Hieronymum adspersa Nota critica, an cynica?

4. *Cent. 5. c. 6.* aiunt: Augustinus de reliquijs Stephani scribit superstitiosum cultum ad eum in Africam vsque factum, demeritū populū quibusdam ILLUSIONIBVS, qua pro miraculis habita sunt.

At vera prædicat MIRACULA S. Aug. 1. 22. *Ciu. c. 8.* quæ sacrilegè dicuntur ijs *Illusiones.*

5. *Cent. 5. c. 15.* Reliquias Martyrum contemptas ab Ethnicis fuisse, & in eo melius sensisse ipsos, quam superstitiosi Christiani Quam enī suram affingunt Theodoro 18. de *Martyribus.*

At in eo contrarium est.

6. *Cent. 4. c. 13.* Diabolū, aiunt, ex industria obtulisse in Oraculo Apollinis, ob vicinas reliquias S. Babylæ Martyris; vt ab earum translatione ordiretur omnium reliquiarum venerationem.

At contrarium omnes Scriptores & vixdum translatus fuit S. Babylas, iam continuè igne cœlitus lapso periijt Apollo, &c.

7. *Cent. 6. in præfat.* Cœperunt semicorrofa ossa Cœtri inuocari, Diuino honore affici.

CALVINVS I. de necessit. reformandæ Eccl. *Nec solum Sanctos Christi loco adorant; sed etiam eorum ossa, vestes, calceos, & simulacra.*

At quis vnquam sensit aut dixit Orthodoxus; *Sanctæ reliquie, orate pro me?* Longe inferiore gradu veneramur eas, quam Sanctorum Animas? Sat se ipsos refutant Magdeburgenses ipsi sibi contrarij; vt liquet ex allegatis. Cætera ex *Antichristo p. 1. q. 23. ex Luthero-cal. p. 1. q. 78. ex Mendace Anipap. p. 1. q. 7.* repetere licet.

QVÆSTIO VIII.

An Sacrarum Imaginum Cultus omnis fuerit semper illicitus?

LVTHERANI & maxime CALVINIANI illicitissimum atrociter contendunt: sed & quidè mendaciter propugnant. Quia vero nos respondemus ijs; simulacrorum cultū ceu Diis præstitum, solum in hiberi: idcirco Calvinus *Inst. 1. c. 11. §. 9. 10.* docere laborat, Iudæos ac Gentes in idolis suis Deum verum coluisse; & tamen reprehendi: quanto magis Sanctorū cultores coarguendi? De Iudæis probat, *Exod. 32. Isti sunt Dytui Israel, qui te duxerunt de Aegypto. Iud. 17. Voui Domino 1100. argenteos, vt faciam sculptile.* De Ethnicis probat. 1. Quia hi respondēt apud Aug. in *Pl. 113.* se non idola, sed Numen colere in idolo: Ideo simulacra mutabant, non Deos. 2. Quia duo Constant. Concilia, & Francofurdianum statuerunt abolendas imagines esse. 3. Quia Conc. Nicænum refutatum est à Principe, decernens iconibus eum cultum, qui Trinitati defertur. 4. Quia Patres arguunt hærēsiōs eos, qui Christi & B. Virg. nis. &c. colebant imagines. 5. Quia Ezechiel, 1. *Reg. 18.* se pentem æneum confregit ob cultum eius idololatriæ. 6. Quia errori sit occasio, vt inesse diuinitas imaginibus putetur. 7. Quia imago incapax honoris est. Hi arietes eorum.

AUTOR. At omnino ficulnei.

Kk

Ad

AD I. Tantum quinquies mentiuntur in vno. 1. Quia ipsamet idola vocarunt Deos & coluerunt: sic ipse Calvinus *Inst.* 1. c. 11. §. 10. sibi contrarius, ex *Exod.* 32. *Fac nobis Deos.* &c. *Dan.* 5. *Ethnici bibebant vinum & laudabant Deos suos aur. arg. arcos.* &c.

2. Iudæi in Vitulo Deum verum coluerunt: At contrarius Calvinus est *Scripturæ.* *Deut.* 32. *Deum, qui te genuit, dereliquisti.* *Iere.* 2. *Ambulauerunt post vanitatem, & non dixerunt, ubi est Dominus.*

3. In quocunque idolo Iudæi venerabantur Deum Verum.

At falsum. Quia in Vitulo solo, non in oue. &c.

Et *Ios. vi.* Optio fit eis idolorum. Et *3. Reg.* 18. *Vsquequo claudicatis? Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si Baal est Deus, sequimini illum.*

4. Calvinus §. 9. *Nec ita stupidi credendi ethnici, ut non intelligerent Deum alium esse, quam ligna.* &c.

At falsum hoc. Quia verè credebant lignea idola esse ipsa Deos, quod loquerentur. Vnde labor prophetarum erat docere non ipsa Deos esse. *Baruc.* 6. *Ast. 9.*

5. Calu §. 10. *Propheta Iudæis & Gentilibus fornicationes cum hano.* &c. exprobrabant, tantum ob ea, quæ quotidie ab his sunt, qui Christiani haberi volunt: Nempe quod Deum in lapide &c. carnaliter venerarentur.

At falsum hoc. Nam Iudæi, *Exo.* 32. & *Gentes,* 1. *Cor.* 10. immolabāt idolis: Christiani vero nequaquam statuis immolant; Nec in ijs diuinum quid inesse putant. &c.

AD II. Duo ea Conc. fuerunt illegitima; quia contra ea est Nicænum Conc. I. Et reijciuntur ab omnibus. Id-

eo per Conc. Nicænum II. eis derogatum est. Et eadē sancunt quædam, quæ Luthero caluinistæ damnāt: ut cultum Sanctorum & Inuocationem; meritiorum operum. &c. Cōc. Frankofurdianum vero non est vnquam approbatum: Id tamen reprobauit Synodus VII. falsam quæ decreuerat imaginum adorandas esse.

AD III. Id producant ex libris Carolinis, qui sunt Carolo afficti. Nam vnus Carolo Imp. iconomachi nec mutius ausi fuerunt. Et Carolus cum Adriano Papa fuit coniunctissimus.

AD IV. Et recte arguunt:

AD V. Sanctè zelauit contra veram idololatriam.

AD VI. Ideo quædā imagines honorantur præ alijs qui Deus plura per illas miracula facere dignatur: Aut quia ab Sanctiore factæ, ut à S. Luca, Nicodem. &c.

AD VII. Imagines non sunt honorificæ per se, sed relative honorantur atque ita etiam sanctæ dicuntur. Causa nostræ confirmationem Vide in meo *Luthero-cal.* p. 1. q. 80. In *Antichristo* q. 24. In *Genealog.* p. 1. q. 24.

QVÆSTIO VIII.

Quæ de *TEMPLIS FESTIS QVÆ volunt mendacia?*

I. *Vttherani* Magdeburgenses *Cent.* 4. c. 4. Et *Calvinus* *Inst.* 1. c. 11. §. 7. *Confligunt vltim Signi CRVCIS sæculo IV. nouum fuisse.*

At illius meminit sæculo altero *Tet. I. de coronis militis.*

2. *Cent.* 7. c. 6. *Mentiuntur Sergium Papam fuisse primum autorem, ut Crux adoraretur. & excoleretur.*

At *Sergius* sedit anno 688. Et *Eua-grius* l. 4. c. 26. istius meminit, plus centum annis antiquior *Sergio*: item quæ

Hic.

Hieronymus *Epist. ad Marcellam.*

3. *LUTHERO CALVINISTAE* certe sibi nos accusant idololatriam in templorum facta Sanctis & aedificatio ne, & Dedicatio: Ceremoniasque consecrationis non posse ab superstitione excusari.

AT responsum ferunt per breue in meo *Luthero cal. p. 1. q. 83, 84, Inq; Genea. p. 1. q. 25, 26.*

4. *Idem* Ornatum templorum à S. Patribus culpari damnatiq; pertendunt; Cū de solo vano luxu illi conquerantur Vide *Genea. q. 27.*

5. *BENEDICTARVM* vsum rerum vt ethnicū, magicūque diffamant; *ibid. q. 28.*

AT Solenne iuum obtinent; non tamen obtinent, quæ mentiuntur.

6. Similiter *PERGRINATIONES* Votiuas derident, quin & execrantur.

AT amuletum ecce in *Genealog. q. 29. & Luthero cal. q. 87.*

7. De *FESTIS* Christi ac Sanctorum quam infanda isti Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 6. mentiuntur sub Aniceto Papa coepisse in Rom: Ecclesia laborare mysterium iniquitatis, seque prodere semina Antichristi: Nimirum, quia Anicetus noluit Pascha alio celebrari die, nisi Dominico.

AT hoc ipsum eo tempore statuerūt omnium fere Ecclesiarum Concilia: obseruantque hodie Lutherani.

8. Cumulat mendacia Heshufus dicens, Pontificios pari honore cum celeberrimis festis coli dies Innocentium Gregorii, Anna, Catharina. &c.

AT hæc multis in locis nec obseruatur quidem in foro, vt aiunt.

9. Idem ait, Festum Corporis esse reiciendum. Cur? Quia, Non adorabis Deos alienos.

Ergo ipsi Christus est Deus alienus. 10. Caluinus ait Cultum Sabbati apud Christianos in eo consistere, vt ociemur ab operibus nostris; & Deum in nobis operari sinamus; id est, intelligamus nos carere libero arbitrio ad bonum, & quicquid agimus, peccatum esse.

AT qui ita Sabbatizant, ibunt in ignem æternum.

Expurgantes Anima Cælitium debentur beatitati; pertinentque ad Corpus Ecclesie Triumphantis.

11. *Quare & hic nequaquam ab illo sunt diuellendi. Porro igitur de iisdem.*

QVÆSTIO IX.

Quæ de Purgatorio vane iactentur?

OMITTO vetera Hæresiarcharum: Noua Nouatorum tot sunt, vt è plurimis vix pauca libeat attingere dum taxat in exemplum.

1. Ad locum ex 2. *Math. 12.* negant librum esse Canonicum.

AT contra omnem retro Antiquitatis consensum, & S. Aug.

2. Esse intrusum illud: *Sancta ergo & salubris est cogit. orare pro mortuis. &c.*

3. Oratum pro mortuis, vt pius affectus seruetur; non vt ij liberentur.

AT Vtrumque dicitur; non docetur.

4. Exemplum id non facit legem.

AT illud est ex Vt certo, sensuque omnium communi; qui vim legis habet.

Omnia fere sic complectitur Petrus Martyr. Solet nobis obijci, Ecclesiam semper pro mortuis orasse.

Quod quidem non inficior: Sed assero istius facti deique Verbi Dei, neque Exempli, in S. Literis, auctoritatem habere.

Facile mouentur homines naturali quadam charitate in defunctos, vt illis bene cupiant, & in preces pro eis erumpant: Sed affectio hæc vehementior videndum est, ne Fidei & Iusta pietati aduersetur.

Logi impudentissime cenforij totius Ecclesie.

II. Et Calvinus Inst. l. 3. c. 5. §. 10. Ante M. CCC. an. vsu receptum fuit, vt preces fierent pro defunctis. &c. Sed omnes, fateor, in errorem abrepti fuerunt.

Mendax, impudens, & quid non tale est Calvinus?

2. Ait, Orarunt, non vt mortuis opitularentur, sed seipfos consolarentur.

At contra S. Patres.

3. Cœpit sic orare vulgus ex imitatione Gētilium; Et Patres se accommodasse opinioni vulgari.

At S. Patres eò diligentius prohibuerunt ritus Ethnicorum, quo plures ethnici conuertebantur.

4. Aug. ait Calvinus, ita dubie, hesitante, & fri-

gide disputat, in libro de cura pro mortuis; in frigore zelum extinguere possit pugnantium pro purgatorio. Quod autem orauit pro matre; id fecit quia nile votum non examinavit ad Scripturas, & primo quodam affectu omnibus probari voluit.

At S. Augustinus id diserte dicitur docet; Non dubium esse, quin animi iuuentur: Nec syllabam habet toto libro, quod non iuuentur. Quam igitur mendax, tam & iniquus Cenfor est Augustini Calvinus.

4. De Purgatorio adeo nil asseruisse Patres fingit, vt illud pro re incerta habuerint.

At iam effrons prorsus deputat mentiri.

Mentiendi sine fine

F I N I S

Antipapista Mendacis Theomachi.

ANTI-



ANTIPAPISTA MENDAX ECCLESIO- MACHIÆ LVTHERO-CALVI- NISTICÆ

PARS II.

De Ecclesia Militante.

QVÆSTIO I.

*Qualia in Papas con fingant Luthero-cal-
uinista Errata?*



EN. 15. *Suspice cælum, & nume-
ra stellas, si potes:* Dispice per
Luthero-caluinismum, &
numeres mendacia si potes.

Homini vtrumque reor perinde diffi-
le sic, vt *ad vtriusq;* videatur.

Ergo quid instituo? Mendacem An-
tipapistam demonstrare, inquam, ex-
emplis pauculis; non omnia illius adnu-

merare mendacia; quibus cælum hoc
terramque incestare nihil dum adhuc
erubescunt meretricij frontones. Men-
dacia verò ea, quibus aut hæreses pro-
flant nouas, aut olim bis, ter, & amplius
mortuas resuscitant; non attingam. Sed
illorum duntaxat pauca, in quibus or-
thodoxæ Romano-catholicæ Religio-
ni affingunt seu dogmata, seu Facta im-
pingunt conficta.

I. Quale, quod LVTHERANI cum-
plures pernegent, S. Petrum vnquam
vixisse Romæ? Et horum quidam cum
CALVINO, testium densitate obruti, vt
dent ibidem obiisse diem quidem S. Pe-
trum;

Kk 3

trum; at sedisse vt Episcopum infician-
tur. Vide in *Luthero cal. p. 2. q. 8.* Sui igi-
tur mendacio mendacii redarguere
audent Scriptorum nubem grauissimo-
rum, omnemque retro Antiquitatem
historiæ; In quam imprimis Magdebur-
gentes Centuriatores, duce Flacco Illy-
rico, ceu Locustæ ægyptiæ, insiliunt;
rodunt, taminant.

II. Atque vt Romano Pontifici ceu
Petri Successori, infandiolem scditate
inferant; in S. Petrum aggerunt Lapsus
quindenos; si in hominem, calumniosè;
si in Sanctum, blasphemè: de quibus
Bell. l. 1. de Pont. c. 28. & lib. 4. c. 8. Quid
quod aperte adstruant; idque ex Euan-
gelistis sic fieri oportuisse percendant;
Petrum ac Paulum Ierofolymis, non
Romæ; ab Scribis & Phariseis, non ab
Imperatore occisos. Vide *Bellar. lib. 2. de
Pont. c. 10. Ibidem c. 25.* Similia Illyrici hi-
storica vide mēdacia circa ius Papparum
post Petrum successionis.

III. Iam quales comminiscantur er-
rores in Papas singulos cum plures, vt
eos in fide errasse persuadeant? *Petrus*, a-
iunt, Dominum ter negauit: Gentiles,
Gal. 2. iudaizare coegit. &c. *Linus* insti-
tuit, ne qua mulier ingrederetur tem-
plum, nisi capite lineis operto. *Anacletus*
Memoriam S. Petri construxit. *Talespho-
rus* quadragesimæ ieiunium instituit:
Clericorum dignitatem nimum effert
supra plebeiam. *Victorem* olim hæretici
dixerunt docuisse, Christum esse purū
hominem. *Zephyrinus* videtur Montani
hæresin adprobasse. *Urbanus* instituit
Confirmationem post Baptismum, vt
plenè Christianos faceret. *Pontianus* do-
cuit Sacerdotes ore proprio Corpus Do-

mini conficere. *Cornelius* docuit, in Ca-
lice Domini solam aquam esse offeren-
dam. *Marcellinus* idolis sacrificauit.

Ad quæ singula respondet *Bell. l. 4. c. 8. de Pont.* Sicut & c. 9. & 10. ad ista: *Liber-
rius* Papa ariana infectus fuit hæresis.
Itemque successor eius Felix II. *Siricius*
ait *Caluinus*, 4. *Inst. c. 12. §. 24.* coniug-
um vocauit pollutionem. *Innocentius*
Velata, si enupserit, aut lapsa sit, non re-
cipiatur ad penitentiam, viuo compli-
ce. *Celestinus* fuit Nestorianus. *Leo*
Mulier putans maritum mortuum, non
non rediturum, potest alteri nubere:
reuerfus primus eam nolit, potest
manere cum altero. *Genasius* docuit, cum
Carne Christi manere panem in Sa-
cramento: Et alteram speciem sine
tera non sumi nisi sacrilege. *Vigilius* dam-
navit omnes, qui confitebantur duas in
Christo naturas. *Gregorius I.* permisit
Presbyteris conferre Sacramentū Con-
firmationis; quod solis conuenit Ep-
iscopis. *Bonifacius V.* docuit, Christum
ab solo nos Originali peccato redemisse.
Bell. c. 11. *Honorius I.* fuit Monotheli-
ta. Ca. 12. *Marinus I.* asseruit: Presby-
teris & Diaconis post Ordinationem
peccantibus non dandam esse veniam.
Gregorius III. iussit iterum consecrari
ordinatos ab alijs, quam quos miserat
ipse. Idem permisit viro ducere aliam,
cum propria ob morbum esset ad debi-
tum impotens. *Nicolaus I.* docuit, Bap-
tismum in solo Christi nomine, sine cruce
Personarum expressione ratum esse.
Stephanus VI. irritauit Acta Formosi,
sentiens Sacramenta pendere à dignita-
te Ministri. Itemque *Sergius III.* At Io-
annes IX, medius, Stephani acta reledi-

dit, restituit acta Formosi: quæ contra-
dictio est. *Ioannes XIII.* cœpit baptiza-
re campanas. *Syluester II.* magus fuit,
inque templo S. Crucis Ierofolymæ
dicerptus: at magi adorant dæmonem.
cap. 13. Bellar. *Gregorius VII.* fuit hære-
ticus necromanticus, Simoniacus, adul-
ter. &c. Gog princeps Magog, id est,
Antichristus. Cap. 14. Bell. *Alexander*
III. docuit, esse contra diuinam Legem,
& Ecclesiæ consuetudinem, vt in testa-
menti requirantur testes plures tribus.
Celestinus III. docuit, per hæresim solui
Matrimonium, facto hæretico coniu-
gum altero.

Innocentius III. docuit, Legem Vete-
rem nondum esse prorsus abrogatam.
Nicolaus IV. docuit Christum verbo fa-
ctoque docuisse paupertatem perfectã
eam, qua nullum sibi dominium refer-
uauit, nec in particulari, nec in commu-
ni. *Ioannes XXII.* docuit Animas ante
resurrectionem non visuras Deum. I-
tem Esse mortales, ait *Calvinus.* *Ioannes*
XXIII. dicitur negasse Vitam ventu-
ram, & resurrectionem.

Benedictus XIII. rectè docuit, Conci-
lium esse supra Papam. *Innocentius VIII.*
Noruegis permisit, vt sine vino sacri-
ficent. Hæc vt vanissima ostendit *Bellar-*
minus vbi supra. His adde ex eiusdem *L.*
2. c. 31. S. Gregorius recu sauit titulum *V-*
niersalis, summi, Sanctissimi, ait *Lutherus.*
Magdeburgensés aiunt, Papam ab Iu-
dæo Imp. creatum esse Patriarcham
anno 520. *Calvinus* ait, nomen *Vn-*
uersalis Episcopi esse profanum, & Antichri-
sti pænuncium & sacrilegum.

Apud Sectarios isto nil receptius:
Papa est Antichristus; Roma Sedes

eius; Regnum Papatus: cœpit cum gla-
dio spiritali post annũ 600. cum Tem-
porali, post annum 1000. Vide in *Luthe-*
ro-cal. meo. p. 2. q. 24.

QVÆSTIO II.

Qualia fingantur Antichristiana Pa-
pistica?

LIBELLVS Synodi Simalchaldica de regno Antichri-
sti. autore, reor, Melanchthone. Nota Antichristi
competunt in regnum Papa.

1. Quia Paulus ad *Thess.* loquitur de aliquo regnante in
Ecclesia, qui doctrinam pugnantem cum Euangelio exco-
gnaturus sit; Et arrogabit sibi Auctoritatem diuinam.
Etc. prætextu auctoritatu Ecclesiastica.

AT Qui regnat, in regno suo supe-
riorem non agnoscit: Papa vero agno-
scit Christum Dominum, se seruum.

II. Sumit sibi Papa ius mutandi Doctrinam Christi,
cultus Dei, Et suos statuit.

2. Aus de uisibus etiam post hanc vitam soluendũ &
ligandu.

AT solum per modum Suffragij, non
Iurisdictionis.

3. Nolle ab Ecclesia aut ullo iudicari, est se Deum face-
re.

AT Pastor oues pascere iussus est;
non contra. Et Papa se credit à Deo fo-
re iudicandum; non ergo Deum se fa-
cit.

III. Hostiam horribiles errores defendit eum summa
sastra, Et interficit dissentientes. Docet remitti peccata
propter dignitatem n. strorum operum, Et nusquam do-
cent, quod gratis propter Christum remittantur peccata.

AT mentitur iniquitas sibi.

CALVINVS in 2. *Thess.* 2. similes proflat fū-
mos, venditque ventos, apud *Bell.* l. 3. c. 20.

ILLYRICVS l. contra Primatum Papæ. Antichristus
est Papa qui negat Christum. Quia adimit Christo sacer-
dotium: nam non vult Christum audiri, sed magis se, suos-
que pseudoapostolos aliud Euangelium afferentes. Item
quia multos alios Mediatore in celo nobis pro Christo
substituit, neglecto Christo: Item infinitos Sacrificulos pro
Christo substituit.

Deni.

Denique quia per merita suorum spiritualium, Sanctorumque nos saluari vult.

At Logi. Piget plura.

QVÆSTIO III.

Æqualibus CONCILIA onerantur mendacis?

LIBER dictus Protestatio aduersus Conc. Trid. sic ait: Proferimus ac protestamur nos adhaerere ac semper adhaerisse Protestationi & Appellationi R. P. D. Lutheri, ab iniustissimo & violentissimo iudicio Pontificis, ac omnium eius factionis iudicum, ad liberum, Christianum, legitimum, ac in Sp. Sancto congregatum Concilium. Qui processus, protestatio, & appellatio fuit postea unanimiter, & multis a nostris Ecclesiis renouatus; & in aliquot etiam Imperialibus conuentibus, ab omnibus Statibus comprobatus.

Hinc Protestantes dicti: Sed inconstantes.

Nam simul ac Paulus III. Concil. Trident. indixit, hoc illi, cum priscis sic habitis, lacerare calumniis & mendacijs, editisque libris; Lutherus lib. de Concilijs, Melanchthon lib. cur Lutherani ad Conc. non accesserint, Libro protestationis 34. Ministrorum: Illyricus lib. de praxi Concilij.

Kemnitii examen, Molinæi Consilium, Caluini Antidotum. &c.

LIVTHERVS l. d. Conc. ait, Nil opus Concilijs, cum tiam ista olim sanctissima errarint. Quoslibet parochos & Ludimagistros non minus in Ecclesia posse, quam maxima Concilia, Apostolos in Conc. Hierosolymitano ad angustia: nos redegisse, quod sit abstinendum sanguine, & suffocato. Quibus cum non abstineamus, liquere liberum esse, obedire Concilijs. Conc. Nicani articuli sunt fœnum, stramen, ligna: De ijs lignis articulis quasi reliquia remanserunt & citationes, ut articulus de festo Paschati. &c.

An vero nil aliud est negotij Spiritui Sancto in Concilijs, quam ut impossibilibus (de cœlibatu) periculosis, non necessarijs legibus suos ministros obstringat & oneret. &c.

Maius accedit lumen doctrinae Christiana ex Catechismo puerili, quam ex omnibus Concilijs.

Ibid. Illi Sycophanta, qui parasitantur Papa, ad sunt dementati, ut hoc paradoxon audacissime defendunt Concilia potestatem habere novos articulos fidei conciliandi, & mutandi veteres.

2. ILLYRICVS lib. de norma & praxi Conc. Trid. Clamant illi Ecclesiam se Pontificem eum suis esse supra Scripturam, posse contra Apostolum, & totum Vetus Testamentum dispensare. &c. Dominus Iesus obstruat igne infernali ista blasphemia ora Antichristi.

3. KEMNITIVS in Exam. Dicunt,

1. Papa habet voluntatem pro ratione his qua vult:

2. Potest formam Sacramentorum, ad Apostolis traditam, immutare:

3. Contra epistolas Pauli potest statuere:

4. Potest dispensare contra quatuor prima Conc.

5. Et contra verba Euangelij.

Cardinali Hosio: qui præfedit Concil. Trident. affingunt illa verba 34. Ministri Protestationis.

Non pro Scripturarum sententia dimicantes, ipsa Scripturas facessere inebimus. Non oportet legis, aut Scripturæ esse peritum, sed Deo doctum. Vanus est labor, qui Scripturam impenditur.

Hæc enim creatura est, & egenum elementum; non conuenit Christianum creaturæ nimium additum esse.

Hæc ille nefarius Antichristi Cardinalis, & impij Concilij Gubernator.

Contra quæ ille: Si mea illa verba essent, vere dignus essem, qui in medio foro cremerer.

4. Iam qualia hæc mendacia: 1. Imperatores semper indixisse Concilia, iisdemque præfuisse,

2. Magdeburg. Cent. 1. lib. 2. c. 9. fingunt in Concil. Ierosolymitano, Act. 15. à tota Ecclesia fuisse collecta iusfragia, & omnium iudicio definitum: tota fide, sine operibus hominem iustificari.

At de hoc nec gry. diciturque; *Conuenerunt Apostoli & Seniores videre.* &c. non plebs, nisi audire.

Nam post Petri sententiam dicitur: *Tacuit autem omnis multitudo, & audiebat Paulum, & Barnabam.* &c.

Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus. &c.

Tunc placuit Apostolis, & Senioribus. Itaque plebs non iudicauit; Sed adfuit, & tacito consensu placuit omni Ecclesie.

Mentiuntur apud Bellarminum lib. 1. capite 16. de Concil. Sæpe vnus viri Scripturâ muniti sententiam præualluisse toti Concilio: vt Hieronymi, Raptam licitè duci in vxorem, si pater eius consentiat: quod Concil. generæ inhihuerat.

Item apud Bellarminum capite 19. Molinaus: Legatos Papæ post Episcopos in Concilij sedisse. &c.

LVTHERVVS art. 115. ex quingentis: *Capite hoc Euangelium; quia nec Papæ, nec Concilij, nec ulli commissum est, ut concludat, Quid sit Fides.*

Ideo debeo dicere: Papa, tu conclusisti cum Concilij; nunc ego habeo iudicium, an acceptare queam, nec ne.

Sic & Calvinus Institut. 4. capite 9. §. 8. vbi sententiam Concilij vult esse Præiudicium, non Iudicium, & cuique examinandum.

QVÆSTIO IV.

Qualia Absurda Luthero-caluinistica de MONACHIS pronunciantur?

LVTHERVVS in Epithalamio pertendit, mulieres non nisi ad matrimonium esse creatas.

1. Idem est consultare; sitne ducenda vxor; & an sit edendum ac bibendum.

3. Moysen præcepisse matrimonium omnibus sic, vt nulli continere licuerit in Vet. Testamento.

4. Πειράζειν, & γαμίζειν, id est, circumducere mulierem, & ducere vxorem, esse idem.

5. Etsi Virginitas præstet Coniugio; coniux tamen coram Deo digniore est Virgine.

6. Idem libr. de *Votis monasticis*: Nouum Test. & primitiua Ecclesia prorsus nihil nouit de vllius rei voto.

7. Forma vouendi ista sit: *Voueo castitatem.* &c. liberè vsque ad mortem.

8. Christum nusquam consuluisse castitatem; quin deterruisse.

9. Vita vna nihilo melior est alia; sed paria omnia:

Ideo Iouinianum non solidè ab Hieronymo refutatam.

10. Optimam religionem fore, si nemo ad vota admittetur ante ætatis annum 70. aut 80.

AUTOR. AD I. Nullæ igitur mulieres erunt in cælo, vbi non nubent, neque nubentur.

Aut non erit distinctio sexuum: Quam hæresin Ioannis Hierosolymitani refutauit S. Hieronymus.

AD II. Etiam Ethnici consularunt istud; hoc nec stultus vnquam.

AD III. Quomodo igitur vxoribus carue-

caruerunt Helias, Helisæus, Jeremias, Baptista?

AD IV. Ea aut imperitia est, aut malitia.

AD V. Dicit pugnancia, non doctet.

AD VI. At B. V. Maria vouit: ait Sanctus Augustinus libr. de Virginit. c. 4. *Quomodo fiet istud. &c. quod profecto non dixisset, nisi Deo virginem se ante vouisset.*

AD VII. Si libere, quomodo vsque ad mortem?

AD VIII. At Lutherus assert. art. 30. ait, Nullum esse Consilium Evangelicum; nisi vnum Virginitatis.

AD IX. At Augustinus libros S. Hieronymi contra Iouinianum vocat *Suauissimam disputationem.*

Et epist. 28. Iouiniani libros *vaniloquia.*

AD X. Indignum refutatione est: vt pleraque.

II. MELANCHTHON in *Confess. Aug. art. 27.* Augustini tempore Monasteria fuisse libera Collegia.

2. Olim ea fuisse scholas artium.

3. Bernardum & Franciscum sola corporis utilitate ductos ad monasticen, vt domesticis carerent molestiis & curis.

4. Monachatum, nuperum esse inuentum.

5. Nos asserere: Monasticen mereri iustificationem: & saluare alios ijs applicatam; melioremque baptismo esse.

6. Mendicitatem nos maioribus ornare titulis, quam Legem diuinam: ita in *Locis ca. de Concilijs.*

7. Nos putare Legem Deitantum de externa disciplina concionari; quod primos motus concupiscentiæ non esse peccata putamus.

AVTOR. AD I. Aug. in Psal. 99. *Dum non perseverarit implere quod vouit; sic defector tam S. propositi, & reus voti non reddat.*

AD II. Monastices Magistri Basilii, Augustinus, Cassianus, Hieron de conil in monasticis suis Institutionibus.

AD III. Ieiunare, castigare corporis cilicij indui, nudipedem incedere. & miræ scilicet corporum utilitates sunt.

AD IV. At S. Benedictus floruit ante mille annos, Augustinus, Basilii, Antonii multo sunt antiquiores.

AD V. Fingit ille: Opera pia sunt meritoria vitæ æternæ; at non Iustificationis.

2. Nulli quisquam mereri gratiam potest; potest tamē comunicare meritum.

3. Similitudo est baptismum inter Professionem. Vide *Bell. l. 2. de Mon. c. 1.*

AD VI. Christiana perfectio essentialiter consistit in obseruatione præceptorum: in Consiliorum instrumentaliter: *D. Tho. 2. 2. q. 184. a. 3.* Consilia tamē aliquatenus possunt præceptis anteponi. Vide *Beil.*

AD VII. Mentitur, Motus tamen primò primi, quia sunt inuoluntarij non sunt in peccato.

III. CALVINVS *Inst. 4. c. 13. §. 3.* Nos coniugum vocare pollutionem.

2. *Ibid. §. 8.* Olim pios in monasterijs seæ Ecclesiæ gubernationem præparasse.

3. *Ibid. §. 10.* Aug. veri monachatus Magister non vult rigidè exigi quæ libera Christus reliquit.

4. Idem requirit, Monachum omnia referre debere ad charitatem Dei & proximi: iam autem noua fingi alia.

5. Monasticen à Christo nusquam vllâ syllaba approbatam esse *Ibid. §. 11.*

6. *Ibid.*

6. *Ibid.* §. 12. Nulli veterum in mentem venisse dicerent, Christum quicquam Consuluisse; sed omnia præcepisse.

7. *Ibid.* §. 14. Patres abhorruisse ab hoc, Monasticum esse baptismum secundum.

8. *Ibid.* Hodie monachos ab Ecclesia discessionem facere.

AUTOR. AD I. Mentitur. Imo Sacramentum esse docemus; quod negat ipse.

AD II. Falsum: Sed inuiti inde extrahantur ad honores virtutis sanctissimi quique.

AD III. Mentitur sciens.

AD IV. Noua fingit ipse mendax.

AD V. Contra *Aug. epist.* 94. q. 4. *Magister mandata Legis ab ista excellentiore perfectione distinxit. Ibi enim dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: hic autem: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia. &c.*

AD VI. Mentitur.

AD VII. patet supra.


AD VIII. Calumnia est: Quia eundem Papam habent cum Ecclesia, eandem Fidem, eosdem Ordines ab Episcopis. &c. per Vnum cum Patre IESVM CHRISTVM, benedictum in sæcula. Amen.

Mentiendi sine fine

F I N I S

Antipapista Mendacis Ecclesiomachi.

LI. ANTI-





ANTIPAPISTA MENDAX MYSTERIO- MACHIÆ LVTHERO-CALVI- NISTICÆ

PARS III.

De Sacramentis.

QVÆSTIO I.

*Qualia sint Luthero-caluinistica mendacia
de Sacramentis in ge-
nere?*

*LVTHERI Mendaciorum è pluri-
mis pauca.*

MEND. I. de Capt. Bab. c. 1. Conc.
Basileense statuit, Licere Bocnis
vtramque speciem: Constantiense
vetuisse.
At Basil. sess. 30. & Con-
stant. sess. 13. statuunt, Laicos non tene-

ri diuino iure ad vtramque; sed standum
consuetudine & lege Ecclesiæ. Basileense tamen concessit. Vtramque Boe-
mis: modo credant non teneri ad eam
iure diuino, sed Ecclesiæ lege.

II. MEND. *ibidem*. S. Thomam illius autorem esse,
quod in Eucharistia non sit substantia panis, sed
accidentia sola.

AT Innocentius III. in Conc. Late-
ran. anno 1215. id definiuit, alijque diu-
ante ipsum, Sancto Thoma necdum
natô.

III. MEND. *Ibid.* c. 2. *Afferunt impij homines*. scilicet de
baptismo, non debere hominem certum esse de remissione
peccatorum, seu gratia Sacramentorum. Quia impietate
orbem totum demorant.

AT contrarium *ibidem* paulo in-
tra

fra ait: *Omnes tamen admittunt, Sacramenta esse signa efficacia gratiae.*

Quare hanc inesse Sacramentis dubitamus nihil; at de cuiusque dispositione debita certi esse nequimus. Quia illa pendet ex diuina Institutione; hæc è nobis.

Sic ipse Lutherus *serm. de bapt.*

IV. MEND. *ibid.* Scholastici tanquam de materia & forma Sacramentorum scribunt, id est, litera occidente: Caterum promissionis diuinae veritatem, & fidem nostram intacta relinquunt.

At tractant de hac ex professo in 4. *Sent. dist. 4. & 9.*

Stancarus l. de Trin. *unum* ait Mag. *sententiarum pluris esse, quam 100. Lutheri, 200. Melanct. 300. Bullingeri, 400. Martyres, & 500. Caluini: in quibus nec vncia vera Theologia. &c.*

V. MEND. *ibid.* tripartitum: 1. Statuunt, Sacramenta prodesse, qui sunt in peccato mortalibus.

2. Nec requiri gratiam ad hoc, ut profint.

3. Nec fidem, modo non ponant obicem. Quasi ipsa incredulitas non sit obex gratiae.

AT I. Quædam Sacramenta, ut bapt. pœnit. &c. sunt ad peccata abolenda instituta: Lutherani volunt omnia habere promissionem reconciliationis.

2. Ipsa ut vasa continent, conferuntque gratiam digne in gratia recipientibus ea.

3. Etiam hæretici in falsa fide verum recipiunt baptismum, sed in substantia; non in fructu: sic & Matrimonium verum, at sine fructu Sacramenti.

VI. MEND. *in assert. art. I.* Hanc sententiam: Sacramenta conferunt gratiam non ponenti obicem; esse Scoti hæresim.

AT Ante Scotum docuit eam Innocentius III. *Aug. ep. 23.*

VII. *Ibid.* Scotistas requirere in vsu Sacr. bonum motum cordis, non fidem, non propositum bonum.

AT refellit hoc Roffensis ex Scoto in 4. d. 4. q. 2.

VIII. MEND. *hom. vi. de bapt.* Huc impietas tantum est, ut sal. & aqua, contra Verbum & mandatum fuerata, tantundem virtutis tribuerint, quantum in pristino.

AT l. de Capt. *bab. c. de extr. unct.* fateatur iuxta Apostolum salem & aquam recte benedici. Neque sunt tamen Sacramenta.

2. Denique ipse sibi tulit sententiam Lutherus lib. contra Emserum. *Sifens deprehenderet a mentitus, falsus, & crepusculus; siã tota mea doctrina, & honor, fides & fidelitas si nem penitus haberent: Vnusquisque pro nequam & infami nebulone, si aquam est, habiturus esset.*

AT Dietenbergius noster vel è duobus ius libellis solis collegit supra octingenta mendacia. Et prædicta quanta?

Philippi Melanchthonis mendaciarum aliqua.

I. In Confess. art. 13. *Scholastici docent* (Luther dixit Scotistas solos) quod Sacramenta non ponenti obicem conferunt gratiam ex opere operato, sine bono motu.

Hac simpliciter Iudaica caremonia est: & tamen dicitur in totoregno pontificio

AT ipse in Apologia ar. de pœnit. fatetur; nos requirere contritionem, & attritionem: quæ est motus cordis.

II. MEND. Conf. Augustana ar. de Missa. *Falsè accusantur Ecclesia nostra, quod Missam abolant. Retinetur apud nos, & summa reuerentia celebratur.*

AT Articuli Smalcal. autoritate patres Confessioni contra aiunt: *Dracunculæ ista, (Missæ) peperit multiplices abominationes & idololatrias, Supra. Abrogationem meritò missa est.*

III. MEND. *ibid.* Ante Gregorium non facimus nec priuata Missa.

AT *S. Aug. 22. Civ. c. 8.* prodit in domo rustica nobilis à spiritibus infesta, Misfam patram fuisse remedio: idque 200. annis ante Gregorium.

IV. MEND. *ibid. ar. de Confel. Antea immodice extollebantur satisfactiones: Eidei vero, meriti Christi, ac iustitia fidei nulla subat mentis, nec una syllaba.*

AT pleni de his sunt libri orthodoxorum.

CALVINI Mendaciorum nonnulla de multis.

I. *Inst. 4. c. 14. §. 14.* Magno consensu Sophistica schola tradiderunt, Sacramenta noua legis Iustificare, & conferre gratiam, modo non ponamus obicem peccati mortalis.

Qua sententia dici non potest, quam sit exitialis & pestilens.

Eoque magis, quod multis ante saeculis, magnà Ecclesia iacturâ, in bona orbis parte obtinuit. Planè certe diabolica est, dum iustitiam citra fidem pollicetur.

Grata confessio Consensus, Antiquitatis & Vniuersalitatis.

Sed quod de iustitia citra fidem, id nobis affingit citra fidem.

II. MEND. *ibid. §. 17.* Interim illud tollitur figmentum, quo Iustificationis causa, virtusque Spiritus S. elementis, seu vasculis, ac plaustris includitur.

AT cum vnum esse Sacramentum permanens: in Eucharistiam; cætera in Vsu transeuntia: illud, ceu vas, continere gratiam, & conferre; cætera solum conferre dicimus velut instrumenta effectiua.

Sic etiam *Aggitta, Ps. 7.* dicuntur *vasa mortis*: arma *Ezech. 9.* *vasa interitus.*

III. MEND. *ibid. c. 17. §. 43.* Alexander Papa primus azymo pane delectatus est; vt plebis oculos nouo spectaculo in admirationem traheret magis, quam vt animos proba religione instrueret.

AT *Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Do-*

minus primo die azymorum sic instituit.

IV. MEND. *ibid. c. 19. §. 12.* *Veteres, dum proprie loquuntur, nusquam plura duobus Sacramentis recensent.*

AT *Aug. 1. 2. contra Petil. c. 104.* *Sacramentum Chrismatis, in genere visibilibus signorum, sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus.*

V. MEND. *ibid. De manuum impositione.* Augustinus affirmat, nihil aliud esse, quam orationem.

AT Augustinus id ipse refutat.

VI. MEND. *ibid. §. 34.* Matrimonium pro Sacramento datum, nemo vsque ad Gregorii tempora videtur.

AT *Aug. 1. de bono coniug. c. 18.* vetustior ferè 200. annis, ait: *in nostris nuptijs plus valet Sanctitas Sacramenti, quam fecunditas vieri.*

VII. MEND. in Antidoto Conc. Trid. sess. 7. can. 13. *Gemunt omnes p̄j, pluri in baptismo fieri Chrisma, cereum, salis saporem, spiritum denique, quam aqua lauacrum: quo tota constat baptismi perfectio.*

AT dicimus ea esse præparationes ad baptismum: qui etiam sine his ceremonijs validus est.

Kemnitiana Mendacia quædam.

I. In Exam. edito anno 1566. *Quomodo per Matrimonium Iustitia fidei incipit, vel augetur, quod Syricius Pont. definit esse secundum carnem viuere, quod Deo placere non possit.*

AT Syricius scribit *ep. 1. c. 7.* de coniugio Sacerdotum illegitimo, quod est sacrilega impudicitia.

II. MEND. *ibid.* Scholastici laborant, vt ostendant benedictam aquam, rosam, herbam. &c. non esse Sacramenta: Vnum Gabrielem clarè dicere, deesse eis nihil nisi Institutionem diuinam.

AT nillaborant: & plura eis desunt.

III. MEND. *ibid.* *Quidam, vt Alensis, Thomas, Durandus.*

randus. Et. senserunt, ipsi externis Sacramentorum elementis per Verbum conferri quandam virtutem supernam auriorem.

At Durandus in hoc D. Thomam oppugnat 4. d. 1. q. 4.

IV. MEND. ibid. S. Cyprianum existimasse, baptismum esse inuisibilem ab hereticis, malisue ministris collatum.

At solum id de hereticis erroneè affirmabat.

V. MEND. ibid. Illa opinio: quod in ipsis Sacramentorum elementis gratia essentialiter contineatur, sicut medicina in pixide; ita ut Virtus Sacramentorum sit vel essentia, vel qualitas hærens incorporalibus elementis etiam inter Scholasticos non fuit omnibus probata.

At Gratiam, ut effectum Sacramentorum, contineri in eis, affirmamus omnes: essentialiter verò eis inhærere gratiam, dixit nemo: sic enim in heret animæ: Contineri tamen illam in Sacramentis dicimus ut in vase metaphoricè, sc. ut effectus in causa, Sic tela sunt vasa mortis.

Virtus autem Sacramentorum non est gratia, sed id per quod Sacramentum operatur.

VI. MEND. Virtutem Sacramentorum in ipso opere, quo celebrantur, vel suscipiuntur, constituuntur; ita ut dicantur conferre gratiam ex merito operis, quod exercet is qui celebrat, aut suscipit.

Idem Caluinus Inst. 4. c. 14. §. 26. Fideles Sacramenta recipiendo nihil agere quo laudem mereantur; sed hanc actionem esse merè passivam, eos asserre nihil præter mendicitatem.

At opus operatum est Sacramenti, non suscipientis, aut celebrantis, qui in gratia positus cooperatur meritorie in fide per Sacramentum.

LUTHERVS *l. de Capt. bab. c. de Matrim.* dicit Vocem, Sacramentum: vbiq; in Scriptura reperitur significare rem Secretam: Papistas verò velle vbiq; significare Signum.

At Falsum utrumque. Nam, Dan. 2. significat signum rei secretæ; Eph. 5.

Signum rei secretæ Sacræ: Tob. 12. Reverti ipsam secretam.

QVÆSTIO II.

Sacramenta quatenus sint necessaria?

ICALVINVS in *Antid. Conc. sess. 7. can. 4.* & Kemnitijs in *Exam. ibid.* mentiuntur dicitur nari Lutheranos, quod Sacramenta excludant à necessitate salutis, cum tamen necessaria dicant.

At Necessitatem solum ad bene esse dicunt; non simpliciter absolutam: hanc soli Fidei attribuunt immediatè saluanti; quod hæreticum est.

2. Kemnitijs mentitur, Concilium definire, Confirmationem, Extr. vocationem, Confessionem, & cetera simpliciter ad salutem necessaria.

At Vide meum *Luthero-cal. parte 3. quæst. 6.*

3. Idem mentitur, nos docere; quod fides non sit, sed unâ cum dignitate & merito nostri operis accipit gratiam iustificatiõis.

At negamus vlla Sacramenta esse operanostra, aut pendere ex nostro merito seu dignitate: alioquin ab impijs collata non forent vtilia.

Luthero-cal. p. 3. q. 12. Bell. l. 2. de Sacram. ca. 1.

Multa ibi quæ affingunt orthodoxis de opere operato.

4. Idem mentitur in *Exam. p. 2.* Lutherum semper improbasse in Sacramentarijs illam profanam sententiam: Quod Sacramenta non sint organa, & causa instrumentales gratiæ: Sed solum in stat. picture commensurati, & excitent fidem.

At Lutheri hanc esse sententiam. Vide in *Luthero-cal. p. 3. q. 13.*

5. Idem in *exam. p. 2. p. 35.* mentitur, Numerum septenarium Sacramentorum apud Græcos tentatum; Armenis vero obtrusum fuisse à Concil. Florent. sed an. 1000. post Christum, à Papa. Vide *Bell. l. 2. c. 25.*

At

AT Concilium illud habet Confen-
sum Græcorum ac Latinorum Episco-
porum ibi congregatorum: qui Arme-
nos à numero Personarum in Diuinitate,
& Sacramentorum deflexisse con-
uicerunt, ex ipsorummet antiquis in-
corruptisque codicibus: sicque eos con-
uenterunt.

Quàm falsò idem, ad duo Sacramen-
ta solum docenda, detorqueat Patres,
vide *Bell. c. 27.*

QVÆSTIO III.

*Quæ de Ceremonijs falsa imponuntur Ca-
tholicis?*

KEMNITIUS in Exam. p. 2 pag. 157. 1. Conc. Tri-
dentinum adprobasse quoscunque Ritus ab ho-
minibus excogitatos; quamuis absurdissimos.

Idem Caluinus in Antid. Trid.

AT solum ab vniuersali receptos
Ecclesias contra quos disputare, ait S. Aug.
ep. 118. insolentissima est insania.

2. Afferunt ritus, qui pugnant contra Verbum
Dei.

3. Papa, aiunt, potest inmutare instituta
Christi.

4. Grande peccatum, quicquam ijs in cere-
monijs inmutare.

Idem Caluinus in Antid.

5. Anteponunt humanas ceremon. diuinis
preceptis.

Idem Caluinus *Inst. 4. c. 10. Confess. Aug.*
Apolog. ar. 15.

6. Putant sine his cerem. Sacramenta vim &
efficaciam non habere.

7. Singulis cerem. vim tribuant spirita-
lem.

8. Aliquibus efficaciam Sacramentalem. Sic
& Lutherus *honi. vlt. de bapt.*

Et contrarium habet in *Capt. bab. c. de Ord.*

9. Præferunt ceremonias Christi Sacra-

mentis. Idem Caluinus in Antidot.

10. Tertul. & Cyprianus ex errore Montanista-
rum docuerunt exorcismum & Vnctionem habere
effectum spiritalem.

11. Cyprianus & Cornelius tribuerunt Vnctioni,
efficaciam baptismi: teste Magistro sententiarum;
quæ opinioniones dein sunt correctæ. Falsa omnia &
conficta.

12. Caluinus *Inst. 4. c. 10. §. 9. 12.* In ceremo-
nijs præcipuum Dei cultum ponunt.

Sic & Confess. Aug. *ar. 26. §. 15.* Istis homi-
nes iustificari.

Vide hæc refutatoria in meo *Luthero-cal. par. 3.*
q. 19.

QVÆSTIO IV.

*Qualia sunt baptismalia Luthero-calui-
nistarum mendacia in
nos?*

1. **D**E baptismo Flaminis mentitur Kemniti-
us in Exam. p. 2. fol. 90. 91. afferere Augustinum, La-
tronem in cruce sola fide, Christum apprehendens,
iustificatum esse.

Cum dicat, fide & conuersione cor-
dis ad Deum esse iustificatum.

2. *Ibidem* mentitur; Cyprianum ab Augustino re-
futari; quod credidisset Martyrium, eo modo iustifi-
care, quo baptismus.

Cum Augustinus laudet ab hoc Cy-
prianum,

3. Idem quoad fidem infantum in baptismo fingit
Synodam VVittenb. Lutheranorum consentire cum
Luthero; & hunc eum S. Augustino: requiri in eis fi-
dem: Et Conc. Trid. contrarium Concilio Viennensi
decernere.

Falsa omnia.

4. Lutherus in *assert. ar. 2.* affingit S. Augustino, do-
cere eum, Peccatum in baptismo remitti, non ut non sit;
sed ut non impietur.

AT Ioan. Roffensis cum mendacij
conuicit.

Nihilominus postea Melanch. in *Apolog. art. 2.*
Confess. Augustana, repetit idem.

AT conuictus ab Eckio fatetur er-
rorem: anno 1580. *tamen in libr. Con-*

Mm cor-

cordia pagin. 59. id ipsum repetunt.

5. Kemnitus in Exam. ad sess. 7. Can. 7. quam infanda affingat Tridentino, vide in *Luthero-cal. par. 3. quast. 27.*

6. Idem in Exam. sess. 7. Can. 10. Nos negare, posse hominem per penitentiam redire ad gratiam baptismi.

At quin sit reditus per penitentiam docemus; per baptismum verò negamus.

Ibid. Nos in peccatis post baptismum nisi propria contritione & satisfactione.

At his nitimur instrumentaliter: Christi & Sacramenti virtute principaliter.

Ibid. Cum Lutherus dicat memoriam baptismi dimittere peccata, post eum facta: Concilium sententiam deprauasse, quasi dixisset, *perfundoriam & historiani.*

At ipse Concilium deprauat; nam hoc ait *sola memoria & fide baptismi.*

7. Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 6. Fingunt Baptismum baptizasse in nomine S. Trinitatis.

At nusquam id scriptum est.

QVÆSTIO V.

Qualia iactentur Charismatica Luthero-calvinistarum mendacia?

ALVINUS in Antidoto Conc. Trid. sess. 7. can. 2. Olei qui faciat mentioem nemo est ex veteribus imò nec ex media illa aetate, quae iam multis vitis abundabat.

At Tertullianus, sub annum Christi 176. lib. 1. contra Marcionem: *Ille neque aquam Creatoris respuit, qua suos abluit; neque oleum, quo suos ungit.* Aug. l. 5. contra Donat. c. 20. sub annum 380. Cypri. Cyrill.

2. Cal. *ibid.* Can. 3. Patres Tridentinos vocat asinos, porcos, &c.

Instit. 4. ca. 19. §. 8. Verbum Victorum est; nullam promissionem in baptismo percepisse; qua in agnitionibus instruuntur.

At sui cuique Sacramento proprii sunt effectus, teste Melchiade Pont. in *baptismo regeneramur ad vitam; in Confirmatione armamur ad pugnam.*

3. Cal. *ibid.* §. 10. Nonne se Donatistas produnt qui vim Sacramenti à ministris dignitate astimant?

At Donatistæ dignitatem probitatis ministerialis requirebant; nos vero Ordinis Episcopalis, ut qui solus Confirmationem queat conferre.

4. Cal. *ibid.* de Melchiade Papa. *Os sacrum, tunc pinguedinem fetore duntaxat anhelitum inquinatum, & verborum murmure incantatum, ad Christi Sacramento opponere, & conferre summa, verbo Dei sanctificata: at parum hoc ipsum tua improbitati, niseriam præferre. Hæc sunt Apollonica tripodis oracula:*

At Papa is fuit sanctissimus, de quo in Aug. ep. 162. *Qualis B. Melchiasis ultima est prolata sententia? quam innocens & integra, quam prouida atque pacifico? &c. Optimum optimum! O filium Christi, ac æ pacis! O Patrem Christianæ plebis!*

5. Cal. *ibid.* §. 11. Ecce, præterita aqua, & nuda numero habitâ, vnum Oleum in baptismo magnificunt.

At l. 4. dist. 7. c. 2. dicitur Confirmatio nobilior baptismi ratione ministri Episcopi, & partis recipientis, quia in fronte datur: non tamen ideo absolute nobilior afferitur.

Kemnitus *par. 2. Exam. pag. 298.* Vnctio Christianis ex schola Montani prodiit.

1. Tertul. & Cypri. hæc in re Montanistæ fuerunt.

3. Hieron. in *dist.* contra Luciferianos hanc tententiam refutat.

At nullus vnquam prodidit eam Montani hæresin fuisse: Esto; fuit Tertul. denique Montanista; non tamen omnia, quæ scripsit, erant Montaniana.

2. Ipse pag. 310. testatur, hunc errorem esse confictum ab antiquissimis Patribus, Tertul. Cornelio, Cypriano: Non ergo

ergo à Montano eum acceperunt.

3. De Hieronymo merum est mendacium.

Idem ibid. Papistæ hodie detrahunt effectus baptismi, & tibiuntque Confirmationi id veteres Patres non fecisse. Catecheses Cyrilli i deo falsas esse proclamant.

At utrumque mentitur; nec docet, nec docere potest.

Idem ibid. Abolitam nunc esse impositionem manuum; & subintroductum oleum balsamo mixtum; cum Patres præci de solo loquantur oleo.

At falsum utrumque docet *Bell. li. 2. de Confir. c. 7.* Vide etiam meum *Luthero-cal. p. 3. q. 37. &c.*

QVÆSTIO VI.

An & Eucharistica sint Luthero-caluinistarum mendacia?

1. LUTHERANI IUXTA & CALUINIANI affirmant, Dominum in hoc, *Bibite ex eo omnes*, iussisse, ut Vinum biberent. Sin' istud; certe præstigiis vsum oportuisse mutatoris. Caluina. *Inst. 4. c. 14. §. 13.* & Martyr: *Papistis, est, significat, Fit, vel Transubstantiatur.* Quibusdam Calvinistis, apud Ianfenium c. 59. istud, *Hoc est Corpus meum*, significat, *Vos estis Ecclesia mea.*

2. Martyr: *Capharnaïta & Papista putant Carnem Christi corporaliter manducandam.*

At illi modo, quo aliæ comeduntur carnes, putabant. Nos; modo Sacramentali veram carnem manducare credimus.

3. Martyr. *Impie faciunt, qui Christum à gloria Patri ad hoc inferiora deuocant.*

At ipse dixit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem.*

Item: *Ego & Pater meus ad eum venimus, & mansionem faciemus.*

Hoc ut spiritali præsentia; sic in Eucharistia corporali præsentia seu Sacramentali.

Hoc est enim Corpus meum; Eritque dum Fides erit.

4. Caluinus vlt. admonit. ad Westph. *Constat vetustos omnes Scriptores, qui totis quinque sæculis post Apostolos vixerunt, vno ore nobis patrocinari: Sic & Martyr.*

At nullus Thrax tam fuit mendax; Thrafo nullus tam audax.

5. Lutherus *l. de Capt. Bab. c. 1.* Transubstantiatio commentum est Thomæ & Thomistarum; approbatum ab Innoc. III. in Conc. Lateran.

At hoc coactum est anno 1215. S. Thomas vero natus est anno 1224.

6. Caluinus *Institut. lib. 4. cap. 17. §. 13.* Tempore Sancti Bernardi Rem vocemque illam orbi nondum innotuisse ait.

7. Kemnitius *Exam. p. 2.* Tempore Lombardi nil certi de eo per Ecclesiam constitit: Iam primum in Tridentino Concilio definitum esse.

At Res per Ætates singulas docetur in meo *Luthero-cal. p. 3. q. 53.*

Vox vsurpari cœpta est sub Ianoc. III. anno 1215. sicut olim vox *S. S. Trinitas, & μυστήριον*, &c.

8. Caluinus ibi. §. 14. *Vetustatis patrocinio, in confirmando isto dogmate, de reali præsentia Eucharistia palam est.*

2. *Nec enim ita pridem excogitatum fuit: Ignoratum quidem non melioribus illis sæculis modo, quibus purior adhuc vigeat Religionis doctrina; sed cum iam admodum inquinata esset illa puritas.*

3. *Nemo est veterum, qui sacra Cœna symbole non fateatur disertis verbis PANEM & VINUM esse:*

4. *Esse varijs epithetis illa interdum insigniunt.*

At liquido patet contrarium in *Luthero-cal. p. 3. q. 48. 53.*

Quo impudentius mentiuntur.

9. Martyr *lib. contra Gardin. & Kemnitius, Græcos semper abhorruisse à voce Transubstantiationis.*

Cum inter Græcos & Latinos de ea nunquam mota sit quæstio.

Vide *Bell. l. 3. c. 21.* Quin Orientales mis-
sam ad se Augustanam Confessionem
refutarunt, & cap. 10. illud de negata
Transubstantiatione.

10. Kemnitijs: *Transubstantiatio ab Andradio collo-
catur inter illas res, qua nulli Scriptura testimonijs aper-
ta definita & explicata sunt. Scotus item, Cameracen-
sis, & alij discrete fatentur, nec verbis Scriptura, nec Sym-
boli fidei, nec veterum sententijs cogi nos ad dogma tran-
substantiationis.*

At Andradius hypotheticè ait: *Et
si Transubstantiatio ex manifestis Scriptu-
ris, (vt tu arbitraris) probari non posset; ta-
men furor esset, velle suo iudicio potius, quam
toti Ecclesie credere.*

Scoto & Cameracensi pariter id af-
fingit.

1. Kemnitijs vt Eucharistia: Vsum solam esse
Manducationem doceat, nō asseruationem, & adoratio-
nem, &c. ait. 1. Quosdam S. Patres ex simplicitate cas-
struisse; & his ignoscendum.

2. Quosdam cum iis non consensisse; proinde
Consuetudinem asseruandi non fuisse vniuersalem.

3. Et sicubi fuit, abrogatam fuisse.

4. Asseruatam verò esse ad solam Manducationem;
non ad reliquas superstitiones.

At Falsa omnia. docet fuisse *Bell. l. 4.
de Euch. c. 5.*

12. Calvinus *Inst. 4. c. 17. §. 43.* fingit, Eccle-
siam inde ab Apostolis vsum pane fermentato
in Cœna, vsque ad Alex. I. Papam, qui ann. 121.
federe cepit, & azymum instituit iudaizans.

At autorem nec citat, nec citari po-
tst.

Contrarium testantur Patres. Vide
Luthero cal. p. 3. q. 56.

13. Madeburg. *Cent. 3. c. 6.* fingit errorem miscendi
vinum aqua in Calice à Papis excogitatum esse; & falso
testantur per S. Cyprianum.

14. Kemnitijs affingit nobis, Romanenses
doere, mixturam aquæ cum vino esse de ne-
cessitate Sacramenti.

At pauci id sentiunt: Communis
tenet sententia, sine aqua consistere
posse Sacramentum, Miscendam vino

tamen aquam Traditio docet ex Chri-
sti factò in Cœna.

15. Quoad FORMAM Eucharistia: conficien-
dæ, Calvinus *Inst. 4. c. 17.*

Kemnitijs. &c. aiunt, Magicè à nobis incanta-
ri panem ac vinum.

At hæc blasphemia calumnia est.

16. Kemnitijs mentitur, omnia Verba Instituti-
onis pertinere ad Essentiam Cœnæ: Romanos multa
addere, demere, transponere, &c.

At non Essentialibus hisce: *Hoc esse
nim Corpus meum: Hic est enim Calix Sa-
guinis mei.* Vide *Bell. l. 4. c. 15.*

17. Kemnitijs p. 2. *Exam. c. 2.* Papistæ tribuunt
se remissionem omnium ex opere operato: ac cœna
sumptæ solum remissionem veni-
liculo iudicii sumendi. Idcirco suadent emi-
ssum.

At falsum est. Nam sacrificium
pro peccatoribus ad auxilium eius con-
uertendi ad pœnitentiam; adq; Deum
ei propitiandum.

18. Calvinus *Inst. 4. c. 17. §. 40.* &c. arguit
nos, quod in Communione requiramus per-
fectissimam fidem & charitatem.

At talem Anabaptistæ postulant
non nos; nisi moraliter possibilem.

19. Calvinus *Inst. 4. c. 17. §. 74.* Dominus osten-
dens panem Corpus suum esse dicit: Calicem danti osten-
dit, Sanguinem vocat; Humana rationis audacia con-
tra reclamant, Panem esse Sanguinem.

1. Vinum esse Corpus.

2. Ac si Dominus nulla causa Corpus & Sanguinem
verbis & signis distinxisset.

3. Et vnquam sancto auditum esset, Corpus Christi
aut Sanguinem Deum & hominem appellari.

At tria hic falsa. Primum nunquam
vel somnauit Catholicus. Alterum
est blasphemum, soluens Iesum 1. Io. 4.
Tertium est impium, abnegans Conco-
mitantiam, ac Vnionem hypostaticam
inseparabilem.

20. Kemnitijs vbi supra mentitur nos nostris me-
ritis velle acquirere Dignitatem agendi Synaxes: Id-
que appellare dignam preparationem.

At

AT in ipso accessu profitemur: *Dominus non sum dignus. &c.* Moraliter nos parare dignos studemus inutiles serui cum omnia etiam egerimus.

21. Calvinus ibid. *Ab Apostolo ad mille usque annos postea, sine exceptione omnes fiebant Virtusque Symboli participes.*

AT falsum esse docet Vfus Christi, Apostolorum, & Posteritatis.

22. Idem ibid. *Mentiebatur Paulus, se accepisse dicens, quod tradiderat? Nam postea traditionem declaravit, ut omnes promiscue, utroque symbolo communicarent.*

AT mentitur Calvinus de Paulo: Nam non hic declarat traditionem Domini, quasi dicentis: debere omnes sub diuino mandato vti vtraque.

23. Kemnitius ibid. Tridentinum ait, *Accipite, edite, ad laicos pertinere: Bibite non.*

AT Trid. non ait, non pertinere; sed Laicos non teneri ad *Bibite*, vti Sacerdotes.

24. Kemnitius p. 2. *Exam. sess. 13. c. 15.* Nullum esse ait, qui dubitet, Christum in Euch. adorandum; nisi qui cum Sacramentariis negat Corpus Christi in eadem inesse.

AT ei reclamationt Illyricus, qui Sacramentarios oppugnat, & tamen negat in Euch. Christum adorandum.

QVÆSTIO VII.

Qualis in S. Missam Lutheri caluinisticus furor est Mentendi?

1. KEMNITIVS p. 2. *Exam. pag. 717.* *Sacrificium Missæ in eo consistit, quod sacrificulæ certis ornamentis & instrumentis super panem & vinum variis vitur gestibus, motibus, &c. nunc clamorè, nunc silentio. &c.* Sicque Eckium scribere ait.

AT mentitur de Eckio, deque Sacrificio, quod in Oblatione, Consecratione, & Sumptione Corporis Christi consistit: non in illa, quam vocat, *pano-*

plia verborum ac gestuum. &c. hæc enim accessoria est.

2. Kemnitius: *Histrionicam gesticulationem vocat Missam; quam S. Patres nesciuerunt: Sed Eucharistie consecrationem & distributionem vocarunt Sacrificium:*

Oblationem quoque & Sacrificium intellexerunt de Sacrificio Crucis. &c.

AT ficta omnia sunt. Non Ritus Missæ, sed eius essentiam vocant S. Patres Missam aut Sacrificium: Non distributionem Eucharistie: Non prædicationem Christi passi: Non sacrificium Crucis; cuius solum est illud repræsentatio. Vide *Luthero-calv. p. 3. q. 73.*

3. Kemn. p. 3. *Exam. de Purg. ait.* Ritus sacrificandi pro mortuis fuit. quidem alicubi, sed non in tota Ecclesia.

AT omnium retrò ætatum S. Patres reclamant.

Idem: in nulla Scriptura diuina reperitur Constitutio Apostolica, sacrificandum pro mortuis.

AT, si reperiretur expressum in Nouo Test. non foret Traditio.

4. Melancthon in *Apol. Conf. Aug.* tria mentitur:

1. Lutheranos non patrocinari Aërio, negant Orationes pro mortuis esse viles.

2. Aërium damnatum, quod negat Orationes prodesse; non autem negasse utilitatem Oblationum pro iisdem;

3. Citat testem S. Epiphanium pro se.

AT, S. Epiphaniij verba sunt hæc in Anacæphaleosi hæresium: *Aërius docet, non oportere offerre pro ijs, qui obdormierunt.* Simile affingit mendacium S. Cyril. Chry. Ambr. Augustino; quod dicant, in actione cœnæ commemorari mortuos; sed non pro eis offerri.

5. Kemn. pag. 810. Affingit Catholicis, docere eos, S. Cœnam esse institutam, ut Sancti in ea implorentur.

AT secundariò quidem hoc fieri potest; primariò tamen est ad Colendum Deum ac propitiandum.

6. Melanct. in *Apol. Conf.* fingit ante S. Gregorium

Mm 3,

Gregorium

rium nullas fuisse priuatas Missas, id est, quæ fiant sine frequentia populi.

AT S. Augustini presbyter, 22. *Ciu. c.* 8. celebravit in casa rustica: S. Ambrosius in domo matronæ: Theodoretus in cella S. Maris: S. Lucianus in carcere: Apostoli circa domos frangebant panem.

[Kemnitii aliqua de Ceremoniis Missæ mendacia, 1. pag. 851. Conc. Trid. pias, inspiasque promiscue adprobare 2. Omnes dimanare ex Traditione Apostolica, 3. Priscas hodie misceri & depruari nouis & superstitiosis, 4. Necessarias adeo offerri, ut earum ommissio sit peccatum mortale, 5. Non credi esse Cœnam absque iisdem, 6. Eisdem per se tribui peculiaria merita.

AT, 1. Tridentinum loquitur de ijs quas nec ipse Kemnitius centet superstitiosas.

2. Dicit *multas*, non Omnes.

3. Simpliciter falsum est.

4. Non quæuis ommissio, sed quæ sit ex contemptu.

5. Sine Essentialibus, non est: at est sine ceremonijs accidentalibus.

6. Sine fide & charitate nulla merita agnoscimus: ergo Kemnitius est mendax.

QVÆSTIO VIII.

De Pœnitentiâ quales Luthero-caluinistarum calumniæ?

LUTHERUS lib. contra Antichristi Bullam art. 6. *Legi libros Sophistarum de Pœnitentiâ; videbis eorum nec promissionis, nec fidei mentionem facere.*

Has partes Pœn. viuas omittunt, & solis mortuis contritionibus homines exagitant.

In Capt. Baby. cap. de Pœn. *Definire* Babiloniâ hæresim esse, si fidem necessariam quæ esse assereret.

AT ibidem contrarium quoque de nobis affirmat, & verè.

2. Ibid. *Contritionem sic docuerunt, ut eam fidei promissionis priorem facerent, & longe utilioram, ut qua*

non esset fidei opus, sed meritum. Infrà: *Et si audieris res fincerunt Contritionem, quæ virtute Clauium, quæ ignorant, fuerit Contritio. Eam donant impijs & inuicibus; ut sic vniuersa Contritio aboleretur.*

AT hæc qui docuerit, nominari potest nemo; quia finxit Lutherus.

3. Idem 4. *disput. contra Antoninos.*

Apud Catholicos pœnitentem debere incertum esse remissionis peccatorum.

Ibid. *Papistas cogere homines ut diffidant, in Christus pro eis satisfecerit.*

AT tria concurrunt ad remissionem, Christi meritum, vis Sacramenti, & propria dispositio, quæ sine actu fidei nequit haberi.

Duo priora certæ sunt fidei; tertium incertum, an sit in me, quale deberet.

Posse enim quem falli in sua fide concedunt.

1. Lutherus serm. de bapt. anno 1537. *Baptismum ideo Deus non fundat super fidem nostram; cum illa possit esse incerta, & falsa.*

2. Calvinus inst. 3. c. 2. §. 10. *Tot vanitatis recessus habet, tot mendacij latebris staret cor humanum, tam frudulenta hypocrisis reiectum est: ut seipsum saepe fallat. At qui talia fidei simulacris gloriantur, intelligant diabolus nihil se in hac parte præcellere.*

Ita fiduciam moralem docemus; nec tamen ideo infideles sumus.

4. Luth. *de Missæ priu. an. 1534.* Nos ait docere, Christum solum pro pec. originali satisfecisse: pro actualibus nos satisfacere oportere. Idem Comment. in Galatioam Iudæi Christum pro latrone habuerunt; Papistæ pro fabula, fictoque numine, uti gentiles.

AT falsitas non eget responsionis. Et ipse ait Propos. 10. de partib. pœn. *Recte fatentur Papistæ, quod Satisfactiones non mereantur remissionem culpæ. Sic & Melanchthon in apol. Conf. Aug.*

MELANCHTHON similia prædictis, sed facta magis, affingit nobis apud Bell. l. 1. de pœn. ca. 2.

Et

Et c. 3. Heshufiana prætereo: Item q; c. 6. Kemnitiana.

CALVINIANA istis nihilo verecundiora sūt. 1. Calvinus Inst. 3. cap. 4. §. 1. In externis exercitiis mordicus infixi, vt nihil ex immensis voluminibus colligas, quam Pœnitentiam esse austeritatem carni demandanda, & castigandis vitijs: de interiori, mentis renouatione mirum silentium.

At ibidem intra idem: De contritione & attritione multus apud eos sermo: quæ interiora sunt.

2. Idem infra: Leui ceremoniarum asperzione totam cordis amaritudinem sanant.

At quomodo igitur Pœnitentia est austeritas?

3. Ibid. impie definiunt, non nisi de venialibus peccatis quotidie agi pœnitentiam.

At qui? Nemo Catholicus.

4. Idem §. 16. Lex illa, de peccatorum enumeratione, simpliciter est impossibilis.

At moralem duntaxat diligentiam requirimus de ijs quorum recordamur; Quin ipse item vult singularim peccata confitenda esse.

5. Ibidem mentitur nos docere, Veniam peccatorum meritis acquiri satisfactionum.

At docemus, Neminem posse Deo satisfacere, nisi reconciliatum. Mentitur q; ibidē, nos satisfactionem referre ad pœnam expiandam, non ad culpæ remissionem.

6. Inst. 4. cap. 19. §. 16. Caci in Sole fuerunt, qui rem planam cuius obuiam non perspexerunt, sc. quod speciosius in Absolutione Sacerdotis, quam in Actione pœnitentis potuissent constituisse Sacramentum.

At Omnes, præter Okam, in Absolutione eam constituunt.

7. Idem in Anrid. Paris. art. 3. Catholici aiūt, quod Materia Confessionis sit de iure diuino forma de iure positiuo, ab Innocentio introducta.

At contrariū asserimus omnes de forma: Innocentius eam explicauit,

8. BEZA in Conf. sua c. 7. art. 11. Nos vocat carnisfices animarum, non medicos; qui Contritionem & Satisfactionem exigamus, sicut eadem perfectè præstemus; quod est ad desperationem adigere. Et in iis poni remissionem cum insigni iniuria Christi. Ideo blasphemam esse doctrinam papisticam, quæ adimat satisfactionem pro peccatis Christo; & adforibat eam pœnitenti.

At quæ crudelitas exigerè dolorem de peccatis, aut desiderium doloris? Id que quantum licet ac libet, cooperando gratiæ Dei. Quæ iniuria Christo, si eius merita nobis per Sacramentum applicentur. Ea vero gloria est Christo. Christi est satisfactio; nostra est cooperatio. Vide *Luthero-caluin. parte 3. quæstion. 89.*

Multa prætereo, quæ Calvinus, & inprimis Kemnitius proferunt mendaciter ex vel Historia Ecclesiastica, vel è S. Patribus.

Magno vterque auctario mendaciorum exaugent Centurias spermatologas Magdeburgensium: vt Illades Illyrici cumularint.

QUÆSTIO IX.

Quæ circa Extr. Vnctionem spermologizentur?

1. LUTHERVS: Epistolam S. Iacobi non esse Canonicam.

2. Vnctionem eam fuisse medicinam naturalem, aut miraculosam.

3. Kemnit. Vnctionem institutum Sacramentum esse ab Felice: Calvinus, ab Innocentio I.

At Fingunt; nil docent. Et iustam dari à Iacobo fatentur; & tamen dandam esse negant.

4. Lutherus: Promissio huius ceremonie est corporalis sanitas.

5. Kem-

5. Kemnit. Vnctio ea repetita est inde à Valentia-
nis hæreticis; partim ab Ethnicis. Orta est ab Sanctis
oleo benedicto sanationes miraculosas opetantibus,
Vnde ex Vsu venit in legem.

At hæc refutata vide in *Luthero-cal.*

p. 3. q. 104.

6. *Lutherus*: Scio solum Dionysium Ordinem in
Sacramentis referre: cæterorum neminem. Recens
est inuentio VII. Sacramentorum, &c.

At contra demonstro in *Luthero cal.*

p. 3. q. 105.

Ibidem contemnit tantum Sanctum,
dicens, sibi facile esse meliorem scribere
rehi crarchiam.

7. *Kemnitius* negat Vnctionis in Ordinatione nul-
lum extare exemplum in hist. ecclesiastica. Patres eius
nusquam meminisse: Græcam Ecclesiam de ea nil
sciuisse vsque ad annum 1200. Riturque esse Iudai-
cum.

At contraria liquent in meo *Luthe-
rocal.*

QVÆSTIO X.

*Qualia circa Matrimonium contra nos com-
miniscantur?*

1. *Vth. Calu. Mel. Beza. &c.* Quod ex Eph. 5. pro-
prie dictum *Sacramentum* asserimus Matrimo-
nium; affingunt nobis necessitatem multiplicandi Sa-
cramenta; quia vox *Sacramentum* frequens est in S.
Scriptura.

At non ibi asserimus *Sacramentum*, à
Christo institutum, vbiunque vox ea
nabetur; sed vbi Signo externo annexa
est infallibilis promissio gratiæ.

2. *Idem.* Ante Augustini & Gregorii tempo-

ra à nemine dictum *Sacramentum* esse Matrimo-
Beza: Neque ab Aug. & Hier. sic appellari.

3. *Lutherus*. Nullam id gratiam dare: nec
ignum esse gratiæ.

4. *Caluinus*: Appellari Matr. à papistis pollu-
tionem. &c. Arceri Sacerdotes ab eo, vt male

5. Coitum censerit partem Sacramenti.

6. Negant in coitu vnquam Sp. S. adesse.

At mendacia hæc refutata vide in
Luthero cal. p. 3. q. 108.

7. *Kemnitius*: Nondum constat inter Papistas
sit materia, forma, minister matrimonii. *Gropperus*
ait formam esse, Mat. 19. *Quod Deus coniunxit, non
non separet.*

At de materia dissentimus, vt vnus
stinctio nos concordet: de forma &c.
nistro liquet consensus. *Gropperus*
cit ex ijs verbis hanc colligi forma-
Ego te accipio in meum, meam: non, ipsa
se formam.

8. *Calu. Kemn. &c.* *Christus prohibet dimis-
sionem vxoris, in causa fornicationis, ob periculum vni-
nis: At pontificij de hoc non sunt solliciti.*

At sunt maxime: deo ægerrime la-
dices consentiunt penitentibus ad sepa-
rationem Cohabitationis.

9. *Beza l. de repudijs.* Martinum V. ait relata-
se cuidam matrim. cum germana sorore.

At cum alterius sorore, quam violat,
sibi nullogradu prohib. iungit
misu teste S. *Antonino p. 3. tit. 1. §. 1. de
occulti casus scandalum cauendum.*

Plurima, vt soleo, prætereo.

Mentiendi sine fine

F I N I S

In Antipapista Mysteriomachia.

ANTI-



ANTIPAPISTA MENDAX CHARITO- MACHIÆ LUTHERO-CALVI- NISTICÆ

PARS IV.

QVÆSTIO I.

*Quales effectus comminiscantur peccati ori-
ginalis Lutherocaluinistæ?*

POMERANVS I. Lutheranus Com-
ment. in Ierem. 1. & 44. Immacu-
latam Beatæ Virginis Mariæ Con-
ceptionem Papistis haberi pro arti-
culo fidei affirmat, dicitque ex Spiri-
tu Sancto conceptam.

Illyricus: opinionem esse erroneam:

Kemnitius, Lesendi ex Scriptura non posse:

Tempore Lombardi ignotam fuisse:

Captam disputari ex Sancto Augustino non intel-
lecto:

Postiores excogitasse Sanctificationem;

Postremos Immaculationem:

Demum Tridentinum fecisse libertatem opinari
extra, præter, & contra Dei verbum,

At conficta hæc taliaque omnia
esse, vide in *Luthero-caluin. parte 4. qua-
stion. 18.*

II. De Concupiscentia an sit peccatum, ait Lu-
therus in assert. articulorum art. 2. *Augustini verbum
est; Peccatum remittitur in baptismo, non ut non sit, sed
ut non imputetur.*

At nusquam hoc vnquam dixit.

Melanchthon in Locis fingit Scholasticos tribue-
re homini post lapsum integras vires ad diligendum
Deum:

Reprehendit eos, quod relationes & reatum in
peccatis agnoscant:

Quod concupiscentiam in renatis negent esse de-
fectum,

At horum contraria ipsdem in Lo-
cis posterioris editionis asseruit.

Calvinus Institut. 2. ca. 1. §. 2. fingit
Lombardum pec. Orig. ad motus sen-
sualitatis restringere.

At, 2. distinct. 30. lit. c. ait, *pec. orig.*

Nn

6177

cum non sit actuale, nec actus est, siue motus anime vel corporis. &c. Bellarmin. libr. 5. cap. 6.

QVÆSTIO II.

Quales Sycophantia sint Lutheri-calvinistica, de Gratia & libero arbitrio?

I. CALVINVS vocem; *Liberi arbitrium*, peragrè fert; ut qua sine ingenti periculo non possit tolerari: proinde magno Ecclesia bono aboleatur.

AT perinde execratur vocem *Trinitatis*, supra p. 1. q. 6.

Persona, par. 1. q. 7. Ceu Ariani *duas*.

II. LUTHERO-CALVINIANI aut solam liberum volunt arbitrium à Coactione, quæ est finis ultimi; non liberum à Necessitate quæ est mediorum; & actionum: Et eam sententiam Calvinus affingit Magistro sententiarum.

AT, *Institut. 2. c. 3. §. 5.* sibi contradicens ait de eo: *cum necessitatem à coactione distinguere nesciret, pernicioso errori materiam dedit.*

III. TILLEM. HESHYSIVS Lutheranus lib. de sexcentis errorib. Pont. congerit XIX. de seruo arbitrio. Vt, *Liberi arbitrium est facultas applicandi sese ad gratiam.*

AT affingit istam nobis definitionem.

IV. Attribuit toti Ecclesie istud; *Homo ex pura naturalibus potest Deum diligere super omnia.*

AT paucorum ea opinio est Scholasticorum; quam Communis refellit.

V. Sic & istud: *Homo potest suis viribus implere precepta Theologicarum virtutum, secundum substantiam operis:* citatque Ruardum.

AT hic id citat ex sententia aliorum contraria Tridentino *sess. 6. can. 3.*

VI. Sic, & istud: *Gentes ex sola philosophia potuerunt notitiam comparare ad salutem:* Citatque Andradium.

AT hic asserit, non ex sola, sed opus

eis fuisse lumine gratiæ.

VII. Sic & isthoc: *Sine auxilio gratiæ potest homo facere opera gratia Deo.* Citatque Andradium.

AT hic ait; hominem sic aliqua facere opera moraliter bona, quæ non sint peccata; non tamen gratiæ vel gloriæ meritoria.

VIII. Errant nos ait, quod dicimus, *Syncretismi inclinatio ad bonum.*

AT cum ea sit *lumen à Deo nobis insitum, non potest non inclinare ad bonum.*

IX. Errant dicentes, *Syncretismi non extinguuntur in dominibus.*

AT ita S. Aug. 1. 2. Confes. c. 4. &c. & Mar. 9. *Vermis eorum non moritur.*

X. Gabriel docet, *Homo accepta gratia prima gratia de condigno mereri potest gratiam gratum facientem.*

AT dicit; Non posse hominem mereri gloriam, nisi prius habeat gratiam gratum facientem.

XI. Gabriel docet: *Initium fidei à nobis esse.*

AT ait, quod actus meritorius prærequirit fidem, spem, charitatem.

XII. Ruardum docere ait; *Arbitrium credendi in se sua esse potestate.*

AT Ruardus dicit ex S. Aug. *In potestate hominis est, in melius mutare voluntatem: Sed ea potestas nulla est, nisi detur à Deo.*

XIII. Andradium dicere; *Libertas arbitrii est causa efficiens applicandi voluntatis ad gratiam.*

AT ait, Id non posse liberum arbitrii gratiæ confirmatur, &c.

XIV. Kemnitius in Exam. sess. 6. affingit Ecclesie communem esse Scholasticorum sententiam, Antequam gratiam in homine præcedere bona desideria, licet debilia.

AT ea fuit solius Cassiani, & Faustini opinio; ab tota Theologia refutata ac reiecta.

Nec liberum arbitrium habet ex se potentiam ullam proximam ad actus pietatis, sed eam accipit à Deo per gratiam præuenientem.

QVÆSTIO III.

*Num que sint Commenta Sectariorum, affi-
cta Nobis, circa Iustificatio-
nem?*

I. CALVINISTA Ioann. Scharpius in *Cursu Theol. sect. 2. q. 1. ait: Pontificij & nos convenimus, 1. Verbo tenus, quod fides totum Dei Verbum credat. 2. Quod fide rectè possit sibi applicare promissiones.*

At nos Pontificii re ipsa profitemur ac propugnamus prius; Sectarij excipiunt *Promissiones, quod præcipue sint obiectum fidei: itaque ipsi id verbo tenus dicunt, sentiunt autem aliud.*

Alterum negamus. Patet in *Luthero-calvinista. p. 4. q. 5. 2. 5.* Imponit igitur Calumniam Illustrissimo Card. Bellar. *l. 1. iustific. 4. & 11.*

II. Idem ibid. quæst. 2. affirmat convenire inter nos & ipsos, *Quod in hac vita aliquis possit ac debeat esse certus, sibi remissa esse peccata.* Bell. *l. 3. de iust. c. 2.*

At nemo id unquam Orthodoxus asseruit; falsoque citat Bellarminum; qui id discrete distincteque negat, refellitque; ac docet *Obscuram certitudinem rerum esse, que sola fide nituntur; sed propter divinam Autoritatem certo creduntur.*

Dein ait, *Si de Fiducia tantum ageretur, ut Kemnitius proponit, non esset opus longa disputatione. Neque enim Catholici negant certam FIDUCIAM in Deo collocandam, & certo consiendum, post actam pœnitentiam, &c. remissa esse peccata. Sed adversarij, ut fidem cum fiducia, ita certitudinem fidei, cum certitudine fiducia confundunt.*

III. Calvini affingit Concilio Trident. *sess. 6.* Patres misere dubitationem cum fide.

*Kemnitius ibidem. Eos, ait, facere Dubitationem virtutem fidei & ornamentum; ac quære-
re, Sitne fides fiducia, an dubitatio de remissione peccatorum.*

2. Item quæri: *An peccator, in seria pœnitentia, ex fide possit certa fiducia statuere, SIBI remissa esse peccata?*

AT 1. Concilium ideo reiecit fidem specialem Sectariorum, quod certa esse non possit; cum fides esse certissima debeat. 2. Nos asserimus, Si sit vera pœnitentia, tunc ex fide credendum esse sibi remissa peccata. At non est conditionalis controuersia, sed absoluta; *An certitudine fidei certus esse possit homo, ac debeat sibi peccata esse remissa?* Fides enim sola nititur diuina autoritate revelata. Fiducia vero diuina promissione, & cuiusque Dispositione: illa est certa, hæc incerta nobis, Vide *Luthero-calv. parte 4. quæst. 66.*

IV. LUTHERO-CALVINISTÆ traducunt nos, quasi doceamus.

1. Solis naturæ viribus disponi ad gratiam homines:

2. Nos quibuscumque operibus, aut Ritibus, tribuere meritum iustificationis, & Fidei Iustificantis nullam facere mentionem.

AT ob primum Ecclesia iam olim damnauit, hodieque damnat Pelagianos.

De secundo: Fidem definimus basin ac hypostasim *ἐπιπέδον*: sicque totius structuræ Christianæ ponimus eam fundamentum: Operibus verò tribuimus id, quod Scriptura.

V. Calv. affingit Conc. Trident. *sess. 6. c. 7.* quod duplicem iustificationis causam formalem esse definiat.

AT Concilij hæc sunt verba: *Vnica formalis causa est, iustificationis, Iustitia Dei; Non qua ipse iustus est; sed qua nos iustos facit.*

Dein Calvinus duplicem flagit. *Institution. 3. cap. 11. §. 2.* scilicet Remissionem peccatorum, & Imputationem iustitiæ Christi.

Kemnitius vero inuersum quæstionis statum nobis violenter affingit de causa formalis iustificationis.

VI. Calvinus *Instit. 3. cap. 11.* Vt Iudæi, sic & Pontificii, ignorantes Dei iustitiam, nobis imputatam, quarunt suam Inherentem statuere, *Romanorum 10.* iustitiæ Dei non subiecti.

At cum Dei iustitia sit Apostolo, quæ est nobis ex dono Dei: nostra vero ea, quæ est ex solis viribus naturæ, ut docet S. Aug;

Ideo iure arguuntur Iudæi, ut præsumptuosi de propria iustitia.

QVÆSTIO IV.

Qualia nobis affingant de ieiunio?

I. KEMNITIUS par. 4. Exam. fingit ita: Laborant Pontificii amoliri suspitionem istam quasi cibos quosdam prohibeant, ea opinione, qua olim Tatianus, Manichæi, & Priscillianista; quasi scilicet vel maledicti sint, vel à diabolo occupati; ac propterea conscientiam inquinant.

Sed argumenta, quibus suam prohibitionem ciborum stabilire conati sunt, & pontificia consecrationes creaturarum prorsus ostendunt, in eodem ipsos luto cum hæreticis istis hæere.

At nos carnes, oua, &c. comedimus extra Quadragesimam; eosdemque cibos benedicimus; nec tamen idcirco ducimus immundos ex seipsis, aut ab Sathana.

Deinde; veritos cibos etiam in Qua-

dragesima permittit ægrotis, quin imperat Ecclesia.

Adde; dicti hæretici piscibus quoque & omnibus quibus est anima, interdicebant. Non sic Ecclesia.

Demum; Sancti Patres ciborum delectum, quem Ecclesia, obsecrabant; damnabant tamen istum hæreticorum delectum in eis; nec ob suum delectum erant similes hæreticis.

Similia commenta vide in *Luthero. p. 49. 92.*

II. Kemnitius *ibidem* pagin. 421. 490. fingit nos dicere; Ieiunium per se sumptum, sine relatione ad vllum finem bonum, ex opere operato esse Cultum Dei, meritum satisfactionem.

At ieiunium per se, ut est abstinencia cibi, scimus rem esse mediam, nec virtutem, nec vitium: hic vero loquimur de eo, quæ cum electione, ad bonum finem assumitur: sicque est actus virtutis.

Rorro, illud nemo dixit opus operatum: quia hoc pendet ex sola institutione Christi: at ieiunium pendet ex deuotione meritoque operantis.

Deinde; id Cultum Dei dicimus non actum religionis proprie dictum; sed actum in genere, gratum Deo.

III. Kemnitius *ibidem* ait: Negari non potest, Patres in rhetoricis illis ieiunii encomijs sæpe longum prouectos, ab analogia fidei, & norma Scripture non parum discessisse.

Infra. Quando contra hanc fidei analogiam Pontificii talia veterum dicta videntur; cogimur salua reuerentia, qua tam Magnis Viris debetur, illa reuocare, ut fundamentum salua saluum retineamus.

At si vnus alterue sit vsus amplificatiõne; ideone omnes?

Multi dogmaticos libros scripserunt, non

non sermones de ieiunio; & in ijs non
rhetoricatur.

Et ob suam rhetoricationem con-
uulsiſſent fundamentum fidei, & salutis,
Scripturam temeraſſent? Et ijs plus fa-
peret Kemnitius?

IV. Calvinus instituta Quadrageſimæ ra-
tionem eſſe aliam non iactat, quam κακοζη-
λίαν in imitando Chriſto.

At iuſtas rationes repete ex *Luthero-
cal.* p. 4. q. 94.

Mentiendi ſine fine


F I X I S

Antipapiſtæ Mendacis Luthero-caluiniani
quadripertiti.

Gloria VERACI: Confuſio ſit MENDACI.

Nn 3

COP-



COPPENSTEINI
EXCALVINIZATA
CATECHESIS
CALVINO-HEIDEL-
BERGENSIS.

Hoc est.

CONVERSA IN ROMANO-CATHO-
LICAM SIC; VT ORTHODOXAM IN TEXTU;

Calunianam in margine cum textu communi sit legere,

*Et utramque, inuicem oppositam di-
gnosceret.*

A V T O R E R. P. F.

IOANNE ANDREA COPPENSTEIN MANDA-
lenfi, ordinis Prædicatorum Theologo, Parocho
Heidelbergensi.

Cum Superiorum permissu.

M O G V N T I A E

Sumtibus IOANNIS THEOBALDI SCHÖNWETTERII.

Anno Domini, M. DC. XXV.

N O T A
Legendi Modum.

*Responsio sine Cursua, cum marginalibus, est
Caluiniana.*

*Responsio sine marginalibus cum Cursua, est
Catholica.*

Vides igitur tria.

1. *Propria Calvinistis in margine.*
2. *Propria Catholicis in Cursua.*
3. *Communia utrisque caetera.*



SANCTISSIMO
CHRISTI VICARIO PRIMO

PETRO,
APOSTOLORVM
PRINCIPI, HEIDELBER-
gensis Parochiæ

TUTELARI PATRONO, HEI-
DELBERGENSEM

CATECHISMVM EX CALVINIZATVM
FRIDERICI III. ELECTORIS PALA-
TINI, FIDEI ROMANO-CATHOLICÆ
per Palatinatum in Calvinianam

MUTATORIS,
Religiôsè

DO, DICO, CONSECRORVE.



B Cura Pastoralis Of-
ficio requirit DEVS,
vt Prava faciat, *indire-
cta, & aspera in vias pla-
nas.* In quam hæreti-
cam Pravitatem, &
Calvinianam Asperitatem totum per-

uerterit Palatinatum FRIDERICVS
III. Palatinus, vel solus *Exitus Acta
probat*: Acta ipso etiam DEO repro-
bante.

Iam Fridericus ille, Augustanis in
comitiis hæreticus proclamatus, ad
Confessionistas autem confuga, mise-

Oo ricor-

ricorditer receptus ab ijs sibi respirare, (quia tolerari) visus; ad *Reformationem Evangelicam* totus vertebatur, Ecclesiarum, Scholarumque, Dogmatumque Calvinianorum per omnem factus *No*uator & Protector Palatinatum. *Causas* sua ipsius, Catechesi præposita, hicque subiecta, loquitur Præfatio; *Dignas Memoria!*

Quæ quidem Catechesis Heidelbergensis quanti omnibus penè Calvinistis semper habita sit, vt velut Authentica hodieque proximum post S. Biblia habere locum plerisque videatur; fugit ad eum neminem: Sicut & istud; quam purulenta Palatinorum animos contagione exulcerarit. Cui sananda *LVI DEVS* iam misericorditer medicinam applicare instituit.

Quocirca concredita mihi hinc Curæ Parochialis, reddenda *DEO* Ratio,

flagitare visa est; vt *Præna* illa ac *Asser* Catechetica facerem in *Directa*, viasque *planas*; & cacodoxam redderem Orthodoxam: Spe ductus eâ, fore, (quia Palatini quique iam à puero istam combiberunt Catechesin Calvinianam,) vt post factam Romanam, Tum huius illa differentiam perspicerent clarior. Tum citius faciliusque condiscerent Nosram Antiquam.

Quam quidem sub Sanctissimi Heidelbergensis Parochiæ *PATRONI S. PETRI* sacro Auspicio in publicum exire placuit, correpticem illius, cui Elector Palatinus sese facere infeliciter voluit Autorem.

DEVS Nostris faueat conatibus, oro: Faucat, Pascat oues suas, ac adiuet Sanctissimus Patronus noster Heidelbergensium *PETRVS!*



Hæc DIVO;
Ista VIVO
PATRONO
Admodum Reuerendo
Prænobili ac Gratiofo Domino

D. ANSHELMO
CASIMIRO WAMB-
BOLT AB VMBSTAT

CANONICO CAPITVLARI METROPO-
litano & Scholastico ad S. Albani Mogun-
tia. &c.

D. PATRONO MEO
colendissimo.



*TA, sat noui, ita gaudet Gr. D. V. se Viuum poni post Diuum,
PATRONVM, quem Ipse iam diu sanctè veneratur. Sed ut
ego utrumque venerer; venerationemque hoc excauinizato
Cate. hismo tester non me nihil mouet.*

Oo 2

Ma-

Magnum, & multum Fidei in paruo hoc mouetur Catechismo: quin haec illaue in vocula Tantum quid mouetur. Quantum Magnorum Affectator Prælatinus ad Suam Celsitudinem amplius illustrandam facturum putabat. Verum Theologico Cothurno suum Tragicum esse imparem nesciebat. Præsumptio obcacabat.

Tantum Tanti tamen tantillus remuto, refuto: Illius ope, qui orbem minimo librat digito. Adeo omnia vincit Veritas. At tantillum me, qui Tantum attingerem, non Tua quidem vlla mouit unquam Suggestio: sed fouit quæ Beneuolentia, quæ Beneficentia, uti Doctorum amantißimi Prælati, meo Studioforum numero virorum recensentis, ceu Doctis & indoctis debitorum.

Deinde, cum hæc Catholica excaluinizatio requirat legentis iudicium liquidum, doctum, profundum, latè longèque dispiciens: Istud tale verò in G. D. V. ego cum plurimis semper admiratus sum profundis in rebus Iudicium, ac veneratus multiplex in me Beneficium: equidem hoc cum libello, tantillo simulac Tanto, ad G. D. V. volui confugere Patrocinium, non secularis Brachij, sed perspicacis Iudicij Animique generosè equi.

Quò fidentius mihi respondeo, tam Iudiciosi Viri, ac D. Patroni Gratiostum naturalem Prudentiam & heroicam Animositatem: tum singularem, altam, ac multiplicem Scientiam: tum variorum in rebus Sacris, profanis, summis, imis, mediis casuum expeditam Experientiam, facile remederi nosse ac posse. Si quis casus me Excaluinizationis autorem in aliquod discrimen pertrahere foret attentaturus.

Quod forsax eò procliuius fuerit, quia hanc Excaluinizationem Catechetica meæ Lutherocaluinisticæ velut colophonem impono. Istam mihi calamo fodicabit nemo, quin simul totam perforet Navim Lutherocaluinisticam, seque precipitet in Mare Magnum Controversiarum; quod ostiis ego tam angustiis eò conclusi, ut in proximi cuiusque Attentatoris caput, ruptis velut cataractis, effundam, fretus DEO AC PATROCINIO

Adm. Reu. Prænob. ac Grat. Dom. Vestre

Seruus in Christo ac Client
F. Ioan. An. Coppenst.

C E N S V R A I.

EGO F. David Vogt SS. Theol. Doctor, Ordinis Prædicatorum vidi, euoluique Catechismum Caluino-Heidelbergensem Excaluinizatum ab R. P. F. Ioanne Andrea Coppenstein Ord. Præd. Theologo & Parocho Heidelbergensi, ac Emendationem vehementer approbo. Hocque amplius, quod contraria iuxta se posita clarius elucescant. Heidelbergæ, 29. Decemb. Anno 1623.

F. David Vogt. &c. qui supra.

C E N S V R A II.

EGO F. Ioannes Georgius Guet Ordinis Prædicatorum pro tempore Conuentus Spirensis Prior, ac per Superiorem Germaniam Concionator generalis, Excaluinizatam hanc Catechesin Heidelbergensem legi: nec quicquam Orthodoxæ Fidei inimicum relictum reperi: ideoque DIGNA M prælo, Luceque CENSEO.

F. Georgius &c. qui supra.

C E N S V R A III.

HUNC Catechismum Heidelbergensem Excaluinizatum per R. P. F. Ioannem Andream Coppenstein Mandalensem ordinis Prædicatorum Theologum, ego infra nominatus legi ac relegi. Et quia seductis ouiculis Christi antiquæ veritatis viam lucide ostendit, dignum illum iudico ut imprimatur, F. Michael Drebis, Ordinis Prædicatorum Moguntia.

LICENTIA PROVINCIALIS.

EGO F. Ioan. Gödert SS. Th. Magister & Prouincialis F. F. Ordinis Prædicatorum per Germaniam, concedo facultatem R. P. F. Ioanni Andrea Coppenstein Ordinis Prædicatorum Theologo, ut Excaluinizatam ab eo Catechesin Heidelbergensem latinam, lectam & iuxta Conc. Trident. ab Censoribus approbatam, typis euulgare possit: quod eiusdem Vfus, Fructusque latius constet in Ecclesia Dei.

F. Ioan. Gödert. &c.

LECTOR AMICE,
F A V E.

- I. **C**onuersum, ecce, Bono Omine, Calvinismum, seu Caluino-catechismum; per pauca mutatis; plusculis dissimulatis; nonnullis parum explicatis.
- II. **A**utoritates S. Scripturae citatas admittis; sed earum abusu ad falsitatem, in usum veram genuina sententia verso.
- III. Neque hic attendo, quid in *Quaestiones* haec commentetur Ursino-Paraeus aliquis: Ita & verba Catechismi specto. Nolo cum mortui larua luctari; nisi n. et apemphy. huius reatuum huc me pertraxerit. Datam sibi rebitur ansam in confosso punctum, iugulatoque Scripturae SS. Abusu Caluiniano.
- IV. Na tute re fefelleris ipse; omnem si hic Romanam tradi Catechesin putaueris: Adeo melius desunt. Hanc trado aliquam, dum traditam potiore Caluinianam emendo, atque confesso.
- V. Ita Calvinistas omnes consanet DEVS: Meque adiuuet, ubi me in uasum stylo confodere, seu Medicum suum phrenetici, connitentur.

V A L E, F A V E, F R V E R E.

FRIDERICVS
III. DEI GRATIA PALA-
TINVS RHENI, AC SA-
CRI IMPERII ROMANI ELE-
ctor, Dux Bauariæ. &c.

OMNIBVS QVIBVS COMMISSA EST
cura Ecclesiarum & Scholarum, quæ sunt in
Palatinatu,

S. D.



OSTQVAM quid nostri sit muneris, ex verbo DEI, atque ex natura ipsa cognoui-
mus, nosque in eo, ipsi potissimum, qui id nobis imposuit, Deo Opt. Max. parere oportere
statuimus, ut nihil esset, in quo tam in vniuersa vita laboraremus, quam ut & nostra con-
scientia satisfaceremus, & nostrorum salutem, quantum in nobis esset, consuleremus, Cum
autem non satis esse existimarem, nos ita consilio & ratione iustitiam administrare, ut
nostra fidei commisi populi, ius & honestatem colentes, placide tranquilleque viuerent,
nisi eò etiam perducerentur, ut Deum creatorem suum ac redemptorem ex verbo ipsius re-
cte cognoscerent: nam id vnicum est firmum fundamentum, cum cæterarum virtutum, cum vel maxime omnis
obedientia & vera erga Deum pietatis: Cœpimus toto animo de ista re cogitare, nihil cupientes prætermittere,
quod ad eam beatitudinem tum parandum, tum conseruandum pertinere.

Et si autem & ab ijs, qui nos proximè antecesserunt, Cognatis nostris, Palatinis ac Electoribus (quorum me-
moriæ cum amore & reuerentia vsurpamus) varia vtiliter & pie instituta sunt, ad gloriam Dei illustrandam,
& populum in officio retinendum: tamen ut ipsi in principio gubernationis nostræ experti sumus, non ea adhi-
bita est diligentia in illis Exsequendis, & ad vtilitatem publicam accommodandis, quam par fue-
rat in re tanta adhiberi. Quocirca minime mirum est, si ijs, qui sperati erant fructus, percipi non potuerunt. His
rebus per moti sumus, ut non solum, quæ ab ipsis recte instituta essent, reuocaremus ac restituere-
mus: verum etiam, ut quæ minus firma essent, fulciremus; quæ vero corrupta & deprauata ef-
sent, ea emendaremus & corrigeremus. Iacebant Scholæ, tenera iuuentus negligebatur, nulla
erat in religione Christiana cæta & consentiens institutio.

Itaque:

Itaque vel male, vel ad nullam certam normam, sed ad cuiusque arbitrium iuuentus eruditur, vel omnino non informabatur, sed rudis prorsus & impolita relinquebatur. Ex quo, pro dolor, cum alia infinita mala extiterunt, tum illud imprimis, ut aut vera religione non instructi, aut variis erroribus implicati, aut non necessariis questionibus onerati, infeliciter cum summa in scitia adolecerent. Cū haec tantis calamitates intueremur, & id quod res est cogitarem, videlicet nec Ecclesiā, nec Reipublicam, atque adeo ne familias quidem constitui, nec vllum honestari aut discipline inter ciues locum esse possit, frudu iuuentus à primis annis vna & consentienti voce ad veram sinceramque religionem instrueretur assidue, que in ea exercitaretur: rei necessitas fecit, ut huic malo, quā possemus ratione, quā celerrime occurreremus, ne in hac non postrema nostri muneris parte debitum officium meritò à nobis desiderari possit. Quapropter re Theologis nostris, & quibus in nostra ditione praecipua Ecclesiarum cura est, commendata, negotium dedimus, ut Catechesin religionis Christiana, ex verbo Dei, Germanice & Latine conscriberent, quā posterum non iuuentuti solum rectius prospiciatur, sed quo concionatores etiam & ludimagistri certam habeant & definitam formam, ad quam iuventutem in templis & scholis informent, ne pro suo arbitrio noua subinde instituant, aut ea tradant, quae verbo Dei non sunt consentanea.

Vestrum nunc porro erit, cum ob gloriam Dei, cum ob vestram, eorumque, qui & nostra & vestra fidei crediti sunt, salutem, hanc Catechesin grato animo excipere, eam pueris, cum in scholis, tum in Ecclesiis proponere, eorumque auribus & animis assidue ac diligenter inculcare, quo eam vita & factis paulatim exprimere assuescant. Quod si à vobis, ut & fides vestra & munus diuinitus impostum postulat, praestitum fuerit: optimam spem habemus fore, ut Deus Optimus Maximus propter Christum nostri miseris pœnas quas meriti sumus, remittat, & pro paterna sua bonitate vestros labores secundet, toti que regioni bene faciat. Quod ut ab eo toto pectore contendimus, ita vos etiam atque etiam monemus, ut nostram de vobis spem magis magisque confirmari studeatis.



EXCALVINI- ZATICATECHISMI CALVINO-HEIDELBER- GENSIS

DOMINICA PRIMA.

QVÆSTIO I.

*Quæ est unica consolatio in vitâ &
in morte?*

RESPONSIO.



QUOD animo pariter & corpore^a, siue viam siue moriar^b, non meus^c, sed fidissimi Domini & Seruatoris mei Iesu Christi [†] esse debeam ac possim proprius^d: qui pretioso suo Sanguine pro omnibus peccatis^e nostris plenissime satisfaciens^f, [†] nos ab omni potestate Diaboli liberauit^g; ^{*} nosque ira conseruat^h,

vt sine voluntate patris mei celestis, ne pilus quidem de meo capite possit cadere^h, imò verò etiam omni salutis [†] nostre seruire oporteatⁱ. Quocirca ^{*} spem quoque nostram de vitâ æterna [†] certam facit^k, vtque ipsi deinceps^l ^{*} viuamus, *promptos ac paratos* reddit.^l

^a 1. Cor. 6. v. 20. ^b Rom. 14, 7, 8 ^c 1. Cor. 6, 19. ^d 1. Cor. 3, 22. ^e 1. Cor. 6, 20. ^f 1. Ioh. 1, 7. ^g 1. Tim. 2, 6. ^h Heb. 2, 14, 15. ⁱ 2. Thef. 3, 3. ^j Iohan. 6, 39. ^k Matth. 10, 29, 30, 31. ^l Luc. 11, 18. ^m Rom. 8, 28. ⁿ Rom. 8, 16, 12. ^o Eph. 1, 14. ^p Luc. 1, 69. 74, 75. ^q Psal. 110, 3.

[†] meæ
^{*} me quoque
que suo
Spiritu
[†] certum
^{*} viuam,
promptum
ac para-

[†] sum

^{*} meis

[†] me

^{*} meque

Pp

AV-

A V T O R I T A T E S

Excaluinizatae

CATECHISMI CAL-
VINO-HEIDELBER-
gensis Excaluini-
zati.

a 1. Cor. 6, 20 *Glorificati & portate Deum in corpore vestro.* b Rom. 14, 7, 8. *Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Siue n. vivimus, siue morimur, Domini sumus.* &c. c 1. Cor. 6, 19. *Membra vestra templum sunt Dei Sancti, &c. & non estis vestri.*

RESP. a, b, c. De iure sumus Christi; at de Facto esse debemus & possumus. NOTA, Caluinista, ad persuadendam Fidem Specialē, in toto Catechismo fallit ab sēsu ambiguo, capiens Communem Iuris, pro Speciali ac personali, qui est Facti. Proinde ibi de omnibus dicitur fidelibus iustus; estque de fide: Non autem de Me in singulari: ideoque hoc non est fidei, sed spei bonae cum timore. Qui sensus est & subsequentiū. d. e. f. g. h. i. k. l.

d. 1. Cor. 3, 22. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi.* e. 1. Cor. 6, 20. *Empti enim estis pretio magno.* 1. Ioan. 1, 7. *Si in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce. Societatem habemus ad invicem, & Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.* 1. Tim. 2, 6. *Iesus qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* f. Hebr. 2, 14, 15. *Quia ergo pueri communicarunt Carni & Sanguini, & ipse similiter participavit eisdem; ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum.* g. 2. Th. 3, 3. *Fidelis Deus, qui confirmavit vos, & custodiet à malo.* Ioh. 6, 39. *Hae est autem voluntas Patris mei, qui misit me; ut omne, quod dedit mihi, non per-*

dam ex eo; sed resuscitem illud in novissimo die. h. Matt. 10, 29. *Nonne duo passeret, &c. Vestri autem capilli.* &c. Item Luc. 21, 18. *Ex his bene infertur Certitudo fidei ac salutis in Communitate male, in specie, persona, & de facto ut Luthero-caluinistae volunt i Rom. 8, 28. Scimus autem quoniam diligentib. Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.*

OMNIA, praeter peccatum expiandum voto, aut opere operato Sacramenti h. Ro. 8, 16, 17. *Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus Filij Dei. Si autem filij, haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: Si tamen compatimur, ut & conglorificemur.* Eph. 1, 14. *Qui est pignus hereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, &c.* 1. Luc. 1, 16. *Et erexit cornu salutis nobis.* v. 7 4. *Ut sine timore de manu inim. no. lib. serui. illi in sanctitate, &c.* Ps. 110, 3. *Confessio & magnificatio opus eius, & iustitia eius man. in saec.*

QVÆSTIO II.

Quot sunt tibi scitu necessaria, ut istā consolatione fruens, beatè viuas & moriaris?

RESP. Tria in ceteris. Primum, quanta sit peccati mei & miseriae meae magnitudo^a. Secundum, quopacto ab omni peccato & miseria liberer. b Tertium, quam gratiam Deo pro ea liberatione debeam. c
a b c Rom. 7, 24. Mat. 11, 28, 29, 30.

PRE-

PRIMA PARS DE
MISERIA HOMI-
NIS.

DOMINICA II.

QVÆSTIO III.

Vnde tuam miseriam cogno-
scis?

RESP. Ex lege Dei.
a Rom. 3. 10. Rom. 7. 7.

QVÆSTIO IV.

Quid à nobis postulat lex Dei?

RESP. Id nos docet Christus
lummatim Mat. 2. 2. *Diliges Dominum
Deum tuum, ex toto corde tuo, ex totâ a-
nimâ tuâ: ex totâ † mente tua, & ex o-
mnibus viribus tuis Hoc * est primum &
maximum mandatum. Secundum au-
tem simile est huic: Diliges proximum
tuum, sicut te ipsum. Ab istis duobus man-
datis tota lex pendet & propheta.*

Matth. 22. v. 37. item Marc. 12. 30. Luc.
10. 27.

QVÆSTIO V.

Num hac omnia perfecte seruare
potes?

RESP. † Maxime, a cum Deo. Na-
tura enim, licet vniuersâ, fauente gratiâ
propensus sum ad * amorem b Dei &
proximi. c

a Jerem. 13. 21. Rom. 3. 12. b Rom. 8. 7. c
Gal. 5. 19. 20. Tit. 3. 3.

a Jerem. 13. 28. *Si mutare potest et hiops pel-
lem suam, aut pardus varietates suas: & vos potes-
tis benefacere, cum didiceritis malum. Rom.
3. 12. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti;
non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.*

RESP. a Non quidem id ex natura: sed
ex gratia Dei possumus: Nam naturâ de-
clinauimus omnes & origine.

b Rom. 8. 7. *Quoniam sapientia carnis ini-
mica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec e-
am potest.*

b Sapientia carnis est Concupiscentia in
actu secundo, non primo. Nam in se bona
est; ad vsam, indifferens: in vsu, bona vel
mala, pro voluntate. Mala in actu est con-
traria legi; & sic factum infectum fieri ne-
quit. Item. Quod est Naturale non est ipsa
Natura. At peccatum est contra naturam.
Item; Natura inclinatur, non Necessita-
mur, ad malum. Item: Nos amare Deum
naturale est: Et ex natura quodque amat
sui simile; homo hominem. Blasphematur
igitur hic Auctorem Naturæ Catechismus.

c Gal. 5. 19. 20. *Manifesta sunt autem opera
carnis: qua sunt fornicatio, immunditia, impu-
dicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, ini-
micitia, contentiones, amulationes, ira, rixa, dif-
fensiones, secta &c. Tit. 3. 3. Erasmus enim aliquan-
do & nos insipientes, increduli, errantes, seruien-
tes desiderijs & voluptatibus varijs, in malicia &
inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.*

c Et ea sunt voluntatis cuiusque liberae;
non necessitatis naturalis. |

DOMINICA III.

QVÆSTIO VI.

Num ergo Deus hominem ita prauum &
peruersum condidit?

RESP. Nequaquam. Imo vero
bonum a, & ad imaginem sui b, con-
didit eum, hoc est, vera iustitia &

Pp 2 fan-

† cogita-
tione.
c istud

† Mini-
mè.
§ odium

sanctitate præditum; vt Deū creatorem suum rectè per fidem cognosceret, ex animo diligeret, cum eo beatus in æternum viueret, idque ad eum laudandum & celebrandum^d.

^a Gen. 1, 31. ^b Gen. 1, 27. ^c Ephes. 4, 24. ^d Prou. 16. 4.

QVÆSTIO VII.

Vnde igitur existit hæc natura humana prauitas?

RESP. Ex lapsu & inobedientia primorum parentum, Adami & Eua^a: hinc natura nostra ita est de-
† peccatis
prauata, vt omnes in † originali peccato concipiamur & nascamur^b, peccati fomitem nobiscum perseueraturum ferentes.

^a Ro. 5. 12. ^b Gen. 30, 1. 2, 3, 4, 5, 6, 7. Gen. 5, 3. Pl. 51. 7. Ioh. 3, 6.

QVÆSTIO VII.

^a Rom. 5, 12. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit: in quo omnes peccauerunt.

RESP. ^a De Originali; non de actuali, prauitate loquitur, vt eaque lequentur. Calvinista autem intendit hęc suadere, Ipsam Concupiscentiam omnibus in hærentem esse peccatum quæ Originale, quæ Actuale, quod falsum.

^b Gen. 30. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Cernens autem Rachel, quod infœcunda esset, inuidit Sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa: Habeo, inquit, famulam Balam, ingredere ad illam, & pariat super genua mea, & habeam ex illa filios.

Deditque illi Balam in coniugium: quæ, ingresso ad se viro, concepit & peperit filium, Dixitque Rachel, iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium: & idcirco appellauit nomen eius Dan. Rursumque Balam concipiens peperit alterum. Gen. 5, 3. Vixit autem Adam centum triginta annis & genuit ad imaginem & similitudinem suam, naturalem, non moralem, Vocauitque nomen eius Seth. Pl. 51. 7. Propterea Deus destruet te in finem: Ob malitiam actualem gentis, non naturæ vniuersæ: Euellet te & migrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Ioan. 3, 6. Quod natum est ex carne caro est: Infecta peccato Originali.

^b De actuali exempla sunt facti & personæ, non naturæ ac generis vniuersi.

QVÆSTIO VIII.

An vero a deo corrupti sumus, vt ad benè agendum prorsus non simus idonei, & ad omne vitium proclues?

RESP. † Minime^a Prasertim si per † Centenif
Spiritus Sanctum regeneremur^b in Baptismo vel Exhomologati.

^a Rom. 7. 18. 2. Cor. 3. 5. Gen. 8. 21. Iob. 15. 16. ^b Ioh. 5. 5.

Dicit, nisi per Spiritum S. regeneremur: Quia lauacrum aquæ negant Calvinista esse necessarium necessitate mediæ & præcepti.

^a Rom. 7. v. 18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi; perficere autem bonum, non inuenio. 2. Cor. 3. 5. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed si sufficientia nostra ex Deo est. Gen. 8. 21. Nequaquam vltima ledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum: prona sunt ab adolescentia sua. Iob. 15, 16. Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quæ si aqua iniquitatis: ^b Ioh. 3, 5. Nisi quis renatus fuerit.

fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

RESP. a Hæc de sola nudaque natura dicuntur verè, non de coniuncta gratiæ.

DOMINICA IV.

QVÆSTIO IX.

An non igitur Deus homini iniuriam facit, * quasi ab eo in lege flagitet, que præstare non queat?

* Mini-
meat.

RESP. † Maxime a: Nam Deus hominem talem condiderat, ut ea præstare posset b, Verum homo impulso Diabolo c, sua ipsius contumacia se & omnem posteritatem diuinis illis donis gratiæ orbauit d.

At Christus in melius omnia reparauit, ut legem quisque seruare possit ac debeat. Quare Deus eam præstari iuste flagitat.

a Rom. 1. 32. b Eccl. 7. 30. c. 2. Cor. 11. 3. d Rom. 5. 19. Gen. 3. 7.

a Rom. 7. 23. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

b Eccl. 7. 30. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisset, & retribue illis, quomodo & illi tibi.

c 2. Cor. 11. 3. Timeo autem, ne sicut serpens. Etiam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidat à simplicitate, que est in Christo.

d Rom. 5. 19. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi: & per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Gen. 3. 7. Et aperti sunt oculi amborum:

cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi peristromata.

RESP. Ista de peccatis agunt, ex voluntate libera, certa que malitia factis contra legem. At de naturæ corruptione est quæstio: an necessiterur ad transgrediendam legem: quod falsum. Nam natura inclinatur; ex Gratia retrahitur, si velit.

QVÆSTIO X.

Num Deus hanc contumaciam & defectionem, seu Originalem siue actualem, hominis dimittit impunitam?

RESP. Imò verò horrendis a modis irascitur b tum ob * innatum nobis c peccatum d, tum ob ea quæ ipsi committimus e, ea que iustissimo iudicio præsentibus f & æternis supplicijs g puniunt, quemadmodum ipse pronuntiat: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut ea faciat: Exceptis Ceremonialibus & Iudicialibus Iudaorum.

a Pl. 76, 8. Heb. 10. 31. b Psal. 5. 6. c Eph. 2. 3. Rom. 5. 14. d Rom. 1. 18. e Psal. 90. 7, 8, 9, 10, 11. Gen. 6. 12, 13, 17. Gen. 7. 17. 18. 19, 20, 21. Gen. 19. 24. f Esa. 66. 24, 2. Pet. 2. 9. Apoc. 14. 11. g Pl. 5. 5. 7.

e Eph. 2. vers. 3. In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus: natura filij iræ sicut & ceteri. Rom. 5. 14. Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

RESP. c Erasmus filij iræ, actu, ob pecc. originale: potentia, per concupiscentiam voluntate malam faciendam à multis.

QVÆSTIO XI.

An non igitur Deus est misericors?

RESP. Est ille quidem misericors, verum ita ut etiam sit iustus^a. Quapropter postulat eius iustitia, quod aduersus summam Dei Maiestatem commissum est, nec per Baptismum aut Penitentiam expiatum, id quoque ut summis, hoc est sempiternis, cum animi, tum corporis supplicijs luatur^b.

^a Exod. 34, 6, 7. ^b 2. Thess. 1, 5, 6, 7, 8, 9.

SECUNDA PARS
DE LIBERATIONE
HOMINIS.

DOMINICA V.

QVÆSTIO XII.

Quoniam igitur iusto Dei iudicio temporalibus & aternis pœnis obnoxij sumus, estne reliqua vlla ratio aut via, quâ his pœnis liberemur, & Deo reconciliemur?

RESP. Vult Deus suæ iustitiæ satisfieri^a, quocirca necesse est, vel per nos^b vel per alium satisfaciamus^c.

^a Deut. 27. 26. ^b Ezech. 18, 4. ^c Pf. 69. 5, 2. Cor. 5, 21.

QVÆSTIO XIII.

Possimusne ipsi per nos satisfacere?

RESP. † *Aliqua ex parte^a: * Nisi^b + Nulla^c debitum in singulos dies augeamus^d peccatis peccata accumulantes.*

^a Iob. 9, 2. ^b Rom 2, 5.

^c Iob. 9, 2. *Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.*

RESP. ^a Ex rigore iustitiæ, verum est: at poterit, vi promissionis factæ, & sibi rite applicatæ.

QVÆSTIO XIV.

Potestne vlla creaturarum, in cœlo vel in terrâ que tantum creatura sit, pro nobis satisfacere?

RESP. Nulla. Nam principio non vult Deus, quod homo peccauit, id in vlla alia creatura plectere^a, ad condignam satisfactionem. Deinde nec potest quidem, quod nihil nisi creatura sit, iram Dei aduersus peccatum sustinere, & alios ab ea liberare^b.

^a Gen. 2. 17. ^b Ierem. 4. 4. Pf. 130. 1.

QVÆSTIO XV.

Qualis ergo quarendus est Mediator?

RESP. Qui verus quidem homo sit^a, ac perfectè iustus^b, & tamen omnibus creaturis potentior, hoc est, qui simul etiam sit verus Deus^c.

^a 1. Cor. 15, 21. Hebr. 2, 14. Hebr. 2, 17. ^b Heb. 7, 26. ^c Ose. 1, 7. Ier. 23, 6.

DO-

DOMINICA VI.

QVÆSTIO XVI.

*Cur necesse est, eum verum hominem
& quidem perfecte iustum
esse?*

RESP. Quia iustitia Dei postulat, ut eadem natura humana, quæ peccavit, ipsa pro peccato dependat^a, qui vero ipse peccator esset, pro alijs dependere non posset^b de condigno.

^a Exod. 32, 33. ^b Heb. 7, 26, 27.

QVÆSTIO XVII.

*Quare oportet eum simul etiam verè
Deum esse?*

RESP. Ut potentia suæ diuinitatis, onus iræ diuinæ carne sua sustinere^a, nobisque amissam iustitiam & vitam reparare^b, ac restituere possit^c.

^a Esa. 9, 6. Esa. 53, 4. 2. Cor. 13, 4. ^b Ier. 33, 16. Esa. 53, 5, 11. ^c 1. Ioh. 4, 9.

QVÆSTIO XVIII.

*Quis autem est ille Mediator, qui simul est
verus Deus, & verus ac perfectè
iustus homo?*

RESP. Dominus noster Iesus Christus^a, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitia, sanctificatio & redemptio^b.

^a 1. Tim. 2, 5. Ioh. 1, 1, 2, 3, 4, 5. Ioh. 1, 14. Philip. 2, 7, 11. Per. 3, 18. ^b 1. Cor. 1, 30.

QVÆSTIO XIX.

Vnde id scis?

RESP. Ex Euangelio, quod Deus, primum in paradiso patefecit^a, ac deinceps per Patriarchas^b, & Prophetas^c propagauit, sacrificijs reliquisque ceremonijs legis adumbravit^d, ad extremum vero per filium suum Unigenitum compleuit^e.

^a Gen. 3, 14. ^b Gen. 22, 18. Gen. 26, 4. Gen. 28, 14. Gen. 49, 10. ^c Act. 3, 24. Act. 10, 43. ^d Heb. 10, 1. Col. 2, 16, 17. ^e Ioh. 2, 29. 1. Cor. 5, 7. Act. 13, 32, 33.

DOMINICA VII.

QVÆSTIO XX.

*Num igitur omnibus hominibus, qui in
Adamo perierant, per Christum sa-
lus redditur?*

RESP. Non omnibus: verum ijs tantum, qui vera viuæque fide ipsi inseruntur, eiusque beneficia amplectuntur^b cum vero Sacramentorum usu.

^a Matt. 7, 13, 14. Matt. 7, 21. ^b Ioh. 3, 16, 17, 18, Ioh. 3, 36.

QVÆSTIO XXI.

Quid est Fides?

Est † tantum^{*} gratia infusa, qua † non firmiter assentior omnibus, qua^{*} notitia^a: Deus nobis in^a verbo suo Scripto & Tradito patefecit^b: † non autem est † sed etiam^c solum certa fiducia^c, à Spiritu Sancto^d per Euangelium^e in corde

^{*} Fides

* meo f

** Fidelium accensa, qua in Deo acquiesco, certo statuens, non solum alijs, sed forsitan & mihi quoque indigno, remissionem peccatorum, æternam iustitiam & vitam donatam esse, idque gratis ex Dei misericordia^h, propter vnus Christi meritumⁱ primario, secundario etiam propter cuiusque meritoriam cooperationem.*

a Iacob. 2, 19. Luc 8, 13. *b* Act. 24, 14. c. Hebr. 10, 1. Rom 4, 20, 21. Ephes. 3, 12. d. 2. Cor. 4, 13. e. Rom 10, 17. f. Rom. 10. 10. g. 2. Sam. 12, 13. Psal. 103, 1, 2, 3. Mat. 9, 2. Rom. 10, 9. Galat. 2, 20. 2. Tim. 4, 8. *h* Ephes. 2, 8, 9. *i* Eph. 1, 7. Col. 1, 14.

a Iacob. 2. v. 19. Tu credis quoniam vnus est Deus; benefacis: & Dæmones credunt, & contremiscunt; Luc. 8, 13. Qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt.

RESP. Atqui hæc Fides est, non Notitia propriè dicta, nec Fiducia.

b Act. 24, 24. Secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri & Deo meo, credens omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt, spem habens in Deum.

b **RESP.** Bene omnibus; sed non solum iis omnibus. Credens; non solum Fidens, minus noscens omnia.

c Heb. 10, 1. Vnquam enim habens Lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum; per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessissent offerri. &c. Rom. 4, 20, 21. In re promissione etiam Dei non hesitauit dissidentia, sed confortatus est fide, Dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quacunque promisit, potense est & facere.

RESP. Testatur hic fidem & spem; non quod fides sit fiducia: Clara est distinctio vtriusque.

f Rom. 10, 10. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem.

RESP. *f* Quia Corde, ergone & in Meo in-

fallibiliter? vbi de Meo Scriptura?

g 2. Reg. 12, 13. Peccavi Domino. Dixit que Nathan ad Dauid; Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Pl. 192, 3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Mat. 9, 2. Dixit que paralytico; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Rom. 10, 9. Si Confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis: saluus eris. Gal. 2, 20. Vivo autem iam non ego; vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filij Dei qui dilexit me, & tradidit se me ipsum pro me. 2. Tim. 4, 8. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.

RESP. Hæc vni facta reuelatio de salutis suæ certitudine, non simul facta singulis censeri debet. Vult, potestque propitiari omnibus; sed qui se capacem reddat, scit nemo, nisi cui personaliter reuelatur, vt Paralytico, Paulo. &c.

h Eph. 2, 9. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim Donum est: Non ex operibus, vt ne quis gloriatur.

h **RESP.** Principaliter ex gratiâ, non ex operibus, nisi accidenter, & tamen vere.

i Eph. 1, 7. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius quæ superabundauit in nobis. Col. 1, 14. Idem eisdem verbis.

Non excludit meritum operum bonorum.

QVÆSTIO XXII.

Quæ sunt illa, quæ necesse est hominem Christianum credere?

RESP. Omnia quæ nobis in Evangelio præcipiuntur & promittuntur: quorum ferè potiorum summa in Symbolo Apostolico, seu in capitibus

tibus Catholicæ & indubitæ omnium Christianorum fidei, breuiter comprehenditur:

Hæc est, quæ in Verbo Scripto ac Tradito continentur. Nam Symbolum est traditum.

a Marc. 1. 15. Marc. 16. 15, 16.

QVÆSTIO XXIII.

Quod est illud Symbolum?

RESP. Credo in Deum, Patrem omnipotentem creatorem cali & terra.

Et in Iesum Christum, Filium eius unigenitum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferna, * inferos, tertio die resurrexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis, unde venturus est iudicare vivos & mortuos.

† crede Credo in Spiritum Sanctum, † sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Amen.

DOMINICA VIII.

QVÆSTIO XXIV.

In quot partes distribuitur hoc Symbolum?

RESP. In tres partes. Prima est de æterno Patre, & nostri creatio-
ne. Altera est de Filio, & nostri redē-

ptione. Tertia est de Spiritu Sancto, & nostri sanctificatione.

QVÆSTIO XXV.

Cum una tantum sit essentia diuini, cur tres istos nominas? Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum?

RESP. Quia Deus ita se in suo Verbo patefecit, quod tres hæ distinctæ personæ sint vnus ille verus & æternus Deus & coequalis.

a Marc. 12. 29. ex Deut. 6, 4. 1. Cor. 8, 4. Esa. 48, 16, 17. Mat. 3. 16, 17, Mat. 28, 19. Ioh. 5, 32. Ioh. 14, 16. Ioh. 15. 26. 1. Ioh. 5, 7. Ioh. 10, 30.

DE PATRE

DOMINICA IX.

QVÆSTIO XXVI.

Quid credis cum dicis: Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cali & terræ?

RESP. Credo, æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, (qui cælum & terram cum omnibus, quæ in ijs sunt, ex nihilo creauit, & quique eadem æterno suo consilio & prouidentia sustentat ac gubernat,) propter semetipsum & Christum, Deum meum & patrem meum esse. Itaque sic in eum spero, sic in eo acquiesco, vt non dubitem, quin prouisurus sit omnibus,

Qq tum

tum animo, tum corpori meo necessarijs: quin etiam, quæ mihi mala (*præter peccata:*) in hac ærumnosa vita immittit, ea in meam salutem sit conuersurus^h cum & facere id possit, vt omnipotens Deusⁱ, & facere id velit, vt benignus pater^k.

^a Eph. 1, 3. ^b Jerem. 32, 17. ^c Act. 4, 24. ^d Heb. 11, 3. ^e Eph. 1, 11. ^f Pl. 148, 1. 2, 3, 4, 5, 6. ^g Io. 5, 17. ^h Eph. 1, 5, 6. ⁱ Ioh. 20, 17. ^j Ioh. 3, 1. ^k Psa. 118, 8. ^l Prou. 3, 5, 6. ^m Pet. 5, 7. ⁿ Heb. 12. ^o Ioh. 12. ^p Psal. 115, 3. ^q Plal. 135, 5, 6. ^r Psal. 103, 13. ^s Esa. 49, 15, 16. ^t Mat. 7, 11.

DOMINICA X.

QVÆSTIO XXVII.

Quid est Prouidentia Dei?

RESP. Omnipotens^a & vbique præfens^b Dei vis, quæ cælum & terram cum omnibus creaturis tanquam manu sustinet ac gubernat: c vt quæ terra nascuntur, pluuia item & siccitas, fertilitas & sterilitas, cibus & potus^d, bona & aduersa valetudo^e, diuitiæ & paupertas^f omnia denique (*præter peccatum:*) non temerè aut fortuito, sed paterno eius consilio & voluntate contingant.

^a Pl. 89, 14. ^b Esa. 40, 26. ^c Pl. 139, 7, 8, 9, 10. ^d Act. 17, 27. ^e Esa. 40, 12. ^f Act. 17, 28. ^g Pl. 110, 4, 13, 14, 15, 16. ^h Act. 4, 17. ⁱ Exo. 15, 26. ^j Iob. 5, 18, 19. ^k Sam. 2, 7. ^l Prou. 2, 2. ^m Thr. 3, 37, 38. ⁿ Eccl. 45, 7. ^o Mat. 10, 29, 30, 31.

QVÆSTIO XXVIII.

Quid nobis prodest hæc cognitio Creationis & Prouidentia diuina?

RESP. Vt in aduersis patientes^a, in secundis grati simus^b, in futurum vero optimam in Deo fidissimo patre, spem repositam habeamus^c, certo [†] *spèrantes*, nihil esse [†] *quod nos ab eius amore abstrahat*^{d, tes}, *nisi velimus*; quandoquidem omnes creaturæ ita sunt in eius potestate, vt sine eius arbitrio non modo nihil agere, sed ne moueri quidem possint: *exceptis libero arbitrio pradiis, ex quibus suum cuique peccatum est, & non ex Deo.*

^a Psal. 39, 10. ^b Iob. 1, 21, 22. ^c Dent. 8, 10. ^d 2. Cor. 1, 10. ^e Rom. 8, 35. ^f Rom. 8, 38, 39. ^g Act. 17, 28. ^h Prou. 21, 1.

DE FILIO.

DOMINICA XI.

QVÆSTIO XXIX.

Quare Filius Dei appellatur Iesus, hoc est, Saluator?

RESP. Quia nos saluat ab omnibus peccatis nostris^a, *nisi velimus*: nec vlla salus *ultima* aliunde peti debet, *vt à Deo*; nec alibi reperiri potest^b: *salua Sanctorum intercessione.*

^a Mat. 1, 21. ^b Act. 4, 12. ^c 1. Cor. 1, 11.

^d Mat. 1, 21. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

RESP. ^a Ipse, sed & Sancti quodam modo saluare possunt cum, & in iplo.

^b Act. 4, 12. *Qui factus est in Capri anguli & non est in alio aliquo salus: Sic, vt in Deo. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Principaliter, 1. Cor.*

Cor. 3. 11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere. At potest superædificare, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.

um, sed nostram infirmitatem & indignitatem.

QVÆSTIO XXX.

Creduntne igitur illi in unicum summum Seruatorem Iesum, qui à Sanctis, aut à se aut aliunde felicitatem aut salutem querunt?

* Non.
Eti
† quidē,
* tamen
† aut
* non
† aut

RESP. * Ita. Etenim verbo, † eo Seruatore gloriantur, & reip̄a * non abnegant unicum summum Seruatorem Iesum. Necessè est enim, † & Iesum * esse perfectum Seruatorem^a, † & qui eum Seruatorem vera fide amplectuntur, eos omnia in ipso possidere, mediate vel immediate, quæ ad salutem requiruntur^b.

^a Col. 1. 19. 20. Col. 2. 10. b Ioh. 1. 14. Ioh. 1. 16. Heb. 7. 25.

^a Col. 1. v. 19. 20. Ut sit in omnibus ipse Primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare; & per eum reconcilians omnia in ipsum, pacificans per Sanguinem Crucis eius siue quæ in terris siue quæ in cælis sunt. Col. 2. 10. Estis in illo repleti, qui est Caput omnis Principatus & Potestatis.

RESP. a Primari ad saluandum non de rogat intercessio Sanctorum plus, quam Principatui Ministerium famulorum. Facta horum tribuuntur illi.

b Ioh. 1. 14. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. 16. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Heb. 7. 2. Unde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.

RESP. Cum h. sce stat salua Sanctorum Intercessio; non quæ sit de absoluta necessitate medij necessaria, vt primariò saluans per se; sed utilis sit vt adiuuans, non De-

DOMINICA XII.

QVÆSTIO XXXI.

Quare appellatur Christus, hoc est, vnctus?

RESP. Quod à patre^a ordinatus^b, & Spiritu Sancto vnctus sit, c summus propheta ac doctor^d, qui nobis arcanum consilium & omnem voluntatem patris de redemptione nostri patefecit^e; & summus pontifex^f, qui nos vnico sacrificio cruento sui corporis redemit^g, nunc quoque pretium redemptionis per S. Sacramenta nobis applicat, ac assidue pro nobis apud patrem intercedit^h, & Rexⁱ, qui nos suo verbo^k & spiritu in Ecclesia sua sub visibili Capite gubernat, & partem nobis salutem tuetur ac conseruat^m.

^a Act. 4. 27. b Luc. 4. 18. ex Esa. 61. 1. Act. 2. 36. c Heb. 1. 9. ex Pl. 45. 8. Act. 10. 38. d Act. 3. 22. ex Deut. 18. 15, Mat. 17. 5. e Io. 15. 18. Ioh. 15. 15. f Psal. 110. 4. Hebr. 3. 1. g Hebr. 10. 10. Heb. 10. 4. h Rom. 8. 34. i Psal. 2. 6. Ioh. 18. 27. k Pl. 110. 2. Pl. 119. 105. l Psal. 143. 10. Ioh. 16. 7. 13. m Ioh. 10. 27.

QVÆSTIO XXXII.

Cur verò tu Christianus appellaris?

RESP. Quod per Baptismum & fidem
Qq 2 dem

dem membrum sum Iesu Christi^a,
& vnctionis ipsius particeps: ^b vt &
nomen eius confitear^c, meque si-
stam ipsi viuam gratitudinis hosti-
am^d, & in hac vita contra pecca-
tum, & Satanam libera ab peccatis
mortalibus & bona conscientia pu-
gnem^e, & postea æternum cum
Christo regnum in omnes creatu-
rasteneam^f.

^a 1. Ioh. 2. 20. Gal. 4. 6. b 1. Ioa. 2. 27. 2. Cor.
1. 21. 2. 22. c 1. Pet. 2. 9. d 1. Pet. 2. 5. Rom. 12. 1. e
Rom. 6. 12. 13. Eph. 6. 12. 1. Pet. 5. 8. 9. f Apoc.
3. 21. 2. Tim. 2. 12.

^a Ioh. 2. 20. Vos vnctionem habetis à Sancto,
& nostis omnes, Gal. 4. 6. Quoniam estis filij, mi-
sit Deus spiritum filij sui in corda vestra claman-
tem Abba pater.

RESP. ^a Hinc Christiani sumus, & filij,
an iræ autem quisque vel gratiæ, nemo
scit: sicut & viuumne, an mortuum sit mem-
brum.

DOMINICA XIII.

QVÆSTIO XXXIII.

*Quam ob causam Christus vocatur Fili-
us Dei unigenitus, cum nos quoque
sumus filij Dei?*

RESP. Quia solus Christus est
coæternus^a coequalis^b, & naturalis^b
æterni patris filius: nos autem pro-
pter eum ex gratia à patre adoptati
sumus^c.

^a Hebr. 9. 14. 1. Ioh. 1. 1. 2. 3. b Hebr. 1. 2. 3.
Ioh. 5. 18. Rom. 8. 32. c Eph. 1. 5. 6. Ioh. 1. 12.
Gal. 3. 26.

QVÆSTIO XXXIV.

*Quâ de causâ appellas eum Dominum
nostrum?*

RESP. Quia corpus & animam
nostram^a à peccatis^b, non auro nec
argento, sed pretioso suo sanguine
redimens^c, & ab omni potestate
Diaboli liberans^d, nos sibi propri-
os vindicauit^e, tantum ne ab eo desci-
scamus volentes.

^a 1. Cor. 6. 20. b Col. 1. 14. c 1. Pet. 1. 18. 19.
d Heb. 2. 14. 15. e Tit. 2. 14.

DOMINICA XIV.

QVÆSTIO XXXV.

*Quid credis? cum dicis, Conceptus est
per Spiritum Sanctum, Natus ex
Maria virgine?*

RESP. Quod ipse Filius Dei^a qui
est & permanet verus Patri coequalis,
& æternus Deus^b, naturam vere hu-
manam^c, ex carne & sanguine perpe-
tua Virginis Mariæ^d, operatione
Spiritus Sancti^e assumpsit^f, vt sit ve-
rum semen Dauidis^g, fratribus suis
per omnia similis^h, excepto pecca-
toⁱ.

^a Gal. 4. 4. b 1. Ioh. 5. 10. Rom. 9. 5. Heb. 1.
10. 11. 12. c 1. Ioh. 1. 1. 2. Luc. 2. 4. 39. Mat. 26. 38.
d Esa. 7. 14. Luc. 1. 26. 27. 30. 31. 32. Mat. 1. 23.
e Luc. 1. 34. 35. f Heb. 2. 16. Ioh. 1. 14. 1. Tim. 3.
16. g Act. 2. 30. Act. 13. 22. 23. h Hebr. 2. 17.
Philip. 2. 7. i 1. Ioh. 3. 5. Heb. 4. 15.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVI.

Quem fructum percipis ex sanctâ Conceptione & Natiuitate Christi?

RESP. Quod noster sit Mediator^a, & sua innocentia ac perfectâ sanctitate * nostra peccata, in quibus * concepti, aut decepti sumus, tollat, ne in conspectum Dei veniant.^b

* mea
* conce-
ptus sum,
negat,

^a Heb. 7. 26. ^b Apoc. 1. 5.

^b Apoc. 1. 5. *Commonere vos volo scientes semel omnia, quoniam Iesus populũ de terrâ Aegypti saluans secundo eos, qui non crediderunt, perdidit.*

RESP. ^b Quid ergo? Non hoc concludit tecturam solam peccatorum: neque peccati originalis, neque Concupiscentiæ, quam in natum esse peccatum fingunt, inque vñ cætera omnia.

damnatione liberaret, & nobis gratiam Dei^f, iustitiam & nobis in hereditatem, & vitam æternam^h acquireret.
Nisi eã nos indignos reddamus.

^a Esa. 53. 2. ^b Mat. 27. 46. ex Psal. 22. ^c Esa. 53. 4. 5. 6. ^d Pl. 22. 17. 18. ^e Mat. 26. 38. ^f Pl. 22. 15. ^g Heb. 9. 12. ^h Rom. 5. 2. ⁱ Ioh. 1. 17. ^j 2. Cor. 5. 21. ^k Ioh. 4. 9. ^l Ioh. 3. 14. 15.

QVÆSTIO XXXVIII.

Quid cause fuit, cur sub iudice Pilato pateretur?

RESP. Ut innocens^a coram iudice politico damnatus^b, nos a se uero Dei iudicio damnationis, quod omnes manebat, eximeret^c.

^a Io. 18. 31. 38. ^b Lu. 23. 14. 15. ^c Mat. 27. 19. 24. ^d Mat. 27. 2. ^e Ioh. 19. 13. 14. 15. 16. ^f Esa. 53. 5. ^g Rom. 8. 34.

QVÆSTIO XXXIX.

Estne vero quiddam amplius, quod affixus sit Cruci, quam si alio genere mortis affectus esset?

RESP. Sane amplius^a. Ex hac enim re * sumus certi, cum maledictionem, quæ † nobis incumbebat, in se recepisse^b, nam mors crucis erat à Deo maledicta^c.

^a Philip. 2. 8. ^b Gal. 3. 13. ^c Deut. 21. 22. 23.

Qq 3 DO-

DOMINICA XV.

QVÆSTIO XXXVII.

Quid credis? cum dicis, Passus est.

RESP. Eum toto quidem vitæ suæ tempore, quo in terris egit^a, præcipue vero in eius extremo^b, iram Dei aduersus peccatum vniuersi generis humani^c, corpore & sensu uã animã^d sustinuisse, quo ad penam solam hic temporalem, non infernalem: vt sua passione, tanquam vnico cruento sacrificio propitiatorio, corpus & animam nostram ab æterna

DOMINICA XVI.

QVÆSTIO XL.

Cur necesse fuit, ut Christus ad Mortem usque se demitteret?

RESP. Propterea quod iustitiæ^a & veritati Dei^b nullo alio pacto pro nostris peccatis potuit satisfieri, quam ipsa morte filij Dei, qua Homo erat.

^a Rom. 1. 32. ^b Gen. 2. 17. Gen. 3. 15.

QVÆSTIO XLI.

Quare etiam Sepultus est?

RESP. Ut eo testatum faceret, se vere mortuum esse^a, quoad solam Humanitatem.

^a Mar. 15. 42. 43. 44. 45.

QVÆSTIO XLII.

At, cum Christus pro nobis mortem oppetierit, cur nobis quoque est moriendum?

* non
† sed
RESP. Mors nostra^{*} est aliqua pro peccatis nostris satisfactio^a, † non omnis peccati abolitio^b: & est transitus in vitam æternam^c, mediata vel immediate post dandam.

^a Matt. 16. 26. ^b Hebr. 14. 10. ^c Philip. 1. 21. Phil. 1. 23.

^a Mat. 16. 26. Quid enim prodest homini si v-

niuersum mūdum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur.

RESP. ^a Quid ergo? Mors non est pro peccatis aliqua satisfactio? Negatur consequentia.

^c Phil. 1. 21. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum, 23. Cupio dissolui & esse cum Christo.

RESP. ^c Sic esse cuique potest; non tamen est, nisi paucis Deo notis.

QVÆSTIO XLIII.

Quid præterea capimus commodi ex Sacrificio & Morte Christi?

RESP. Quod virtute eius mortis^a, vetus noster homo vna cum eo crucifigi^{*} debeat^b, interimi[†], ac se-^{* cur,} peliri^{*d}, ne prauæ cupiditates & de-^{† cur,} sideria carnis posthac in nobis regnent^c, nisi uelimus: sed ut nos ipsos ei hostiam gratitudinis offeramus^f.

^a Rom. 6. 5. Ioh. 17. 19. ^b Rom. 6. 6. Gal. 5. 24. ^c Rom. 6. 8. Rom. 6. 11. ^d Rom. 6. 4. Col. 2. 12. ^e Rom. 6. 6. 14. ^f Pl 51. 19. Rom. 6. 13.

QVÆSTIO XLIV.

Cur additur? Descendit ad inferos?

RESP. Ut in summis doloribus & grauissimis tentationibus me hac consolatione sustentem, quod Dominus meus Iesus Christus inenarrabilibus animi (ui sensuum, non Rationalis, angustijs, cruciatibus & terroribus (absque infernali pœna sensus vel damni) in quos cum antea, tum maxi-

maxime in cruce pendens, fuerat
demerfus ^a quantum voluit; nos t̄ ab
angust. js & cruciatibus inferni li-
berauerit ^b. sed ut & fide viua compa-
riamur pœnitentes.

^a Pl. 3. o. 4. Pl. 86. 13. b Esa. 53. 3. 5. r. Cor. 15.
55. 57.

^a Act. 1. 9. b Marc. 16. 9. Luc. 24. 50. 52. c
Ioh. 16. 7. d Act. 3. 21.

QVÆSTIO XLVII.

An ergo Christus non est nobiscum vsque
ad finem mundi, quemadmodum
nobis promisit?

DOMINICA XVIII.

QVÆSTIO XLV.

Quid nobis prodest Resurrectio
Christi?

RESP. Primum, sua resurrectione
mortem deuicit, vt nos posset e-
ius iustitiæ, quam nobis sua morte
pepererat, participes facere ^a. Deinde,
nos quoque iam eius potentia
ad nouam vitam excitamur ^b. Postremo,
resurrectio Capitis nostri
Christi nobis gloriose resurrectionis
nostræ pignus est ^c.

^a Rom. 4. 25. 1. Cor. 15. 17. b Rom. 6. 4. 8.
Col. 2. 12. 13. c 1. Cor. 15. 20. 21. r. Thef. 4. 14.

RESP. Christus est verus Deus
& verus homo. Itaque secundum
naturam humanam ordinariè, nisi Sa-
cramentaliter, iam non est in terra ^a;
at secundum diuinitatem suam, ma-
iestatem ^b, gratiam & spiritum, nul-
lo vnquam tempore à nobis abest ^c;
nisi peccatis nostris gratiam eius quisque
excludamus.

^a Ioh. 16. 18. Mat. 16. 11. Heb. 8. 4. b. Ier. 23.
24. c 2. Cor. 1. 13. Ioh. 14. 16.

QVÆSTIO XLVIII.

An vero isto pacto due nature in Christo
non disuelluntur; si non sit natura
humana vbicunque est di-
uina?

RESP. Minime. Nam cum Di-
uinitas comprehendi non queat, &
virtute sua omni loco præsens sit ^a,
necessario consequitur, esse eam a-
lubi quidem etiam extra naturam
suam humanam, quam assumpsit ^b;
^a & nihilominus tamen esse in ea ^c sed
dem, eique personaliter vnitam per
manere ^c; at vtrumque modo non vno.

^a Iob. 11. 8. Act. 17. 27. b Ioh. 3. 13. c Col.
2. 9.

QVÆSTIO XLVI.

Quomodo intelligis istud? Ascendit
ad celos.

RESP. Quod adspicientibus di-
scipulis ^a Christus de terra in cœ-
lum vi propria sublatus est ^b, atque
etiamnum nostra causa ibidem est
^c & erit (vt tamen sit & alibi; præsertim
in S. Eucharistia.) d. nec redeat ad iu-
dicandum viuos & mortuos ^d.

D O.

DOMINICA XVIII.

QVÆSTIO XLIX.

Quem fructum nobis adfert Ascensio Christi in calum?

RESP. Primum, quod in cœlo apud patrem pro nobis intercedit ^a. Deinde, quod carnem nostram in cœlo habemus, ut eo, tanquam certo pignore, confirmemur fore, ut ipse, qui Caput nostrum est, nos sua membra ad se extollat ^b, (*ni cor impunitens obstiterit.*) Tertio, quod nobis suum Spiritum mutui pignoris loco mittit ^c, cuius efficacia non terrena sed superna quærimus, (*ni sit mens lana:*) ubi ipse est ad dextram DEI sedens ^d.

^a Heb. 9. 24. Rom. 8. 34. ^b Eph. 2. 6. Ioh. 14. 2. 3. ^c Ioh. 16. 7. Eph. 1. 13. ^d Col. 3. 1. 2. 3.

QVÆSTIO L.

Cur additur? Sedet ad Dextram Dei.

RESP. Quia Christus ideo in cœlum ascendit, ut se ibi ^a Caput Ecclesiæ suæ declararet ^b, per quod pater omnia gubernat ^c, *ut ita meritum in terris.*

^a Ephes. 1. 20. Hebr. 1. 3. Hebr. 8. 1. ^b Ephes. 1. 22. 23. Col. 1. 18. ^c Ioh. 5. 22. Mat. 28. 18. 1. Cor. 15. 25.

DOMINICA XIX.

QVÆSTIO LI.

Quid nobis prodest hæc Gloria nostri Capitis Christi?

RESP. Primum, quod per Spiritum Sanctum in nos, sua membra, cœlestia dona effundit ^a. *Si obicem non opponamus.*

Deinde, quod nos sua potentia contra omnes hostes protegit ac defendit ^b.

^a Act. 2. 33. Eph. 4. 8. ^b Ioh. 10. 28. Ioh. 12. 31. Ioh. 16. 33. 2. Cor. 12. 9. Os. 13. 14.

QVÆSTIO LII.

Quid te consolatur Reditus Christi ad iudicandum vivos & mortuos?

RESP. Quod in omnibus miseriis & persecutionibus erecto capite ^a, eundem illum, qui te prius pro ^{*} nobis iudicio Dei statuit, & maledictionem omnem [†] nobis abstulit, iudicem è cœlo expecto ^b; qui omnes suos & meos hostes in æternas pœnas abiiciat ^c, me vero *ita sperantem ac orantem, licet immeritum*, cum omnib. electis ad se in cœlestia gaudia & sempiternam gloriam traducat ^d. *si dignus inueniar.*

^a Luc. 21. 28. ^b Act. 10. 39. 40. 42. Ioh. 19. 37. ex Zach. 12. 10. ^c Apoc. 20. 10. 2. Thes. 1. 7. 8. 9. 10. ^d Ioh. 14. 3. Ioh. 17. 24. 1. Thes. 1. 17.

DE

in particulari, sunt spei, & quoad nos incerta; quoad Deum, & in se, certa.

DE SPIRITU SANCTO.

DOMINICA XX.

QVÆSTIO LIII.

Quid credis de Spiritu Sancto?

RESP. Primum, quod sit verus *coequalis*, & *coæternus* Deus cum æterno Patre & Filio^a. Deinde, quod ** nobis* quoque datus sit^b, ut *† nos* per veram fidem, Christi & omnium eius beneficiorum participes faciat^c, ** nos* consoletur^d, & *† nobiscum* in æternum maneat^e.

* mihi
† me

* me
† mecum

^a 1. Ioh. 1. 7. Act. 5. 3. 4. ^b Act. 2. 17. 18. ex Ioc. 2. 28. Act. 2. 39. ^c Rom. 8. 9. 1. Cor. 12. 3. Eph. 3. 16. ^d Ioh. 15. 26. ^e Ioh. 14. 16. 17.

^b Act. 2. 17. 18. Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem terram: & prophetabunt filij vestri, & filia vestra: & iuvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somnabunt. 39. Vobis enim est repromissio, & filijs vestris. & omnibus, qui longe sunt, quoscumque aduocauerit Dominus.

RESP. ^b Fidem hæc inferunt, sed non specialem. Adeo multi sunt vocati; pauci vero electi. Sequentia similiter.

^c Rom. 8. 9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. 1. Cor. 12. 3. Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Eph. 3. 16. Det vobis secundum diuitias gloriae suae virtute corroborari per spiritum eius in interiorum hominem.

RESP. Hæc in genere sunt fidei & certæ

DOMINICA XXI.

QVÆSTIO LIV.

Quid credis de Sancta & Catholica Christi Ecclesia?

RESP. Credo, filium Dei^a, ab initio mundi^b ad finem usque^c, sibi ex vniuerso genere humano^d, *visibilem* Cœtum ad vitam æternam electum^e, per Spiritum suum^f, *merita*, & verbum^g, in *Sacramentis* & *vera* fide *viua* contentientem^h, colligere, *sub vno in terris Capite* Papa, tueri ac seruareⁱ: meque *viuum* eius Cœtus membrum esse *debere ac posse*^k, & perpetuo mansurum^l *sperare*.

^a Eph. 4. 11. 12. ^b Luc. 11. 49. 50. 51. Gen. 4. 4. 5. Gen. 4. 26. Gen. 8. 20. Gen. 12. 81. Gen. 26. 25. & 35. 7. ^c Matth. 28. 20. 1. Cor. 11. 26. ^d Pl. 2. 7. 8. Apoc. 5. 9. ^e Rom. 8. 28. 30. Ioh. 10. 26. 27. 28. 1. Petr. 2. 9. ^f Rom. 15. 17. 18. 19. ^g Ro. 15. 17. 18. 19. ^h Eph. 4. 4. ⁱ Eph. 4. 13. ^j Mat. 16. 18. ^k Ephes. 2. 19. 20. 21. 22. ^l Plal. 23. 6. 1. Cor. 1. 8. 9.

RESP. Hæc autoritates sonant sapiuntque, vt similes supra.

QVÆSTIO LV.

Quid sibi vult Communio Sanctorum?

RESP. Primum, quod vniuersi & singuli credentes, Christi^a & omnium

R r nium

nium eius bonorum ^b, ac *Sanctorum* in caelo & in terra, tanquam ipsius mēbra ^c, communionem ^{* habere possint ac debeant}. Deinde, quod singuli, quæ acceperunt dona, in commune commodum & vniuersorum salutem promptè & alacriter conferre debeant ^d.

^a 1. Ioh. 1. 3. ^b Rom. 8. 32. Ioh. 1. 16. ^c Eph. 5. 29. 30. Col. 2. 19. ^d Ephes. 4. 15. 16. 1. Petr. 4. 10.

QVÆSTIO LVI.

Quid credis de Remissione peccatorum?

^{† meorū} RESP. Deum propter satisfactionem Christi ^a, ^{† nostrorum} peccatorum, atque illius etiam *originalis* prauitatis, cum qua mihi per omnem vitam pugnandum est ^b, ^{* maculam} omnē deposuisse ^c, & ^{† nos} iustitia Christi gratis donare ^d, ne vquam in iudicium ^{* damnationis} veniamus; nisi relapsi & impenitentes sequi mereamur.

^a Eph. 7. ^b Psal. 103. 3. Rom. 7. 24. 25. Ro. 8. 1. ^c Ierem. 31. 34. ^d Rom. 3. 24. ^e Ioh. 5. 24. Ro. 8. 33.

^b Psal. 102. 3. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Rom. 7. 24. *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum &c.* Igitur ego ipse mente seruo legi Dei; carne autem, legi peccati. Rom. 8. 1. *Nihil ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.*

^b RESP. Morales sanat defectus; non autem naturales, in quibus est & Concupiscentia; quæ mors est non actualiter, in se, sed occasionaliter, inclinans ad peccandum. In qua iusti se habent passiuè & inuo-

luntarie: Et sic vitæ est, non damnationis. ^c Ier. 31. 34. *Omnes cognoscunt me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum & peccati eorum, non memorabor amplius.*

^c RESP. Propitiatio delet peccatum; ac memoriam eius etiam obliuio: non tegit solum.

^d Rom. 3. 24. *Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.*

^d RESP. Vt supra quaest. 21.

^e Ioh. 5. 24. *Qui verbum meum audit & credit ei, opere & veritate, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte in vitam.*

^e RESP. Venit tamen in iudicium discussionis.

Rom. 8. 33. *Quis accusauit aduersus Electos Dei, Obdormientes in pace?*

DOMINICA XXII.

QVÆSTIO LVII.

Quid te consolatur Resurrectio carnis?

RESP. Quod non tantum anima mea si iusta fuerit, postquam è corpore excesserit, è vestigio ^a aut per Purgatorium ad Christum, suum Caput, assumetur ^b: verū quod hæc quoque caro mea ^c, potentia Christi ^d excitata ^e, rursus animæ meæ vnietur ^f, & glorioso corpori Christi conformabitur ^g, si beatur; secus si damnatur.

^a Lu. 23. 43. Apoc. 14. 13. Lu. 16. 22. ^b Eccl. 12. 7. Philip. 1. 23. ^c Iob. 19. 25. 26. 27. 1. Cor. 15. 53. ^d Ioh. 5. 28. 29. ^e Ioh. 6. 39. 40. ^f Ezech. 37. 5. 6. ^g Philip. 3. 21. 1. Cor. 15. 42. 43.

QVÆ-

QVÆSTIO LVIII.

Quam consolationem capis ex articulo de
vitæ aternæ?

* meo
corde
percenti
sco,
† sic
* potiar b,

RESP. Quod, quoniam in præ-
sentia vitæ aternæ initia in * animas
nostras infunduntur, futurum † sperem-
us, vt post hanc vitam plena per-
fectaque beatitudine * potiamur, in
qua Deum in æternum celebremus
c: quam quidem beatitudinem nec
oculus vidit, nec auris audiuit, nec
vllus homo cogitatione compre-
hendit d.

a 1. Pet. 1. 4. 5. 1. Pet. 1. 7. 8. b Mat. 25. 34.
46. 1. Cor. 13. 10. c Apoc. 19. 5. d 1. Cor. 2. 9. ex
Eia. 64. 4.

a 1. Pet. 1. 34. 5. Qui secundum misericordiam
suam magnam regeneravit nos in spem viuam,
per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæ-
reditatem incorruptibilem, &c. Conseruatam in
caelis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per
fidem in salutem, paratam reuelari in tempore
nouissimo &c.

b Mat. 25. 34. Dicit his à dextris: Ire benedicti,
&c. 46. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti au-
tem in vitam æternam. 1. Cor. 13. 10. Cū venerit
quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte
est.

RESP. ab Fides hæc docetur; sed non
specialis vt supra.

DOMINICA XXIII.

QVÆSTIO LIX.

At cum hæc omnia credis, quid uti-
litatis inde ad te re-
dit?

RESP. Quod in Christo iustus * sum
esse possim ac debeam coram Deo^a, &
hæres vitæ aternæ^b.

a Rom. 1. 16. 17. b Ioh. 5. 24.

a Rom. 1. 16. 17. Non erubescio Euangelium;
virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iu-
deo primum & Græco. Iustitia enim Dei in eo re-
uelatur ex fide in fidem.

b Ioa. 5. 24. Qui verbum meum audit, & cre-
dit ei, qui misit me: habet vitam æternam.

a b RESP. Certitudinem salutis hæc do-
cent vniuersalem: sed non personalem hu-
ius & illius, aut mei: vt supra, & proxime
infra.

QVÆSTIO LX.

Quomodo iustus † esse potes coram
Deo?

RESP. Nequaquam Solâ fide in
Iesum Christum a: * sed ita, vt, † (si * adeo
quidem ritè contritum me mea con- † licet
scientia non accuset, quod licet ad-
uersus omnia Dei mandata aliquan-
do grauitè peccauerim, nec vllum
eorum seruauerim, adhæc etiam
num ad omne malum propensus
sim b:) nihilominus tamen (modo
hæc beneficia vera animi * fide ac spe * fiducia
amplectar c) † cū aliquo meo merito, † sine vll
ex mera Dei misericordia primari,
mihi perfecta satisfactio, iustitia, &
sanctitas Christi * permittatur ac do- * impute-
netur eius capaci d, perinde ac si nec tur
vllum ipse peccatum admissem,
nec vlla mihi labes inhaesisset, † imo † reteret,
vero quasi eam obedientiam, quam
pro me Christus præstitit, ipse per-
fectè præstitissem e.

Rr 2

a Rom.

a Rom. 3. 28. Gal. 2. 16. b Rom. 7. 14. Ro. 7. 21. 22. 23. c Rom. 10. Rom. 4. 23. 24. d. Ro. 3. 24. 25. Rom. 4. 6. 7. 8. Rom. 5. 18. 19. e Esa. 1. 18. Mich. 7. 19. 2. Cor. 5. 21.

a Rom. 3. 28. Arbitramur iustificari hominem sine operibus legis. Galat. 2. 16. Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem lesit Christi: Et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis; propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

RESP. Vera hæc de operibus Legis Veteris iam antiquata: non de operibus Nouæ; quæ iustificat: præsupposita fide ac spe in merita Christi.

b Romanorum 7. 14. Lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. &c. 21. 22. 23. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: Condelector igitur legi Dei secundum interiorem hominem; video autem legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis.

b RESP. Legi Spiritus repugnat Concupiscentia captiuans nos Inclinando; non Necessitando ad peccatum.

c Rom. 10. 10. Corde enim creditur ad iustitiam, ore &c.

c RESP. Credere est fidei; non fiducia: huius est Fidere.

Rom. 4. 23. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: Sed & propter nos, quibus reputabitur creditibus in eum.

RESP. Abrahæ reputatum est proprie, scilicet respectiue ad Christum: Nobis reputatur per Christi merita aut Sacramenta effectiue & realiter; non tectorie.

d Rom. 2. 24. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesus, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.

d RESP. Supra quæst. 21. & hic litera a. &c. & alibi.

Rom. 4. 6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus; Beati quorum remissa sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.

Scilicet expiatione deletum ac sublatum. Roman. 5. 18. 19. Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per iustitiam in omnes homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi: ita & per vnus obediendum iusti constituuntur multi. Vtrumque hoc realiter & verè, non solum imputatiue.

e Esaia 1. 18. Si fuerint peccata vestra vt cocinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint vbra quasi vermiculus: velut lana alba erunt.

Mich. 7. 19. Reuertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & prouiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

e RESP. Similiter vt supra: Et deponet, non ergo Teger solum.

2. Cor. 5. 21. Eum qui non nouerat peccatum peccatum pro nobis fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

Nisi nolimus ipsi impænitentes.

QVÆSTIO LXI.

Cur non SOLA fide te iustum esse affirmas?

RESP. Non solum quod dignitate meæ fidei Deo ^{* placere possim:} sed quod [†] præcipua satisfactio, iustitia & ^{† sola} sanctitas Christi, ^{* nostra} iustitia sit coram Deo b, ego verò eam non alia ratione quam fide vana amplecti, & mihi applicare queam c.

a Eph. 2. 8. 9. b Rom. 3. 24. 25. Ro. 4. 6. 7. 8. Rom. 5. 18. 19. c Rom. 3. 22. Heb. 11. 7. Ro. 4. 3. Phil. 3. 9.

a Eph. 2. 8. 9. Gratis enim estis saluati per fidem.

dom, & non ex vobis, Dei enim donum est: Non ex operibus, ne quis gloriatur.

b Ro. 3. 24. 25. Iustificati gratis per gratiam ipsius &c. Rom. 4. 6. vide supra.

a b Resp. Principaliter gratis: acciden- ter, etiam meritorie quoad nos.

c Rom. 3. 22. Iustitia autem Dei per fidem Ie- su Christi, in omnes, & super omnes, qui cre- dunt in eum: non enim est distinctio Hebr. 11. 7.

Fide Noe responso accepto de ijs qua adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus sue, per quam damnavit mundum: & iu- stitia, qua per fidem est, haec est instituta. Ro- manorum 4. 3.

Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Philip. 3. 9.

Inveniat in illo, non habens meam iustitiam qua ex lege est, sed aliam, qua ex fide est Christi Iesu, qua ex Deo est iustitia in fide.

c Resp. Per fidem; sed non solam, et si praeci- pue iustificamur.

b Philip. 3. 12. 13. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Isa. 64. 6. Facti sumus, vt im- mundus, omnes nos & quasi pannus menstruatae, uniuerse iustitiae Nostrae: & cecidimus quasi soli- um uniuersi; & iniquitates nostrae quasi ventus, abstulerunt nos.

b Resp. Nimirum respectiue ad Dei perfectionem & iustitiam infinitam; non- sti a finita, quasi nihili est: at in se attenda, est aliqua.

QVÆSTIO LXIII.

Quomodo bona opera nostra † aliquid promerentur, cum Deus & in presen- † nihil ti & in futura vita mercedem pro his se daturum pro- mittat?

RESP. Merces ea non datur ex merito^a, principaliter, nisi de congruo: sed ex gratia^b de condigno Christi sic meriti.

a Luc. 17. 10. Rom. 11. 35. 36. b Pl. 103. 13.

a Luc. 17. 10. Cum feceritis omnia, que praec- cepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Ro. 11. 35. Quis dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria.

a Resp. Quia tam acquisita, quam in- fula gratiae, sunt ex Deo per Christum: Ex nobis n. solis perditio est. Ideo, vt sequitur. b Pl. 102. 13. Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

QVÆSTIO LXIV.

An autem Luthero-Caluinistica doctrina non reddat homines secu- ros & profanos?

Ri 3 RE-

DOMINICA XXIV.

QVÆSTIO LXII.

Cur nostra bona opera non possunt esse iu- stitia, vel pars aliqua iustitiae, co- ram Deo?

RESP. Propterea quod oporteat eam iustitiam, qua in iudicio Dei consistat, perfecte absolutam esse, & omni ex parte diuinæ legi congruentem^a; qua humanitus pos- sibile in Christo: nostra vero etiam praestantissima quaque opera, et si in hac vita sint pleraque imperfecta, atque adeo subinde peccatis inqu- nata^b; Christi tamen gratia efficit ea di- gna caelo.

a In q. 4. & 10. b Phil. 3. 12. 13. Esa. 64. 6.

† Non
* quin
† infiti
sunt.

RESP. *f. Ita.* Neque enim fieri potest, * quod ij, qui Christo per fidem † solam se infitos putant, fructus proferant gratitudinis *b, ut debitos ac meritorios.*

a Rom. 3. 30. Rom. 6. 1. b 1. Iohan. 3. 9. Ioh. 15. 5.

a Rom. 3. 30. *Vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide non sola & praputium per fidem, sed viam Rom. 6. 1. Permanebimus in peccato ut gratia abundet: absit.*

RESP. *a* Ergo sola fides iustificans non reddit homines profanos? Nihil dum istud sequitur.

b 1. Ioh. 3. 9. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in ipso manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Ioh. 1. 5. Qui manet in me & ego in eo, hi fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere.*

b RESP. Atqui omnis baptizatus, est natus ex Deo; & tamen subinde peccat sic, ut excidat & non maneat in charitate Christi: licet in fide, ac spe, sed mortua. Et istud conseruat nos in filiali timore Dei: doctrina contraria temere se quos reddit & profanos.

DE SACRAMENTIS.

DOMINICA XXV.

QVÆSTIO LXV.

Quoniam igitur Non sola Fides nos Christi atque omnium eius beneficiorum participes facit, unde hac viua fides proficiscitur?

RESP. A Spiritu Sancto *a*, qui

cam per *Baptismum, aut prædicationem Euangelij* *b* in cordibus nostris accendit, & per *vsu* *ceterorum Sacramentorum* confirmat *c* & *auget.*
a 2. Cor. 4. 13. *b* Rom. 10. 17. *c* Rom. 4. 11. Act. 8. 36. 37. 38.

DE SACRAMENTIS.

c Rom. 4. 11. *Signum accepit circumcisionis signaculum iustitie fidei, quæ est in praputio.* Act. 8. 36. *Ecce aqua quid perhibet me baptizari: Dixitque Phil. ppus Si credis ex toto corde, licet.*

c RESP. Signum est ad significandam gratiam occultam, & præsentem, in praputio quidem respectiue; at in Aqua bapt. & verbo effectiue.

QVÆSTIO LXVI.

Quid sunt Sacramenta?

RESP. Sunt sacra *a* & in oculos incurrentia *b* signa ac † *instrumenta* ^{† figurata} *inuisibilis gratia*, ob eam causam à Deo instituta, ut per ea nobis promissionem Euangelij magis declaret *c* & *gratiam efficienter conferat*, quod ^{obli-} ^{gnet si} scilicet non vniuersis tantum, sed etiam singulis *vere* credentibus, *primario* propter vnicum illud Christi sacrificium in cruce peractum gratis donet mediante Sacramento remissionem peccatorum, & vitam æternam *g*.

a Exo. 29. 33. *b* Rom. 2. 28. Exod. 12. 13. 6. Gen. 17. 11. Rom. 4. 11. Exod. 13. 9. 1. Cor. 11. 24. 25. *d* Act. 7. 8. Exo. 12. 27. Io. 1. 33. 1. Cor. 11. 20. *e* Gen. 17. 13. Deut. 30. 6. Exo. 13. 9. 1. Cor. 5. 7. Act. 22. 16. 1. Cor. 11. 23. 24. 26. Matt. 26. 27. 28. 1. Cor. 11. 25. 26. 28. *f* In hac questione sub lit. c & e. *g* Mat. 16. 28.

c Gen.

c Gen. 17. 71. Circumcidetis carnem preputij vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos. Rom. 4. 11. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in preputio. Exo. 13. v. 9. Erit quasi signum in manu tua. &c.

b *RESP.* In Vet. Test. erat id signaculum gratiæ promissionis: at in Nouo sunt instrumenta realis exhibitionis; ac signa gratiæ inuisibilis & præsentis, in vfu debito.

1. Cor. 11. Hoc est Corpus meum: Hoc facite in meam Commemorationem.

Si Hoc est, ut est ergo realiter præsens Est Ipsissimum; & non significatur absens. Hoc Facimus autem in Commemorationem Vnici Cruenti Sacrificij in Cruce oblatis. Nil igitur vel specieretæus concludit Calvinismus.

QVÆSTIO LXVII.

Num utraque igitur, & Verbum & Sacramenta, eo spectant, ut fidem nostram ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad vnicum nostræ salutis fundamentum, deducant?

RESP. Ita est: sed non solum: Nam Spiritus Sanctus docet Euangelio, & confirmat Sacramentis *b*, & Res. Sacramenti sanat, roboratque animas, docetque omnem nostram salutem positam esse principaliter in vnico sacrificio Christi, pro nobis in cruce oblatis: unde ad incruenta Sacrificia & Sacramenta vis ex opere operato promanans; & per hæc ad nos.

a 1. Cor. 1. 23. 1. Cor. 3. 11. *b* Mat. 26. 28.

QVÆSTIO LXVIII.

Quot Sacramenta instituit Christus: in nouo fœdere?

RESP. Non duo solum Baptismum *a*, & sacram Cœnam *b*: sed & alia quinque: Confirmationem, Pœnitentiam, Ord. Matrim. & Extremam Vnctionem.

a In quæst. 71. *b* In quæst. 77.

DE BAPTISMO

DOMINICA XXVI.

QVÆSTIO LXIX.

Quâ ratione in Baptismo sanaris, admeris & confirmaris, te vnici illius incruenti sacrificij Christi participem esse?

RESP. Quod Christus externum aquæ lauacrum mandauit *a*, addita hac promissione, me non minus certo ipsius sanguine & Spiritu, ut Sacramenti sic efficietis, à sordibus animæ, h. e. ab omnib. meis peccatis lauari: quam aqua extrinsecus ablutus sum, qua sordes corporis expurgari solent *b*.

a In quæst. 71. *b* Tit. 3. 5. Act. 22. 16.

QVÆSTIO LXX.

Quid est Sanguine & Spiritu Christi: ablu in Baptismo?

RESP. Est accipere per Sacramentum à Deo remissionem peccatorum gratis, propter Sanguinē Christi, quem is pro nobis in tuo Sacrificio

*reno-
uati,

cio in cruce profudit^a: deinde etiam, per Spiritum Sanctum^{*} vi Sacramenti regenerari, & ipso Baptismo sanctificante membrum Christi fieri^b, quo magis ac magis peccatis moriamur *ijs abstinentes*, & sancte inculpateque viuamus^c.

^a 1. Cor. 6. 11. 6 Eph. 4. 22. 23. 24.

QVÆSTIO LXXI.

Vbi promisit Christus, se nos tam certo sanguine & Spiritu suo abluturum, quam aqua Baptismi abluti sumus? Et id vtrumque in vno lauacro Sacramenti?

RESP. In institutione Baptismi, cuius hæc sunt verba. *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur: qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Hæc promissio repetitur, cum Scriptura Baptismum nominat lauacrum regenerationis^a, & ablutionem peccatorum^b.

^a Tit. 3. 5. ^b Act. 22. 16.

Sciendum: Verbum & elementum abluere animas intimè, suapte vi propria Sacramentali: Hanc vim autem promanare ex latere Christi, communiter quidem ex æquo in omnia Sacramenta septem; Operari tamen in alio aliter, atque alio: & in singulis specialiter.



DOMINICA XXVII.

QVÆSTIO LXXII.

Estne ergo externus Baptismus aqua, ipsa peccatorum ablutio?

RESP. Non est^a. Nisi accedente verbo ad elementum. Nam non solus sanguis Iesu Christi purgat nos ab omni peccato^b, sed mediatè per Baptismum.

^a 1. Pet. 3. 21. ^b Ioh. 19. 34. 1. Ioh. 5. 6.

QVÆSTIO LXXIII.

Cur ergo Spiritus Sanctus Baptismum appellat lauacrum regenerationis: & ablutionem peccatorum?

RESP. Deus non sine graui causa sic loquitur: videlicet non solum vt nos doceat, quemadmodum fordes corporis aquâ purgantur^a, sic peccata nostra Sanguine^b, & Spiritu Christi^c vi Baptismi expiari; verum multo magis, vt nobis hoc diuino remedio ac pignore certum faciat, nos non minus verè a peccatis nostris interna lotionem abluere, quam externa & visibili aqua abluti sumus^d corpore, & maxime in anima.

^a Ezech. 16. 4. ^b Apoc. 1. 5. ^c Efa. 4. 4. ^d Act. 2. 38. Gal. 3. 27.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXIV.

Suntne etiam infantes baptizandi?

† peccatorum

RESP. Omnino, idque necessitate *medij & precepti*. Nam cum æque ac adulti ad fœdus^a & Ecclesiam Dei pertineant^b; cumque ijs per sanguinem Christi, remissio^c † peccati originalis, & Spiritus Sanctus, fidei effector, non minus quam adultis promittatur^c; per Baptismum Ecclesie Dei inserendi sunt, & ab infidelium liberis discernendi. Itidem ferme^d ut in veteri fœdere per Circumcisionem fiebat^d *typice*: cut in nouo fœdere substitutus est Baptismus^e, *gratiam efficienter conferens, ut instrumentum, non ut merum signum.*

^a Gen. 17. 7. 1. Cor. 7. 14. ^b Marc. 10. 14. 15. 16. ^c Act. 2. 38. 39. ^d Gen. 17. 12. 11. Col. 2. 11. 12.

RESP. Quod Christus me atque omnes fideles de hoc † *transubstantia.* † *fractio* pane edere, & de poculo *realis sanguinis* distributo bibere iussit in sui memoriam^a, addita hac promissione, *non personali, sed tantum generali*; Primum, Corpus suum non minus certo pro me & omnibus in cruce oblatum & fractum, & Sanguinem suum pro me & omnibus tusum esse; quam oculis cerno, † *specierum panis* † *panem* Domini mihi frangi, & † *Calicem be-* † *poculum* *nedictionis* mihi communicari^b: Deinde, animam meam non minus certo, & *realiter* ipsius Corpore, quod pro nobis crucifixum, & Sanguine, qui pro nobis tusus est; ad vitam æternam ab ipso *Sacramentaliter* pasci, quam *transubstantiatum* panem & vinum, symbola Corporis & Sanguinis Domini & *significatia*, & *efficientia gratiam*, è manu ministri accepta, ore corporis & cordis percipio^c.

^a In quaestion. 77. ^b In quaestion. 77. ^c In quaestion. 77.

DE COENA DOMINI.

DOMINICA XXVIII.

QVÆSTIO LXXV.

Quâ ratione in cœnâ Domini cibaris, admoneris, & confirmaris, te realiter unici illius sacrificij Christi in cruce oblatis, atque omnium eius bonorum participem esse?

QVÆSTIO LXXVI.

Quid est crucifixum Corpus Christi edere, & fustum eius Sanguinem bibere?

RESP. Est, non tantum totam passionem & mortem Christi certa † *cum fide ac spe* amplecti, ac per id † *animi fiducia* in S. Synaxi remissionem peccatorum *venialium*, robur & vitam æternam adipisci^a posse: sed etiam in usu digno *Eucharistie* per Spiritum San-

S s tum,

etum, qui simul in Christo & in nobis rite expiatis habitat^b, ita sacrosancto eius Corpori magis ac magis vniri^c; vt, quamuis ipse in cælo, & in Sacramento sit, nos vero in terra simus; nihilominus tamen caro sumus de Carne eius, & os de ossibus eius^d, vtque omnia corporis membra ab

vna anima, sic nos vno eodemque Spiritu viuificemur & gubernemur, quem spiritum in Eucharistia roboramus ex reali presentia Christi percepti in eadem.

^a Ioh. 6. 50. 55. 54. 47. ^b Ioh. 6. 63. ^c 1. Cor. 12. 13. ^d Ioh. 6. 56. ^e Eph. 5. 30. ^f Iohan. 6. 57. 58. Rom. 8. 9. 11.

QVÆSTIO LXXVII.

Quo loco promisit Christus, se credentibus tam certo corpus & sanguinem suum sic eaendum & bibendum sub speciebus daturum, quam

† transubstantiatum hunc panem edunt & * calicem bibunt?

† fraclum
* poculū
hoc

RESP. *Caluiniane.* In Institutione Cœnæ, cuius hæc sunt verba: Dominus noster Iesus Christus eâ quâ nocte proditus est, accepit panem, & gratias actis, fregit ac dixit: Accipite hoc est Corpus meum quod pro vobis frangitur: hoc facite in mei recordationem. Itidem & poculum, postquam cœnassent, dicens: Hoc poculum est nouum fœdus per meum sanguinem; hoc facite quotiescunque biberitis, in mei recordationem. Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate, donec venerit.

Hæc promissio repetitur à Paulo, cum inquit: Poculum gratiarum actionis quo gratias agimus, nonne communicatio est sanguinis Christi panis, quem frangimus, nonne communicatio est corporis Christi: Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus. Nam omnes vnus panis participes sumus.

Dominus noster Iesus &c. Vide 1. Cor. 11. 23. 24. 25. 26. Poculum gratiarum actionis Vide 1. Cor. 10. 16. 17.

Orthodoxè.

In Institutione Eucharistiæ, cuius hæc sunt verba ab Apostolo tradita: Dominus Iesus, qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate; Hoc est enim Corpus meum, Quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum Testamentum est in meo Sanguine: Hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis Panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annunciate, donec veniat.

Calix benedictionis, cui benedicimus nonne communicatio Sanguinis Christi est? Et Panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est? Quoniam vnus panis, vnum Corpus multi sumus, omnes qui de vno Pane participamus.

DO.

QVÆSTIO LXXIX.

DOMINICA XXIX.

QVÆSTIO LXXVIII.

Num ergo panis & vinum fiunt Ipsum Corpus & Sanguis Christi?

† Nequaquam Verum
* nec

† sed

* ob signatur a.

* quam

RESP. † *Fiunt verissime ac realiter. Nam vt aqua Baptismi in sanguinem Christi non conuertitur, * & tamen per eam est ipsa peccatorum ablutio, † non solum tantum ac pignus earum rerum: quæ nobis in Baptismo * conferuntur: ita etiam panis Cænæ Dominicæ transubstantiatus est ipsū Corpus Christi, * sicuti etiam pro ratione sacramentorum, & vilitate Spiritui Sancto de his loquendi forma, panis vere Corpus Christi appellatur b, & est.*

a 1. Pet. 3. 21. b Gen. 17. 10. Exod. 12. 11. 12. Act. 22. 16.

b Gen. 17. 10. Hoc est pactum meum, quod obseruabitis. Exod. 12. 11. Sic Comeditis illum: Renes vestros, & c. est enim Phasæ, id est transitus Domini.

RESP. b Circumcisio, & Elus agniant signum solum significans futura: At Sacramentum est signum & significans gratiam præsentem, & eam in usu realiter effectiue conferens. Non est inane elementum, vt istud sequens extra Actionem.

Act. 2. 16. Exurge, & baptizare, & Ablue peccata tua, inuocato Nomine ipsius:

Scil. Verbo & Elemento Ablus, non solo Spiritu, & Sanguine Crucifixi per fidem cum memoria commemorato.

Cur ergo Christus panem transubstantiatum appellat suum Corpus, calicem vero suum Sanguinem seu nouum † Testamentum per suum Sanguinem? Paulus item panem & vinum, communionem corporis & sanguinis Christi?

† fœdus

RESP. Christus non sine graui causa sic loquitur: videlicet non solum vt nos doceat, quemadmodum panis & vinum corporis vitam sustentant^a; sic etiam crucifixum suum Corpus, & effusum suum sanguinem sub speciebus, vere esse anime nostræ cibum ac potum, quo ad vitam æternam nutriatur^b: verum multo magis, vt hoc visibili^c Sacramento ac pignore nobis certum faciat, nos non minus vere corporis & sanguinis sui, † vi Sacramenti, participes esse, quam^d sacras istas species, in eius memoriam, ore corporis percipimus^e: tum etiam, quod eius passio & obedientia tam certo nostra † esse possit, quam si ipsimet pro nostris peccatis penas dedissemus, & Deo satisfacissemus^d.

* si gno

† per operationem Spiritus Sancti.

* sacra ista symbola

† sicut

a Psal. 104. 14. 15. b Ioh. 6. 55. 49. 51. c Inq. 71. d 1. Cor. 11. 26.

DOMINICA XXX.

QVÆSTIO LXXX.

Quid interest inter Cenam Domini & Missam Papsiticam?

SS 2 RESP.

RESP. Cæna Domini nobis
eam digne sumentibus testatur, nos
 perfectam remissionem omnium
 nostrorum peccatorum habere *posse*
vi Sacramenti propter unicum il-
 lud Christi sacrificium^a, quod ipse
 met semel *b* in cruce peregit: &
singulis vim confert Sacramentis: tum
 etiam, nos per † *dignam Synaxin* in-
 feri Christo^d, qui iam secundum na-
 turam suam humanam *non* tantum
 in cælis est ad dextram patris^e, *sed*
etiam in Sacramento, & ubique vult à
 nobis adorari^f. In Missa * *item mi-*
nime negatur, viuos & mortuos ha-
 bere remissionem peccatorum pro-
 pter unicum Christi passionem † *Id*
eoque etiamnum quotidie Christus
 pro ipsis à * *sacerdotibus* offertur: tū
 etiam *recte* docetur, Christum cor-
 poraliter sub speciebus pan. s& vini
 esse, ideoque in illis adorandum ef-
 se. Atque ita ipsum Missæ funda-
 mentum nihil aliud est, quam † *ite-*
ratio incruenta unici illius sacrificij &
 passionis Iesu Christi g. & * *sacrosan-*
cta doctrina.

^a Luc. 22. 19. 20. ^b Hebr. 9. 25. 26. 27. 28. c
 1. Cor. 5. 7. Heb. 10. 14. Ioh. 19. 30. ^d Io. 6. 63.
 1. Cor. 12. 13. ^e Col. 3. 1. Act. 3. 21. ^f Act. 7. 56. 57.
 58. 59. ^g Galat. 5. 4. ^h Dan. 11. 38. 39. Deut.
 27. 15.

^d Ioh. 6. 63. Spiritus est, qui vivificat: caro non
 prodest quidquam. Verba qua ego locutus sum vo-
 bis, spiritus & vita sunt. 1. Cor. 12. 13. In vno spi-
 ritu omnes nos in vnum Corpus baptizati sumus.

^d RESP. Non prodest sola Christi caro;
 sed cum Diuinitate vnita, accedente no-
 stro spiritu ac fide; sic vivificat. Sic in spiri-
 tu Verbi accedentis ad elementum in ipsa
 baptizatiōe fit Sacramentum. Sic in Sy-
 naxi, &c.

e Col. 3. 1. Christus est in dextra Dei sedens.
 RESP. Sed non tantum: nam & in Eu-
 charistia est Sacramentaliter: & alibi præ-
 senter, essenter, potenter.

Act. 3. 21. Quem oportet cælum suscipere vsq;
 in tempora restitutionis omnium.

^g Gal. 5. 4. Euacuati estis à Christo, qui in lege
 iustificamini; à gratia excidistis: Nos enim spi-
 ritu ex fide spem iustitiæ expectamus.

^g RESP. Ergo vt terra volat: Sic, Missa est
 abnegatio passionis Christi. Propudium
 hoc consequentiæ Calvinianæ est.

^h Dan. 11. 38. 39. Deus autem Maozim in lo-
 co suo venerabitur, & Deum, quem ignorauerunt
 patres eius, colet auro, & argento, & lapide pre-
 tioso. Et Deut. 27. 15. Maledictus homo, qui facit
 sculpile & Conflatile, abomnationem Domini,
 opus manuum artificum, ponetque illud in ab-
 sccondito.

^h RESP. 1. Hæc blasphemia est in Sa-
 cram Domini Cænam ac Missam. 2. Alubi
 idia Papæ, vt Antichristi, personam euo-
 munt per calumniam. Vide Bellar. 3. Con-
 tradicit eis sua definitio Idololatriæ infra
 quæst. 95.

QVÆSTIO LXXXI.

Quibus accedendum est ad mensam
 Domini?

RESP. Tantum ijs, qui *rite con-*
fessi vere dolent, se suis peccatis De-
 um offendisse^a; † *spesant* autem, sibi † *confi-*
 ea propter Christum remissa esse, *dunt*
 † *in pœnitentiæ Sacramento*: Non ta-
 men quas reliquas habent infirmita-
 tes, eas passione & morte illius ob-
 rectas *solum* esse, ^b *sed roboratas*: qui-
 que desiderant, *ac opere ipso student*,
 magis ac magis *vina* in fide^c, & inte-
 gritate vitæ^d proficere.

Hypocritæ autem, & qui non
 VERE

† Spiritum Sanctum

* autem

† nisi

* sacrificiis

† abnegatio

* execranda idololatria

vere resipiscunt, damnationem sibi edunt & bunt^e.

^a b e i. Cor. 11. 28. 1. Cor. 11. 26. d 1. Cor. 11. 23. e i. Cor. 11. 29.

QVÆSTIO LXXXII.

Sunt illi etiam ad hanc Cœnam admittendi, qui confessione & vitâ se infideles & impios esse declarant?

† fœdus

RESP. Nequaquam^a. Nam eo pacto † Sacramentum Dei profanatur^b, & ira Dei in vniuersum Cœtum concitatur^c. Quocirca Ecclesia, ex præscripto Christi & Apostolorum^d, hos, clauibus regni cœlorum vtens, e, à cœna arcere debet^f, quoad resipuerint & mores mutauerint^g.

^a Mat. 7. 6. ^b Psal. 50. 16. e i. Cor. 11. 30. d Mat. 18. 15. 16. 17. Tit. 3. 10. 1. Thes. 3. 6. 14. 15. e Mat. 16. 19. f i. Cor. 5. 1. 11. g 2. Cor. 2. 6.

DOMINICA XXXI.

QVÆSTIO LXXXIII.

Quid sunt Claves regni cœlorum?

RESP. Minime Prædicatio Euangelij, sed Sacramentalis absolutio, & Ecclesiastica disciplina^a: quibus cœlum credentibus aperitur, infidelibus autem clauditur^b.

^a Mat. 16. 19. Mat. 18. 18. Ioh. 20. 22. 23. 2. Cor. 10. 4. 5. 6. b Ibidem.

^a Mat. 16. 19. Tibi dabo claves regni cœlorum. Mat. 18. 18. Quaecunque alligaueritis super terram. Ioh. 20. 22. 23. Insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctum, quorum &c. 2. Cor. 10. 4. 5. 6. Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potentia Deo ad destinationem, in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi: Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia b Idem.

^a RESP. Logi! Nil docent hæc propositum, quod Claves eæ sint Prædicatio, Vide Bellarminum.

QVÆSTIO LXXXIV.

Quo pacto clauditur & aperitur regnum cœlorum † Absolutione Sacramentali?

† Prædicatione Euangelij?

RESP. Cum ex mandato Christi, credentibus vniuersis & singulis^a, publicè annunciatur, omnia peccata ipsis diuinitus propter meritum Christi in Sacramento penitentiæ seu Confessionis auricularis condonari^b, quoties promissionem Euangelij vera fide † per Confessionem, Absolutionem & Contritionem sibi curant applicari.

† amplectuntur e.

Contra verò omnibus infidelibus & hypocritis^d denurciatur, tantisper ipsis iram Dei & æternam condemnationem incumbere e, dum in suis sceleribus perseuerant^f in expiati, seu voluntarie non penitendo, seu peccatis eorum ab Sacerdote retentis.

Secundum quod Euangelij testimonium Deus tam in præsentem quàm in futura vita iudicaturus est^g.

§ 3 a Mar.

^a Marc. 2. 3. 5. ^b Mat. 16. 19. Ioh. 20. 22. 23.
^c Ioh. 6. 37. Ezech. 33. 11. ^d Ioh. 8. 24. Act. 8. 21.
 22. ^e Mat. 16. 19. Ioh. 20. 22. 23. ^f Mat. 3. 7. 8. ^g
 Rom. 2. 16. Mat. 18. 18.

QVÆSTIO LXXXV.

*Quo pacto clauditur & aperitur regnum
 calorum per Disciplinam Ecclesia-
 sticam?*

RESP. Cum ex mandato Chri-
 sti, ij qui nomine quidem sunt Chri-
 stiani, verum doctrinâ ^a aut vita ^b se
 ostendunt à Christo alienos, post-
 quam al. quoties fraterne admoniti
^c, ab erroribus aut flagitijs discedere
 nolunt, Ecclesiæ indicantur, aut ijs
 qui ab Ecclesia ad eam rem sunt cõ-
 stituti ^d: ac si ne horum quidem ad-
 monitioni pareant ^e, ab iisdem inter-
 dictione Sacramentorum ex cœtu
 Ecclesiæ ^f, & ab ipso Deo ex regno
 Christi excluduntur ^g; ac rursum, si
 emendationem profiteantur, & re-
 ipsa declarent ^h, tanquam Christi &
 Ecclesiæ membra recipiuntur ⁱ.

^a Tit. 3. 10. 2. Iohan. 10. 11. ^b 1. Cor. 5. 11. ^c
 Mat. 18. 15. 16. 17. ^d Mat. 18. 17. ^e Mat.
 18. 17. ^f 1. Cor. 5. 11. 1. Cor. 5. 13. ^g
 Mat. 16. 19. ^h 1. Cor.
 2. 6. 7.

TERTIA PARS
DE GRATITVDINE.

DOMINICA XXXII.

QVÆSTIO LXXXVI.

*Cum ab omnibus peccatis & miserijs,
 † cum aliquo nostro merito, * maxime † sine
 Dei misericordiâ, propter Christum libe- * sola
 ratissimus, quid est, cur bona opera
 faciamus?*

RESP. Quia postquam nos Chri-
 stus suo sanguine redemit, renouat
 nos quoque suo merito, Sacramentis
 & Spiritu, id est, in Baptismo regenerat
 ad imaginem sui ^a, vt tantis benefi-
 cijs affecti, in omni vita nos erga
 Deum gratos declaremus ^b, & ipse
 per nos celebretur ^c, ad maius no-
 strum meritum. Deinde, vt nos quoq;
 ex fructibus, de tua quisque fide
 * certius speremus. Postremo, vt vita
 nostræ integritate alios Christo lu-
 crificiamus ^d.

^a 1. Cor. 1. 30. Tit. 2. 14. ^b Deut. 32. 6. ^c Mat.
 5. 16. ^d Iacob. 2. 18. 1. Ioh. 2. 34. ^e 1. Pet. 31. 1. Pet.
 2. 12.

Ad hæc responsio patet ex supra dictis.

QVÆSTIO LXXXVII.

*Non possunt igitur illi seruari, qui ingrati,
 & in peccatis secure persistentes, a sua
 prauitate ad Deum non con-
 uertuntur?*

RESP.

RESP. Nullo modo. Nam, vt scriptura testatur, nec impudici, nec idololatræ, nec adulteri, nec fures, nec auari, nec ebriosi, nec conuitiatores, nec raptores, hæreditatem regni Dei consequentur^a,
^a1. Cor. 6. 9. 10. Eph. 5. 5. 1. Joh. 3. 15.

RESP. Vera peccatorum remissio, & lætitia in Deo per Christum^a, & serium operosum ac promptum studium instituendi vitam ex voluntate Dei omniaque bona opera exercendi^b.

^a Pl. 51. 10. Pl. 51. 14. ^b Rom. 7. 21. 22. Rom. 6. 13.

DOMINICA XXXIII.

QVÆSTIO LXXXVIII.

Quibus partibus constat Conuersio hominis ad Deum?

RESP. Remissione peccatorum: Mortificatione veteris, & viuificatione noui hominis^a.

^a Eph. 4. 22. 23. 24. Esa. 1. 16.

De remissione peccatorum actum supra quaest. 84.

QVÆSTIO LXXXIX.

Quid est Mortificatio veteris hominis?

RESP. Non quidem, propriè verè & ex animo dolere, quod peccatis tuis Deum offenderis^a, eaque magis ac magis odisse & fugere^b: Sed passionum ac appetituum in ordinem redactio sub lege Christi.

^a Ioel. 2. 12. 13. 2. Cor. 7. 10. Plal. 51. 6. Mat. 26. 75. ^b Rom. 12. 9. Amos 5. 5.

QVÆSTIO XC.

Quid est Viuificatio noui hominis?

QVÆSTIO XCI.

Quæ sunt bona opera?

RESP. Tantum ea, quæ ex vera fide^a, secundum legem Dei & Ecclesiæ fiunt, & ad eius solius gloriam referuntur^c; non ea autem, quæ à nobis erronea opinione recti conficta^d, aut ab hominibus tradita sunt^e superstitiosè.

^a Hebr. 11. 6. Heb. 11. 4. ^b Leu. 18. 4. Deu. 12. 32. Ezech. 20. 19. 31. Cor. 10. 31. ^d Deu. 12. 8. ^e Mat. 15. 9. Esa. 29. 13.

QVÆSTIO XCII.

Quid est Lex Dei?

RESP. Loquutus est Deus omnia verba hæc.

Exo. 20. 3. Deut. 5. 4.

Verbo est non proba: distinctio præceptorum est numerata nouatè: sensus, Comuni Versioni consonus: Transeat.

Primum præceptum.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Aegypto, domo seruitutis. Non habebis Deos alienos in conspectu meo.

Ne sculpas tibi simulacrum, nec ullam
imā-

imaginem effingas eorum, quæ aut supra sunt in calo, aut infra in terrâ, aut in aquis sub terra: neque incurves te illis, neque colas ea.

Ego enim sum Dominus, Deus tuus, fortis zelotes, vindicans peccata patrum in filiis, idque in tertia & quarta progenie eorum, qui derunt me; & misericordia utens in millesimam eorum, qui diligunt me, & observant præcepta mea.

Tertium.

Secundum.

Ne usurpes nomen Domini Dei tui temerè. Neque enim Dominus dimittet eum impunitum, qui nomen eius vanè usurpauerit.

Quartum.

Tertium.

Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. At septimo die Sabbatum erit Domino Deo tuo; nec facies ullum opus, nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec seruus tuus, nec ancilla tua, nec iumentum tuum, nec advena, qui est intra portas tuas. Nā sex diebus fecit Deus cælum, terram, mare, & quacunque in his sunt, & requieuit die septimo, ideoque benedixit diei Sabbati, & sanctificavit eum.

Quintum.

Quartum.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut diu viuas in terra, quam tibi Dominus Deus tuus daturus est.

Sextum.

Quintum.

Non occides.

Septimum.

Sextum.

Non committes adulterium.

Septimum.

Octauum.

Non furaberis.

Octauum.

Nonum.

Non dices contra proximum tuum falsum testimonium.

Nonum.

Decimum.

Non concupisces domum proximi tui.

Decimum.

† Non concupisces uxorem proximi tui, nec seruum eius, nec ancillam, nec bovem, nec asinum, nec quicquam eorum, quæ sunt proximi tui.

QVÆSTIO XCIII.

Quomodo diuiduntur hæc præcepta?

RESP. In duas tabulas^a; quarum prior^{*} tribus præceptis tradit, quo pacto nos erga Deum geramus[†]; posterior[†] septem præceptis, quæ officia proximo debeamus[‡].

^a Deut. 10. 34. Mat. 22. 40. ^b Mat. 22. 37. 38. ^c Mat. 22. 39.

DOMINICA XXXIV.

QVÆSTIO XCIV.

Quid postulat Deus in Primo præcepto?

RESP.

RESP. Ut quam mihi cara est salus animæ meæ^a, tam studiosè vitæ & fugiam omnem idololatriam^b, magiam^c, incantationem, superstitionem^d, non tamen inuocationem Sanctorum † sed cæterarum creaturarum: vnicum autem & verum Deum recte agnoscam^e, * in ipsum solum credam ac sperem, summa humilitate^h, & paciētiaⁱ me illi subiiciā, ab eo solo & Deo omnia bona expectem^k; denique intimo cordis affectu ipsum amem^l, reuerear^m, venererⁿ, adeo vt omnibus potius creaturis (præterquam Sanctis): renunciem, quam vt vel minimum contra eius voluntatem committam^o.

^a Apoc. 21. 8. ^b Plā. 81. 9. 10. 1. ^c Cor. 6. 9. ^d Deut. 18. 10. 11. 12. ^e Apoc. 19. 10. Deut. 4. 15. 19. Matth. 4. 10. ^f Ioh. 17. 3. ^g Jerem. 17. 5. 7. ^h 1. Pet. 5. 5. ⁱ Heb. 10. 36. ^k Pl. 37. 5. ^l Jac. 1. 17. ^m Deut. 6. 5. Deut. 10. 12. ⁿ Pl. 34. 10. ^o Eccl. 12. 13. ^p Malach. 1. 6. ^q Mat. 10. 37. Mat. 10. 28. Act. 5. 29.

QVÆSTIO XCV.

Quid est idololatria?

RESP. Est loco vnius Dei^a, aut præter vnum illum & verum Deum, qui se in suo verbo patefecit, aliud quippiam *ceu Deum* fingere aut habere, in quo spem reponas^b.

^a Gal. 4. 8. 1. Pet. 4. 3. 1. Thef. 1. 9. ^b Matth. 6. 24. Col. 3. 5. Phil. 3. 19.

DOMINICA XXXV.

QVÆSTIO XCVI.

Quid postulas idem præceptum?*

* Secundum.

RESP. Ne Deum vlla imagine aut figura exprimamus^a, quasi vera ac vna, neue vlla alia ratione eum colamus, quam qua se in suo verbo Scripto vel Tradito per Ecclesiam coli præcepit^b.

^a Deut. 4. 23. Rom. 1. 21. 23. ^b Deut. 12. 32.

QVÆSTIO XCVII.

An nulla ergo prorsus fingenda sunt imagines aut simulacra?

RESP. Deus † aliqua ratione effingi debet^a, * & potest^b. Creaturas autem etfi exprimere licet^c, † † quidem non vetat tamen Deus earum imagines fingi^d aut haberi^e, quo vel ipsas^f, vel Deum per ipsas, colamus aut honoremus^g.

^a Deut. 4. 12. 13. 16. 17. 18. ^b Esa. 40. 18. 25. Esa. 46. 5. ^c Exo. 35. 30. 31. ^d Deut. 27. 15. ^e Deut. 7. 5. 2. Reg. 18. 3. 4. ^f Psal. 97. 7. ^g Leuit. 26. 1. Deut. 12. 4.

^a Deut. 4. 12. Vocem verborum eius audistis formam penitus non vidistis. 11. 15. Non vidistis aliquam similitudinem: Ne forte errore deceptus, adores ea, &c. ^b Esa. 40. 18. Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei. &c. 45. Cui assimilastis me & adæquastis? dicit sanctus.

RESP. Quo ad essentiam, effigiari nequit,

Tt

quit,

quit, nec se cuiquam ostendit: Quoad nostrum intelligendi modum, qui phantasmata specularum, effigiari potest. Atque ut illud est secundum Scripturam; sic hoc non est contra, quin est iuxta eandem.

b Deut. 27. 15. Maledictus homo, qui fecit sculptile, & conflatile, abominationem Domini. &c.

d **RESP.** Eo fine, ut Adoretur, verum est.

e Deut. 7. 5. Aras eorum, scilicet Idololatrarum, subvertite & confringite, statuas & sculptilia comburite. 4. Reg. 18. 3. 4. Fecitque quod erat bonum coram Domino: ipse dissipavit Excelsa, & contriuit statuas. Confrigitque serpentem aneum. *f* Plal. 96. 7. Confundantur omnes qui Adorant sculptilia *g* Leuit. 26. 1. Non facietis vobis idolum & sculptile, nec ritulos erigatis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra.

¶ T **ADORETIS** eum. Deut. 12. 3. Dissipate aras eorum, & Confringite statuas, & idola comminuite &c. Adorantium ea diuino cultu latræ.

Hab. 2. 18. Quid prodest sculptile, quia finxit illud fictor suus conflatile, & imaginem falsam, quia sperauit in figmento fictor eius, ut faceret simulacra multa?

RESP. Ut supra, scilicet. Ut adoraret.

Zach. 10. 2. Simulacra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium. Et somnatores locuti sunt frustra, vanè consolabantur: idcirco affligentur &c.

RESP. Ita Gentiles: ut nos Christiani minime sumus Gentiles.

b Luc. 16. 29. Habent Moysen & Prophetas, audiant illos: *Ioh.* 5. 39. Scrutamini Scripturas: illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. 2. *Tim.* 3. 16. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum.

b **RESP.** Oportet ista facere; & imaginum cultum non omittere. Docet Scriptura; docet & pictura seu sculptura suo modo: Haec vide; illam audi: ex vtraque ædificeris.

QVÆSTIO XCVIII.

An autem in templis imagines tolerari non possunt, quæ pro libris sint: imperita multitudini?

† Minimè **RESP.** *†* Maxime possunt ac debent tolerari. Neque enim decet nos imaginum ritum, usum, ac cultum, negando, sapientiores esse Deo, qui suam Ecclesiam * & mutis simulacris *a*, *†* & viua prædicatione verbi sui vult erudiri *b*.

a *Ier.* 10. 8. 10. *Hab.* 2. 18. 19. *Zach.* 10. 2. *b* *Lu.* 16. 29. *Ioh.* 5. 39. 2. *Tim.* 3. 16. 17.

a *Ier.* 10. 8. *Doctrina vanitatis eorum* Quorum? Idololatrarum, lignum & argentum, inuolutum opus artificis &c. Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens.

RESP. Deus, & Imago Dei, differunt toto genere infinitè: Sic & vtriusque cultus.

DOMINICA XXXVI.

QVÆSTIO XCIX.

Quid sancit Deus † secundo † Tertio
præcepto?

RESP. Ut non solum execrando *a*, aut peierando *b*, verum etiam temere iurando *c*, nomen Dei contumeliosè aut irreuerenter ne usurpemus: neue tacendo aut conuiuendo, horrendis istis sceleribus communicemus *d*: sed sacrosancto Dei nomine non nisi summa cum religione & veneratione utamur *e*: ut vera & constanti confessione *f*; inuocatione *g*, omnibus deniq; verbis & actionib; nostris, ipse celebretur *h*.

a *Leu.*

a Leu. 24. 15. *b* Leu. 19. 12. *c* Leu. 5. 4. *Mat.* *a* Exod. 22. 10. 11. *Esra.* 10. *c.* *b* Ios. 2. 19. *c*
5. 34. 35. *6.* *d* Leu. 5. 1. *e* Malach. 4. 2. *f* *Mat.* 10. *Deu.* 10. 20. *d* Ios. 2. 12. *e* *Esa.* 45. 23. *Esa.* 65. 16.
 32. 33. 1. *Petr.* 3. 15. *g* *Pfal.* 50. 15. *h* *Col.* 3. 17. 2. *Hebr.* 6. 16. *f* *Gen.* 21. 25. 31. *Gen.* 31. 54. 1. *Sam.*
 24. 22. 23. *Rom.* 9. 1. *Ioh.* 16. 23.

QVÆSTIO C.

*Estne igitur adeo graue peccatum, iuran-
 do aut dira imprecando, nomen Dei te-
 merare, vt Deus etiam ijs succenscat qui
 quantum in se est, illud non pro-
 hibent aut impedi-
 unt?*

RESP. Certe grauissimum *a*, Ne-
 que enim vllum est peccatum ma-
 ius, aut quod Deum grauius offen-
 dat, quam sacri ipsius nominis con-
 tumelia. Quocirca etiam id scelus
 morte mulctari voluit *b*.

a Leu. 5. 1. *Prou.* 29. 24. *b* Leu. 24. 16. *Leu.*
 24. 10. & c.

DOMINICA XXXVII.

QVÆSTIO CI.

*Potestne quis etiam pie per nomen Dei
 iurare?*

RESP. Potest: cum vel magistra-
 tus id exigit *a*, vel alioqui necessitas,
 hoc pacto fidem firmari & verita-
 tem stabili, postulat *b*: quo & glo-
 ria DEI illustretur *c*, & aliorum sa-
 luti consulatur *d*. Nam eius generis
 iusiurandum verbo Dei sancitur *e*,
 ideoque etiam à sanctis in veteri &
 nouo fœdere recte est vsurpatum *f*.

QVÆSTIO CII.

*Estne licitum iurare per sanctos aut
 alias creaturas?*

RESP. † Ita. Nam legitimum iu-^{† Non}
 ramentum est inuocatio Dei *a*, qua
 petitur, vt is tanquam vnicus cor-
 dium inspector testimoniū det ve-
 ritati *b*, & iurantem puniat, si sciens
 fallat *c*. Porro hic honos nulli crea-
 turæ conuenit *d* vt Deo: attamen &
 Sanctus, vt amicis Dei.

a *b* *c* 1. *Corinth.* 1. 23. *d* *Matth.* 4. 10. 1. *Reg.*
 8. 39. *Gen.* 17. 1. *Deut.* 32. 35.

a Nos prædicamus Christum crucifixum, Iu-
 deis, & c. ipsi autem vocati Iudeis atque Grecis
 Dei virtutem & Dei sapientiam.

RESP. Vt prædicamus, ita iuramus,
 mediate scil. vel immediate per Deum, aut
 Christum, aut per Sanctos respectu Dei.

d *Mat.* 4. 10. *Dominum Deum tuum adora-
 bis, & illi soli seruias.* 3. *Reg.* 8. 39. *Tu exaudies
 in celo, in loco habitationis tuæ & repropitiabe-
 ris.* *Gen.* 17. 1. *Ego Deus omnipotens, ambula co-
 ram me, & esto perfectus.* *Deut.* 32. 35. nihil ad-
 rombum.

RESP. Hæc constant, saluo cultu San-
 ctorum: Qui respectu Sanctorum infinitè
 est inferior Patriæ; respectu Dei, in quem
 terminatur, est ipsa Patria: respectu
 simul vtriusque patris, cū
 Dulia.

DOMINICA XXXVIII.

QVÆSTIO CIII.

† Quarto *Quid præcipit Deus in † Tertio præcepto?*

RESP. Primum, vt ministerium Euangelij & * Ecclesie festa conferentur^a, vtq; ego cum alijs tum præcipue festis diebus studiosè cœtus diuinos frequentem^b, verbum Dei diligenter audiam^c, vt ar Sacramentis^d, precibus publicis meas quoque preces adiungam^e, pro facultatibus aliquid conferam in pauperes^f. Deinde, vt in omni vita à prauis actionibus vacem^g, Domino concedens, remotis peccatis, vt per Spiritum Sanctum in me suum opus faciat^h, atque ita sempiternum illud Sabbatum in hac vita exordiarⁱ.

^a Deut. 12. 19. 1. Cor. 9. 14. ^b Heb. 10. 25. ^c Act. 20. 7. ^e Pl. 68. 27. ^d Act. 1. 14. ^f 1. Cor. 16. 2. ^g Esa. 58. 3. ^h Exo. 31. 13. ⁱ Esa. 66. 23. Hebr. 4. 1. 10. 11.

DOMINICA XXXIX.

QVÆSTIO CIV.

† Quinto *Quid nobis iniungit Deus in † Quarto præcepto?*

RESP. Vt parentibus, atque adco omnibus qui nobis præsunt, de-

bitum honorem^a, amorem^b, & fidem^c præstemus, nosque ipsorum fidelibus præceptis & castigationibus, ea qua par est obedientia submittamus^d: tum etiam, vt eorum vitia & mores nostra patientia toleremus^e, illud semper cogitantes, Deum nos illorum manu velle ducere ac regere^f.

^a Malac. 1. 6. Eph. 6. 2. 3. 1. Tim. 5. 17. 1. Pet. 2. 18. 1. Tim. 6. 1. Leuit. 19. 32. ^b Matt. 10. 37. 1. Thes. 5. 12. ^c Prou. 28. 24. Tit. 2. 10. ^d Prou. 6. 20. 21. 22. Eph. 6. 1. Hebr. 13. 17. Rom. 13. 1. Col. 3. 22. Prou. 1. 8. Prou. 15. 5. ^e Gen. 9. 24. Prou. 30. 17. Prou. 23. 22. 1. Pet. 2. 18. ^f Eph. 6. 5. 1. Pet. 2. 13. Rom. 13. 1.

DOMINICA XL.

QVÆSTIO CV.

† Quinto *Quid flagitat Deus in † Quinto præcepto?*

RESP. Vt proximum, neque cogitatione^a, neque verbis^b, neque gestibus^c, nedum factis^d, vel per me vel per alium^e, contumelia afficiam^f, aut oderim^g, aut lædam^h, aut occidamⁱ: sed omnem vindictæ cupiditatem abiiciam^k, adhæc, ne me ipsum lædam^l, aut sciens in aliquod periculum coniciam^m. Quocirca etiam, ne cædes fierent, Magistratum gladio armantⁿ.

^a Zach. 8. 16. 17. ^b Matth. 5. 22. Eph. 4. 31. 6. Gen. 4. 6. ^d Num. 35. 16. 17. 18. ^e 2. Sam. 12. 9. ^f Pl. 15. 13. ^g Leuit. 19. 17. ^h Leuit. 24. 19. ⁱ Leuit. 24. 17. ^k Leuit. 19. 18. ^l Eph. 5. 29. ^m Matth. 4. 7. ⁿ Gen. 9. 6. Exo. 21. 12. Mat. 26. 52.

QVÆ.

QVÆSTIO CVI.

*Asqui hoc præceptum solam eadem
prohibere videtur?*

RESP. At eadem prohibendo docet Deus, se radicem & originem cædis *a*, iram *b* scilicet, inuidiam *c*, odium *d*, & vindictæ cupiditatem *e* odisse, atque ea omnia quasi pro cæde ducere *f*.

a Gen. 37. 4. 11. 18. 2. Sam. 13. 22. 28. 29. Gen. 34. 7. 25. *b* Gal. 5. 19. *c* Ro. 12. 19. *f* Ioh. 3. 15. Mat. 5. 22.

QVÆSTIO CVII.

*An vero id satis est, nos neminem
eo, quo dictum est modo,
occidere?*

RESP. Non est satis, Dum enim Deus iram, inuidiam, odium damnat, postulat, vt proximum æque ac nos ipsos diligamus *a*, & vt humanitate, lenitate, mansuetudine, patientia, & misericordia erga eum utamur *b*, quodque ei damno esse possit, quantum in nobis est, auertamus *c*: ad summam, ita animo affecti simus, vt ne inimicis quidem benefacere dubitemus *d*.

a Leuit. 19. 18. *b* Col. 3. 12. 13. Eph. 4. 1. 2. 3. *c* Prou. 24. 11. Esa. 58. 7. *d* Mat. 5. 44. Rom. 12. 20.



DOMINICA XLI.

QVÆSTIO CVIII.

*Qua est sententia ¶ sexti
præcepti?*

¶ *sexi*

RESP. Deum omnem turpitudinem execrari *a*; ideoque nos eam penitus odisse & detestari ac deuitare debere *b*; contraque temperanter, modestè, & castè *c*, siue in sacro coniugio, siue in vita cœlibe, viuere oportere *d*.

a Dent. 27. 20. 22. 23. Leu. 20. 10. 11. Leu. 19. 29. *b* Eph. 5. 3. *c* 1. Thef. 4. 3. *d* 1. Cor. 7. 9. Hebr. 13. 4.

QVÆSTIO CIX.

Nihilne amplius prohibet Deus hoc præcepto, quam adulterium, & id genus turpitudines?

RESP. Cum corpus & animus noster templa sint Spiritus Sancti, vult Deus, vt vtrumque purè sancteque possideamus *a*: ideoque facta *b*, gestus *c*, sermones *d*, cogitationes *e*, cupiditates foedas *f*, & quicquid hominem ad ista allicit, id vniuersum prohibet *g*.

a 1. Cor. 6. 18. 19. 20. *b* Eph. 4. 17. 19. *c* Prou. 5. 20. *d* Eph. 4. 29. Eph. 5. 3. 4. *e* Mat. 5. 28. *f* 1. Thef. 4. 5. *g* Eph. 5. 18. Prou. 23. 1. 32. 33. Deu. 22. 5.

Tr 3 DO-

DOMINICA XLII.

QVÆSTIO CX.

† Octauo

*Quid vetat Deus in † septimo
præcepto?*

RESP. Non solum ea furta & rapinas, quas magistratus punit *a*: sed furti nomine comprehendit, quicquid est malarum artium & aucupiorum, quibus aliena captamus, & ad nos *vi b*, aut specie recti *c*, transferre studemus: qualia sunt, iniquum pondus, iniusta *vlna*, inæqualis mensura *d*, fucosa *merx*, fallax moneta *e*, usura *f*, aut alia quæuis ratio aut modus rem faciendi à Deo interdictus *g*. His adde omnem auaritiam, & multiplicem diuinorum donorum profusionem & abutum *i*.

a Leu. 19. 11. 13. 1. Cor. 6. 10. *b* Luc. 3. 14. *c* 1. Thes. 4. 6. *d* Leuit. 19. 35. 36. Prou. 11. 1. Deut. 25. 13. 14. 15. *e* Amos 8. 5. 6. 7. *f* Exo. 22. 25. Pf. 15. 5. Ezech. 18. 12. 13. *g* Jer. 22. 13. *h* 1. Tim. 6. 9. 10. Luc. 12. 15. *i* Iohan. 6. 12. Prouerb. 23. 20. 21.

QVÆSTIO CXI.

*Quæ sunt ea, quæ Deus hic
iubet?*

RESP. Vt commoda & utilitates proximi, quantum possim, adiuuam & augeam *a*: cum eo sic agam, vt mecum agi cuperem *b*: sedulo

& fideliter opus faciam, vt aliorum quoque egestati subuenire queam *c*.
a Deu. 22. 1. 2. 3. Phil. 2. 4. *b* Mat. 7. 12. *c* Eph. 4. 28. Hebr. 13. 16.

DOMINICA XLIII.

QVÆSTIO CXII.

*Quid exigit * octauum præceptum?*

RESP. Ne aduersus quempiam dicam falsum test. monium *a*, nullius verba calumnier *b*, nulli obtrectem *c* aut conuitium faciam *d*, neminem temere vel indicta causa condemnem *e*: verum omnis generis mendacia *f*, fraudes *g*, vt opera Diaboli propria *h*, nisi in me grauissimam iram Dei concitare velim, omni cura fugiam *i*: in iudicijs cæterisque negotijs veritatem lecter *k*, & id quod res est, libere *l* & constanter profitear *m*: adhæc famam aliorum & existimationem, quantum queam, defendam *n* & augeam *o*.

a Exo. 23. 1. Prou. 19. 5. *b* Prou. 4. 24. Leu. 19. 16. *c* Iac. 4. 11. *d* Tit. 3. 12. *e* Io. 7. 50. 51. Lu. 6. 7. *f* Leuit. 19. 11. *g* Rom. 3. 13. 14. *h* Ioh. 8. 44. *i* Psalm. 5. 7. *k* Zach. 8. 19. *l* Prou. 2. 17. Eph. 4. 25. *m* 2. Corinth. 1. 17. *n* 1. Sam. 19. 4. *o* 1. Sam. 16. 18.

* *

DOMINICA XLIV.

QVÆSTIO CXIII.

*Quid prohibet Nonum & Decimum
Præceptum?*

RESP. Ne vel minima cupiditate a deliberata aut cogitatione *b*, aduersus vllum Dei præceptum corda nostra vnquam sollicitentur: sed vt perpetuò, & ex animo, omne peccatum detestemur *c*, contraque omni iustitia delectemur *d*, & eam operemur.

a Rom. 7. 7. *b* Mat. 15. 19. *c* Gal. 5. 24. *d* Psal. 119. 104. *d* Rom. 7. 22. Mat. 5. 48.

QVÆSTIO CXIV.

Possuntne autem illi, qui ad Deum conuersi sunt, hæc præcepta perfecte seruare?

RESP. † *Maxime*. Nam quique etiam sanctissimi, quamdiu viuunt, habent non tantum exigua initia huius obedientiæ *b*, sed quandam quoque perfectionem; si tamen serio ac non simulato studio, non secundum aliquatantum, sed secundum omnia Dei præcepta, viuere incipient *c*.

a Eccl. 7. 21. Iaco. 3. 2. 1. Io. 18. *b* Job. 9. 1. 2. 3. *d* Psal. 119. 19. *d* Phil. 3. 13. *e* Psal. 119. 60. 106. 127. 128. *d* Rom. 7. 2. *d* Phil. 3. 13.

a Eccl. 7. 21. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccat.

a RESP. Iustus potest alternis facere bonum, ex gratia; & peccatum ex se: non si-

mul; Et eum, qui cecidit, potest restituere Deus. Et cum hisce stat possibilitas obseruandi præcepta cum Deo: non obstante eo, quod subinde violentur. Vnde sequitur

a Iacob. 3. 2. In multis enim offendimus omnes. 1. Ioh. 1. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

b Job. 9. 1. 2. 3. Vere scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere, vnum per mille.

b RES. Nostri comparatio, respectu Dei nulla est magis, quam finiti ad infinitum. At operum nostrorum, (respectu nostri, & pro mensura gratiæ:) est perfectio secundum quid suscipiens magis & minus, ideo recte sequitur

d Psal. 18. 15. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. *d* Phil. 3. 13. Ego me non arbitror comprehendisse, ad ea qua sunt priora extendens me ipsum.

c Psal. 119. 60. Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.

c RESP. Quantum humana fragilitas patitur. Vnde sequitur recte

106. Iuravi & statui, custodire iudicia iustitiae tuae. 122. Ideo dilexi mandata tua super aurum, &c. ad omnia mandata tua dirigebar. Ro. 7. 22. Condelector legis Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam &c. *d* Philip. 3. vers. 13. Ego me non arbitror comprehendisse. &c.

QVÆSTIO CXV.

Cur igitur vult Deus legem suam adeo exacte & seuerè predicari, cum pauci sint in hac vitâ, qui eam seruare & studeant?

RESP.

RESP. Primum, ut in omni vita magis magisque agnoscamus, quanta sit naturæ nostræ ad peccandum propensio *a*, tantoque avidius remissionem peccatorum & iustitiam in Christo expectamus. *b* Deinde, ut hoc perpetuo agamus, illud semper meditemur *c*, & gratiam Spiritus Sancti à Patre imploremus *d*, quo indies magis ad imaginem Dei renouemur, donec aliquando tandem, postquam ex hac vita decesserimus, propositam nobis perfectionem læti assequamur *e*.

a Rom. 3. 20. Rom. 4. 15. Rom. 5. 13. 20. *b* Rom. 10. 3. 4. *c* Deut. 31. 11. 12. 13. *d* Psal. 19. 4. 5. 33. 34. 35. 36. *e* 1. Cor. 13. 9. 10. 1. Ioh. 3. 2.

DE PRECATIONE.

DOMINICA XLV.

QVÆSTIO CXVI.

Quare Christianis necessaria est Precatio?

RESP. Quia præcipua pars est eius, quam Deus à nobis postulat, gratitudinis *a*. Tum quia illis tantum suam gratiam & Spiritum Sanctum Deus largitur, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt, & pro iis ipsi gratias agunt *c*.

a Pl. 50. 14. 15. *b* Deut. 4. 29. Mat. 7. 7. Luc. 11. 13. *c* Pl. 50. 23.

QVÆSTIO CXVII.

Quæ ad eam precationem requiruntur, quæ Deo placeat, quæque ab ipso exaudiatur?

RESP. Ut à solo vero Deo, *mediate* vel *immediate*, qui se in verbo suo patefecit *a*, omnia quæ à se peti iussit *b*, vero cordis affectu petamus; ex intimo nostræ indigentia ac miseræ sensu *d*, nos in conspectu diuinæ maiestatis supplices abiiciamus *e*; huic firmo fundamento *spei* innitiamur, nos à Deo, quanquam indignos, propter Christum tamen certo exaudiri; quem admodum nobis in suo verbo promisit *g*, quantum *saluti* nostræ conduxerit.

a Pl. 83. 9. Mat. 4. 10. *b* 1. Ioh. 5. 14. *c* Thren. 3. 41. Pl. 145. 18. *d* Luc. 18. 13. *e* Esra 9. 6. *f* Dan. 9. 17. 18. Eph. 3. 12. *g* Ioh. 14. 13. Ioh. 15. 7. Ioh. 16. 23.

QVÆSTIO CXVIII.

Quæ sunt ea, quæ à se peti iubet?

RESP. Omnia tum animæ tum corpori necessaria, quæ Dominus noster Iesus Christus eâ precatione, quam nos ipse docuit, complexus est.

QVÆSTIO CXIX.

Quæ est illa Precatio?

RESP.

RESP. *Pater noster, qui es in calis:*
Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terrâ: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula, Amen.
 Pater noster, Vide Matth. 6. 9. 11. 12. 13. & Luc. 11. 1. 2. 3. 4.

DOMINICA XLVI.

QVÆSTIO CXX.

Cur præcipit Christus, ut ita Deum compellemus, Pater noster?

RESP. Ut statim in ipso precatationis exordio, conuenientem Dei filijs reuerentiam^a & spem in Deum^b, in nobis exciter, quæ nostræ precatationis fundamentum esse debet: nimirum, Deum propter Christum nobis patrem factum esse,^d & quæ vera fide ab eo petimus, nobis multo minus negare, quam parentes nostri nobis bona terrena denegant^e.

^aLeuit. 19. 3. ^bEsa. 63. 15. 16. 17. Luc. 11. 11. ^cIacob 1. 6. 7. 8. 9. ^dIoh. 1. 12. Eph. 1. 6. ^eMat. 7. 11. Psal. 103. 13. Esa. 49. 15. 16.

QVÆSTIO CXXI.

Cur additur, Quies in calis?

RESP. Ne de cœlesti maiestate Dei humile quippiam aut terrenum cogitemus^a: simul etiam, ut ab eius omnipotentia, quæcunque animo & corpori sunt necessaria, expectemus^b ac speremus.

^a1. Reg. 8. 27. Act. 17. 24. 25. ^bPl. 115. 3. 2. Chron. 20. 6.

DOMINICA XLVII.

QVÆSTIO CXXII.

Quæ est prima petitio?

RESP. *Sanctificetur nomen tuum:* hoc est: Da principio, ut te rectè agnoscamus^a, & lucentem in omnibus operibus tuis omnipotentiam^b, sapientiam^c, bonitatem^d, iustitiam^e, misericordiam^f, & veritatem^g tuam veneremur, prædicemus & celebremus^h: deinde ut vniuersam viram nostram, cogitationes, sermones & actiones eo semper dirigamus, ne sanctissimum nomen tuum propter nos contumelia afficiatur, sed honore potius & laudibus illustretur^k.

^aEph. 1. 16. 17. ^bDeut. 3. 24. Rom. 1. 19. 20. ^cPsal. 104. 24. ^dPsal. 136. versibus omnibus. ^ePs. 25. 10. Gen. 1. 31. ^fDan. 9. 14. ^gPs. 103. 8. ^hPsal. 111. 7. ⁱPs. 36. 6. ^jPsal. 51. 17. ^kPsal. 71. 8. ^lPsal. 31. 4.

DOMINICA XLVIII.

QVÆSTIO CXXIII.

Quæ est secunda petitio?

RESP. *Adueniat regnum tuum:* hoc est: Regas nos ita verbo, *Sacramentis*, & spiritu tuo, ut nos tibi magis magisque subiiciamus^a: conserua & auge Ecclesiam tuam^b: destrue o-

Vu pera

pera Diaboli^c, omnemque potentiam se aduersus maiestatem tuam efferentem^d; irrita fac omnia confilia, quæ contra verbum tuum & Ecclesiam capiuntur^e, quoad plene tandem ac perfecte regnes^f, cum eris omnia in omnibus^g.

^a Pſal. 143. 10. Pſal. 25. 4. 5. b Pſa. 118. 25. 26. Pſal. 51. 20. Pſal. 122. 6. 7. c Rom. 16. 20. d Pſa. 129. 5. Pſal. 5. 11. e Pſal. 83. 4. 5. 6. 17. Pſal. 9. 21. f Apoc. 22. 17. 20. g 1. Cor. 15. 24. 25. 26. 28.

DOMINICA XLIX.
QVÆSTIO CXXIV.

Quæ est tertia petitio?

** quemad-*
modum
† sic etiam
RESP. *Fiat voluntas tua*, * sicut in cælo, † & in terra: hoc est: Da vt nos & omnes homines, voluntati propriæ renunciantes^a, tuæ voluntati, quæ sola est sancta, prompte & sine vilo murmure pareamus^b: atque ita singuli mandatum nobis munus fideliter & alacriter exequamur^c, quemadmodum faciunt *Sancti & Angeli in cælo*^d.

^a Pſal. 141. 4. b Pſal. 119. 33. 34. 35. 133. Act. 21. 14. c Pſal. 103. 20. 21.

DOMINICA L.
QVÆSTIO CXXV.

Quæ est quarta petitio?

RESP. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: hoc est: Suppedita nobis omnia quæ sunt ad hanc vitam necessaria^a: vt per ea agnoscamus, te vnicum fontem esse, ex quo omnia bona emanant^b; ac nisi tu benedicas omnem nostram curam & industriam, atque adeo tua ipsius do-

na, nobis infelicia & noxia esse^c. Quapropter da, vt fiduciam nostram ab omnib. creaturis terrenis auersam, in te solo collochemus^d *cum spe firma*.

^a Pſal. 145. 15. 16. Pſ. 85. 10. 11. 12. 13. Prou. 30. 7. 8. b Pſal. 65. 3. Act. 14. 15. 17. c Deut. 8. 3. Pſal. 127. 1. 2. Prou. 10. 22. Hag. 2. 16. 17. 18. 20. d Pſal. 146. 3. 4. 5. 6. 7. Pſal. 55. 23. Pſal. 62. 9. 11.

DOMINICA LI.
QVÆSTIO CXXVI.

Quæ est quinta petitio?

RESP. *Dimitte nobis debita nostra*^a, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: hoc est: Nobis miserrimis peccatoribus, omnia peccata nostra, atque eam etiam prauitatem concupiscentiæ, quæ in nobis etiamnum hæret^b, propter Christi sanguinem ne † in actum perducisinas, quemadmodum nos quoque hoc tuæ gratiæ^c *donum* in cordibus nostris † *foresperamus*, quodque firmiter nobis propositum habemus, omnibus qui nos offenderunt, ex animo^d ignoscere^e.

^a Pſal. 51. 3. 4. 9. 11. Pſal. 25. 7. b Luc. 11. 4. 6. Rom. 4. 7. 8. Matth. 26. 28. d Matth. 18. 35. e Luc. 11. 4.

DOMINICA LII.
QVÆSTIO CXXVII.

Quæ est sexta petitio & septima?

RESP. *Et ne nos inducas intentationem, sed libera nos à malo*: hoc est: Quoniam ipsi natura adeo debiles & infirmi sumus, vt ne momento quidem subsistere possimus^a; infensifimi

fimi autem hostes nostri, Satan^b, mundus^c; ac nostra ipsorum caro^d, nos continenter oppugnant: tu nos sustentens^e, & spiritus tui robore firmes, f ne in hoc spirituali certamine succubamus^g, sed tantisper illis fortiter resistamus, donec integram tandem victoriam obtineamus^h.

^a Mat. 26. 41. ^b 1. Petr. 5. 8. Luc. 12. 31. 32. Ephel. 6. 12. ^c Prou. 1. 10. Ioh. 15. 19. 1. Ioh. 2. 15. 16. ^d Gal. 5. 17. Iacob. 1. 14. 15. 2. Cor. 12. 7. 8. ^e Eph. 3. 14. 16. ^f Eph. 6. 10. 11. 13. ^g Rom. 16. 20. 1. Thess. 3. 13. 1. Thess. 5. 23.

QVÆSTIO CXXVIII.

Quomodo concludis precationem tuam?

RESP. Non necessario quidem verbi Dei, nec male, ita: Quia tuum est regnū, & potentia, & gloria in secula. hoc est: Omnia hæc à te petimus; quia, cum & rex noster, & omnipotēs sis, omnia nobis & vis^a & potes^b largiri: atque hæc quidem ideo petimus, vt ex iis non ad nos, sed ad sanctum nomen tuū, omnis gloria redeat^c.

^a Psal. 5. 3. ^b 2. Chron. 20. 6. 1. Chron. 29. 11. 12. ^c Psal. 115. 1. Esa. 37. 20. Dan. 9. 19.

QVÆSTIO CXXIX.

Quid sibi vult particula Amen?

RESP. Rem certam ac ratā esse^a.

Gloria sit Patri, Gnato, cum Pneumate Sancto;

*Gloria sit MARIAE, Diuis: Sit Gratia
Vniis.*

F I N I S.

posse. Nam præcatio mea multo (*esse potest*) certi à Deo est exaudita, quā ego in corde meo sentio, me illud ex animo eupere^b.


^a Ierem. 28. 5. 6. 2. Cor. 1. 20. ^b Esa. 65. 24. Eph. 3. 20.

N O T A.

I. Autoritates vtrinque Certas reddere omisi: Controuersas reddidi aliquas; Vt absonam Consequentiarum inconuenientiam cernas. Cernes autem, si ex singulis Autoritatibus suum cuiusque textum inferas, cui docendo citantur. Et vero simul cernes. 1. Nubem S. Autoritatum ferre Noctem Falstatum. 2. Et ostendabundam Scripturarum Citationem, meram esse hæreticam Illusionem.

II. Quæ hîc controuersa indicantur verbo; in meis Luthero-caluinisticis pertractantur ex confesso. Nec Firmamenti, Lucisue parum afferet istis, (quam eodem fine conscripsi;) Historica Demonstratio Continuata Fidei Romano-Catholicæ.

* * *



Faint, illegible text is visible on the page, appearing to be bleed-through from the reverse side. Some words like "W O T A" and "P A R T" are partially discernible.

27